BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Beroaldo, Filippo

Varia Philippi Beroaldi opuscula in hoc Codice contenta Orationes, Praelectiones & Praefationes, & quaedam mithicae Historiae Philippi Beroaldi. Ite[m] Plusculae Angeli Politiani, Hermolai Barbari, atq[ue] una Iasonis Mayni, ad serenissimu[m] Maximilianu[m] inuictissimu[m] Rhomanoru[m] Imperatorem Oratio. Epigra[m]mata ac ludicra quaedam facilioris musae

Basileae 1515

Res/4 Ph.u. 117#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00007956-1
VD16 B 2136

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

¶ Varia Philippi Beroaldi opuſcula in hoc Codice contenta.

¶ Orationes, Prælectiones/ & Præfationes, & quædam mithicæ Hiſtoriæ Philippi Beroaldi.

¶ Itẽ Pluſculæ Angeli Politiani, Hermolai Barbari, atq; vna Iaſonis Mayni, ad ſereniſſimũ Maximilianũ inuictiſſimũ Rhomanorũ Imperatorem Oratio.

¶ Epigrãmata ac ludicra quædam facilioris muſæ carmina, eruditiſſimi viri Philippi Beroaldi ab Aſcenſio nup̃ elucidata, nũc demũ coimpreſſa/ & eo ordine diſpoſita, vt maxime moralia ſint omnium prima.

¶ L. Cœlij Lactantij Firmiani pia Nenia verbis Chriſti domini crucifixi/ ſua in nos beneficia cõmemorantis.

¶ Item Phi. Beroaldi de ſeptẽ ſapientiũ ſententijs Libellus.

¶ Eiuſdem Symbola Pythagoræ moraliter explicata.

¶ De optimo ſtatu, & de fœlicitate.

¶ Declamatio Philoſophi/ medici/ & oratoris.

¶ Declamatio ebrioſi/ ſcortatoris/ & aleatoris.

¶ Oratio autem prouerbialis cæteris appoſita eſt.

¶ Eiuſdem Opuſculum de terræmotu & peſtilentia.

¶ Philippus Beroaldus Martino Boemo discipulo suo.

¶ Collegi nuper oratiunculas nõnullas varijs a me temporibus & argumentis concinnatas, easq; te impulsore tradidi impressoribus imprimẽdas, quæ fortassis tutius intra chartaceam meam suppellectilem delituissent, sicuti prius situ puluereo ob rute delitescebant. Sed mos gerendus fuit tibi id a me petitionibus prope quotidianis efflagitãti, quem mei nominis amantissimum/meæq; (quantulacunq; est) eruditionis studiosissimũ cognoui. Et sane tu vnus in primis id facis quod faciẽdum doctissimi scriptores præceperunt, vt præceptorem non minus q; ipsa studia ames/eumq; ad patris vicem colas, qui et ipẽ animorum parens merito nuncupari potest. Nam sicuti parẽtes filiorum corpora effigiant / ita præceptor discipulorum mentes formal, quæres tanto preciosior videri solet/quãto homo interior homine est exteriore præstantior. Tu vero perge quo cœpisti mi Martine inter scholasticos transmontanos probatissime, & litterarum studijs (prout facis) vigilanter incumbe. Enimuero suauissimi tui mores/ingenij specimẽ, naturæ docilitas & auidi tas inexhausta discendi/spondent talem te futurum, vt quando cunq; in patriam repedare destinaueris/domuitionẽq; capessere, possis tecum cum cultu/ nitoreq; Italicorũ gemino/opulentiam quoq; litterarum in Boemiam reportare. Hic aũt libellus (vt opinor) neq; tibi/neq; tui similibus sordescet ꝓpter rerum quas cõtinet nõ iniucũdam varietatẽ. Vale & dilige doctorẽ.

¶ Philippi Beroaldi Bononiẽsis Oratio habita in enarratione Georgici carminis atq; Trãquilli, qua laus rei rusticæ cõtinet.

Officiũ ꝓfessoris.

ORudẽtis lr̃ar; ꝓfessoris officiũ ẽ viri præstãtissimi ꝟba reb⁹ q̃s tractaturus ẽ accõmodare, & orõnẽ illis applicare scriptoribus q̃s ẽ enarraturus, vt. s. talis sit prima orõ, q̃lis est rerũ explicãdar; futura materia. Et quẽadmodũ ille inept⁹ dicit esse p̃cator, q aquã a libero/vinũ p̃cat a nymphis, ita posterus ille videri põt enarrator, q in principio suar; enarrationũ vagat extra ꝓpositũ, & dũ ãphorã facere debet/vrceũ format. Nec imerito vet⁹ ille vitupat orator, q quũ diserte diceret, & volubilitate ꝟborũ rapet causã oino nõ tãgebat, vñ prudẽs auditor & iudex bñ (inqt) & tã bñ sed quorsum istud tuũ bñ? Nos igit ne ab officio boni ꝓfessoris discedere/mus, ea hodierno die dicere instituim⁹, quę agricolatiõis Vergilio & historiæ scriptori Trãqllo sint accõmodata. Quæ dũ a nobis explicant, vos ois quæso vt benigne attẽtecq; audiatis. Nec inuiti sesquihorã officio litterato/rio imptiatis. Ea em̃ (vt speram⁹) audietis, quę voluptati vobis sit audiuisse & vtilitati memisse.

Vitæ hominũ duæ. Rustica.

Vitæ hominũ traditæ sunt duæ, rustica & vrbana. Quæ quẽadmodũ loco distinctę sunt, ita tpis intuallo sepatæ. Lõge em̃ antiq̃or rustica ẽ, quũ rura diu añ vrbes inuẽtas hoies coluerint, & imẽso annor; nũero agricolæ vrbanis antecellũt. Nec mir; quũ diuina natura dederit agros/ars hũana ædificauerit vrbes. Ipsam ꝟo rusticã vitã eruditissimi bipartiã diuiserũt, videlicet in pastoricã & agriculturã. Alia em̃ scia coloni ẽ, alia pastoris. Necq; idẽ sunt pastio & agricolatio quæ ab exiguis ꝓfecta primordijs ad id dignitatis ꝓcessit/vt rustici vrbanis pręponerent, vt apd veteres Rhamanos rusticæ trib⁹ laudatissimæ iudicarent, vrbanæ ꝟo ignominiosę. Er apd antiq̃s grecos illustrissimus q̃sq; pastor erat, ex q̃ alios grecovocabulo polyarnas, alios polymelas, alios polybutas vocitarũt. A multitudine videlicet agnor;/ouiũ/ac boũ, Rhomani quũ vir; bonũ laudabũt eũ bonũ agricolã, bonũcq; colonũ appellitabãt. Amplissime em̃ laudari æstimabat/q ita laudabat. In tãto denicq; honore, tãtaq; æstimatiõe apud priscos fuit rusticatio, vt imꝑatores Rhomãos nõ puderet manib⁹ triũphalibus colere agros, tractare semina, disponere arbusta, & eadẽ diligẽtia meti ri arua q̃ castra, & eadẽ cura exercere ligones, & sarcula q̃ gladios & pila. Ipsi ꝓceres vrbis in agris morabant. Et vt inqt elegiar; scriptor, Cẽtũ illi in prato sæpe senat⁹ erat. Et cõsiliũ publicũ desiderabat, a villis accersebant iu senatũ, ex q̃ viatorib⁹ nomẽ est inditũ senatores, ducesq; in vrbẽ accersentibus. Arãti Cincinato viator attulit dictaturã. Serranũ inuenere serentẽ oblati honores. Porti⁹ Cato ille cẽsori⁹ & omniũ bõar; artiũ magister/agricolẽdi studiosissim⁹ fuit, & villatic(voluptatib⁹ in primis oblectabat. Int ext/nos q̃z Abdolomino àgr; colẽti regimẽ Tyrior;/vltro traditũ ẽ, & vltro oblata sunt regiæ maiestatis insignia. Præt/ea nobilissimar; familiar; nõ aliũde cognomẽta sumũt/q̃z a reb⁹ rusticanis. Nã Fabij Lẽtuli Cicerones, a legu minib⁹, quę q̃sq; optime ferebat cognominati sunt Pisones a pisendo nũcupati. Multa q̃z noa habemus veter; Rhomanor; ꝓtim a maiore, ꝓtim a minore pecore deducta. Nã iunios bubulcos, Statilios tauros, Põponios, vitulos cognominarũt. Et Portij Catones, & annij capræ inde dicunt. Quinetiã Italiã nũcupationẽ traxisse a viculis, q̃s gręci antiq; Italos vocabãt, &

Rusticæ laus
Polyarnæ
Polymelæ
Polybutæ
Viatores
Cincinatus
Serranus
Cato
Abdolomi
nus
Fabij
Lẽtuli
Cicerones.
Pisones
Iunij
Statilij
Põponij
Porcij
Annij
Italia

Rhomanū populū a paſtoribus eſſe ortum nemo nō nouit. Huc adde q̄ ex agricolis gignūtur milites ſtrenuiſſimi, & optimi Tyrones ex robuſta ruſticor̄ iuuētute deligebātur. Firmiora etēm ſalubrioraq̄ ſunt corpa eor̄ q̄ ſub Dio artus roborāt/foriſq̄ verſant, q̄ q̄ in vrbibus intra cōſepta vmbroſa deſides cūctātur. Et hinc me Hercules ē q̄ græci Rhomaniq̄ tēpla Aeſculapiō medicinæ deo extra vrbes ædificabāt, qua videlicet credebāt fidelius cōſtātiuſq̄ illos valituros, q̄ in agris q̄ q̄ in ciuitatibus habitarēt. Hinc illa veter̄ Rhomanor̄ maſcula ꝑples agreſtibus opibus exercitata, & ſub dialibus durata laboribus bellicos tumultus martiaſq̄ exercitatiōes facile ſuſtinuit, & aduerſus heſternos hoſtes ſemꝑ victrix/ ſemꝑ inuicta ſurrexit. Eēmuero tempa illi ita partiebātur, vt nonis tm̄ diebus res vrbanas reuiſitarēt, reliq̄s ſeptē diebus res ruſticas exercerēt, vñ & nūdinar̄ cōuētus cōſtituit. Prætea quū mercator̄ q̄ſtus ſit ꝑiculoſus & calamitoſus, quū fœneratior̄ inhoneſtus & dedecoroſus, quū opificū ſordibus & illiberalis, Sola eſt agricultura ex qua q̄ſtus ſtabiliſſimus/honeſtiſſimuſq̄ cōſequit minime q̄ inuidioſus. Quā Ariſtoteles in œconomico potiſſimā ſecū dū naturā poſſeſſionū eſſe cōmēorat, in qua Catonis oraculū vitē q̄ſtuoſiſſimā iudicauit. Scropha vero pratis primatū bonitatis dedit, a quo antiq̄ prata parata nominauerūt. Hinc locupletes appellati loci, hoc eſt agri pleni. Et ipa pecunia ipſumq̄ peculiū a pecore nomē ſortiūtur, quod in ruſticatiōe q̄ſtuoſiſſimū eſt. Quod vnū, diuitiar̄ genus apud veteres vſurpabat. Exiſtūt tñ auctores inclytiſſimi q̄ autumāt pecuniā a nota pecudis eſſe appellatā, q̄ ſignatus fuit ex ære nūmus a Seruio Tullo rege Rhomanor̄. Theſeum q̄ apud græcos mēoriæ ꝑditū eſt ſignaſſe nūmū bouis nota, vt ita ad agricolationē Atticos ꝑuocaret. Vñ hecatomboō, quod eſt cētū nūmor̄, & decaboō, quod eſt decē/appellāt ab eo nūmo in q̄ effigies bouis erat inſculpta. Quinetiā luculētiſſimi ſcriptores fortunatiorē/beatiorēq̄ ruſticor̄ vitā q̄ vrbicorū eſſe dixerūt. Et olim Delphicus Apollo Aglaū ꝑphodiū dixit eſſe fœliciſſimū, Qui paruū q̄dē prædiolū colebat, ſed annuis victibus large ſufficiens/ex quo nunq̄ egreſſus ferebat. Et Diocletianus impator impio impatoriaq̄ purpura depoſitis feſtinabūdus ſe cōtulit ad trāquillitatē rei ruſticæ quietiſſimā. Illicq̄ in ocio beatiſſimo cōſenuit, & Attalus rex omiſſa regni adminiſtratiōe hortos fodere cœpit & gramina ſeminare. Vñ nō minus vere q̄ elegāter ſcripſit Mātuanus Homerus.

Aeſculapij tēpla

Nūdinæ

Queſtus agricolar̄

Prata

Locupletes

Pecunia.

Peculiū

Pecunia

O fortunatos nimiū ſua ſi bona norint
Agricolas, q̄bus ipſa ꝑcul diſcordibus armis
Fundit humo facilē victū iuſtiſſima tellus.

¶Idē ſecūdū litterar̄ vitā qua nihil eſt excellētius, nihilq̄ amabilius, exoptat vitā ruſticanā ſcribēs facūdiſſime.

Rura mihi & rigui placeāt in vallibus amnes
Flumina amem ſyluaſq̄ inglorius.

¶Et ab Horatio decētiſſime dictū eſt,

Beatus ille qui ꝑcul negociis
Vt priſca gens mortaliū
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore.

¶Lucretius quoq̄ de vita Ruſtica loquēs ait,

Tū loca, tū ſermo, tū dulces eſſe cachinni.

¶ Consuerant. Agrestis enim tum musa vigebat. Et ab eo dē ocia agricolarum dia, hoc est generosa nuncupant. Merito igitur de agricultura tam honorata, tam laudata, tamq; frugifera, nō solū priuati scriptores preçepta tradiderunt, verumetiā reges operæpreciū se facturos æstimarūt, si de re rustica libros condidissent. Nec talem scriptitandi ꝓuinciam maiestati regiæ indecoram esse crediderint. ¶ Siquidē Hiero. attalus Philometor. Et Archelaus reges. Xenophon & Mago duces de rusticis rebus diligentissime perscripserunt. Complures vero minori fortuna nō minori cura apud græcos negociū istud scriptis ꝓdiderunt. Apud latinos aūt M. Cato, qui dictus est optim⁹ orator, optimus senator, optimus imperator, Agricolationē ciuitate rhomana donauit, & eam loqui latine primus instituit. Cuius liber extat eruditissime cōscriptus, & propter vetustatē adorandus, post hunc duo Saserna pater & filius, deinde Tremellius, Scropha, Corne, Celsus, Iulius, Atticus Iulius græcinus. Iulius hyginus, & Gargilius Martialis hanc materiā prosecuti sunt. Quorū volumina calamitate temporꝝ & incuria mortalium deperdita desiderātur, Ex his vero qui legūtur Terētius Varro rem rusticā expoliuit. Plynius cōpositissima breuitate venustauit. Paladius decētissimo ordine distinxit. Columella autē tanq; rusticationis parens eam diligentius erudiuit, & totum disciplinæ corpus luculentis voluminibus complexus est. Sed nos maxime oīm Vergilium Maronē veneremur. Qui quasi canon fuit posterioribus scriptoribus agriculturæ præcepta petētibus ab eo velut ab lege quadā. Quo vno columella præcipue est vsus archetypo, qui carmine rem rusticā fecit eloquentē. Eamq; vnus omniū maxime illustrauit, quin tanto maior est hesiodo ascræo in hoc scribēdi genere apud græcos præstātissimo, quanto Mantua maior est Ascra. Laudationib⁹ Maronis in præsentia supersedebimus, quū illius tanta sit gloria, vt nullius laude crescat, nullius vituperatione minuat. Hoc vnum obiter dixisse cōtenti simus, Vergiliū tantū inter latinos poetas omnes excellere, quantū inter minores stellas luna splendescit. Cui nō fauor principum nomen conciliauit, sed ingeniū diuinum eximiæq; virtutes fauorē principū & populi comparauerunt, Qui hoc solus assecutus est, vt appellatione poetæ Vergilius apud latinos intelligat, sicut apud græcos Homerus, sicut nuncupatione vrbis rhoma significatur. Est em̄ poeta haud dubie incōparabilis, & quē cæteri oēs longo interuallo subsequant, vt verissime scripsit Quintilianus, & olim populus rhomanus auditis in theatro Vergilij versibus, surrexit vniuersus, & præsentē spectantemq; poetā tanq; alterū augustū est veneratus. Hic est ille quē oēs scriptores certatim extollunt. De quo Alcinius poeta sic scribit.

De numero Vatum si quis seponat Homerū.
Proximus a primo tum. Maro primus erit.
Et si post primū Maro seponatur Homerū.
Longe erit a primo quisq; secundis erit.

Canon. i. regula. Archetypo primo exēplari.

¶ Hunc etiam duo in lingua vernacula excellētissimi poetæ Franciscus petrarcha, & Dantes florentinus summis laudibus decorarūt. Cōsensus eruditorū est nullū latinorū poetarū. P. Vergilio esse cōparandū nedū æquiparandum. Quia Lactantio nostrorum primus, a Seneca Vates maximus, ab Augustino poetarū omniū præclarissimus & optimus appellat. Quē Alexander rhomanus imperator Platonē poetarū nuncupabat. Enarrabimus itaq; consultissimū rei rusticæ illustratorē, Et dijs bene iuuātibus Vergilia-

na georgica auſpicabimur. In quib⁹ tam emunctus, tam eloquẽs, tam eruditus eſt, tam denicꝫ abſolut⁹/conſummatuſcꝫ, vt nõ pauci ingenio doctrinacꝫ præſtantes Georgicũ Maronis carmen æneidi illi diuinæ anteponere nõ vereant. Ego vero vt hoc dijudicare nõ auſim, ita illud affirmare nõ dubitẽ, in georgicis Maronianis tantã eſſe rerũ verborumcꝫ copiam, tantam multiformis doctrinæ cognitionẽ, quantã in pauciſſimis ſcriptoribus nouiſſe meminerim. ¶ Enarratio hui⁹ poematis complectet enarrationẽ Columellæ, Catonis Varronis atcꝫ Palladij, multa quocꝫ Plynianæ eruditionis cũ Vergiliano carmine enodabimus, quæ prophanũ vulgus ignorat. Eidẽ etiã lectioni multa iuriſconſultorꝝ accõmodabimus, apud quos ſunt tituli rerũ ruſticarũ, vt de fundo inſtructo, de ſeruitutibus prædiorꝝ, finiũ regendorũ, de aqua quotidiana & æſtiua, de fonte & riuis, & multa id genus interlegẽdum obſeruabimus, Q̃z curioſi lectores georgicorꝝ fuerint diuus Auguſtinus/diuuſcꝫ Hieronymus, qui ſepiuſcule iſtius poematis citant teſtimoniũ, & in primis Hierony. in epiſtola ad ruſticũ monachũ verſus illos decenter vſurpat. Ecce ſupcilio cliuoſi tramitis vndã Elicit, quorꝝ pulcherrimorũ verſuum ſpectatores eſſe admonemur ī decretis diſt. nouiſſima, de cõſe. ¶ Le

Suetonij laus

ctioni Maronianæ copulata erit lectio Suetonij tranquilli ſcriptoris candidiſſimi, Cui cõſenſu eruditorꝝ datur palma in vitis imperatorꝝ ſcriptitãdis. Et quẽadmodũ vergiliũ rei ruſticæ ſcriptores exemplar habẽt, ita Suetoniũ tancꝫ ducẽ poſteri ſecuti ſunt in hoc genere ſcribendi. Vnde Iulius capitolinus ꝓfitetur ſe illo modo & ordine ſcribere velle de imꝑatoribus quo Suetonius tranquillus ſcriptitauit. Et diuus Hieronymus ſcriptorꝝ eccleſiaſticorum Catalogũ texens, ducẽ ſequit trãquillũ, & eius volumẽ de grãmaticis & rhetorib⁹ venuſtiſſime cõſcriptũ habet Archetypõ. Idem a Flauio vopiſco ſcriptor emẽdatiſſim⁹ & cãdidiſſimus appellat, cui dicit familiare fuiſſe amare breuitatẽ. Erit operæpreciũ in trãquillo tancꝫ in lucidiſſimo ſpeculo cõtemplari, qui mores, quæ ſtudia fuerint virorꝝ maximorũ. Quorꝝ cognita vita ſententiã illam Platonis veriſſimã eſſe comprobabit, præclara ingenia quẽadmodũ virtutes maximas, ita vitia quocꝫ maxima ꝓducere ſolere, & quod nos querimur, id maiores noſtros queſtos eſſe, videlicet illo priſco ſæculo euerſos fuiſſe bonos mores, regnaſſe nequitiã, & ex imperatorib⁹ plures extitiſſe flagitijs maculoſos cꝫ virtutib⁹ decoratos. Omis hiſtoriæ iucũda cognitio eſt, & ferme oẽs hiſtorici fauorabiles, ſed tãto fauorabiliores illi cenſendi ſunt, quãto dignioribus ſunt accõmodati. Principibus aũt accõmodatiſſimi ſunt libri de vita & moribus principũ cõcinnati, qualis eſt Suetonius. Vnde capiãt exempla quæ imitent, & quæ vitanda ſunt, vitare cõdiſcant. Hinc eſt cꝫ demetrius phalereus Ptolomeũ regẽ monere ſolebat, vt libros de imperio regnocꝫ cõpoſitos lectitaret. In illis em̃ ſcripta documenta contineri, quæ amici monere nõ audeant. Et Scipio aphrican⁹ laudat cꝫ pædiam Cyri a Xenophonte elegãter magis cꝫ fideliter ſcriptã nuncꝫ dimittt e manib⁹. Quã Cicero quum imperator eſſet, totã legendo cõtriuit, hoc duces, hoc principes maxime decet, hoc a ſummatibus viris fieri debet, in legẽdo tranquillo quod aphricanus, q̃d Cicero in Xenophonte factitarunt, nos vero faciamus id quod Cyprianus, qui abſcꝫ Tertulliani lectione nullã diẽ præterire ꝑmiſit qui crebro dicere ſolebat, Da mgr̃m videlicet Tertullianũ ſignificãs. Nullũ nos quocꝫ diem ſine trãquilli lectione prætereamus. Et ſicut Archeſilas añcꝫ iret dormitũ & mane quũ ſurgeret, ibat ad Homerũ lecti/

tandū, dicens se pgere ad amasiū, ita nos & matutino & vespertino tpe ad tranquilli lectionē perinde ac dulcis amasij accedamus, & in eo veterū imperatorū vitā, mores gesta contēplemur, ne pueri semp esse iudicemur. Nāq; nescire qd anteq; natus sis acciderit, id est semp esse puerū. Erit mediusfidius Trāquilli lectio plena iucūditatis, plenaq; eruditionis, sed eruditiōis neq; protrite, neq; triualis in qua homines alioquin eruditi allucinantur. Quæ recōdita est & clausa in litterarū interiore sacrario. In cuius vestibulo hærēt hoies male litterati. ¶ Sed qd ego iam multa de Vergilio Tranquilloq; cōmemoro, quoru eruditio eruditissima, & facūdia facūdissima per se patet & manifestaria est. Ego vero oīni studio, omniq; diligētia elaborabo, & oībus viribus neruisq; cōtendam implicita explicare, nodosa enodare, & abstrusa recludere. In summa pro virili parte cōnitar, vt nulli auditorū enarratiōes nostræ sint futuræ infructuosæ, vt nullius gymnasij nostri cultor assidu⁹ merito dicere possit se operā & impēsam sub magistro pœnitendo pdidisse. Sed iam tps est canere receptui. Et vela orōnis meditatæ cōplicare, vt deinceps extēporalis elocutio oram soluat, & per æquor patētissimū minime cuncta bunda discurrat. Cui⁹ merces incōpositæ nō min⁹ futura sint frugiferæ atq; iucūdæ, q; orōnis cōpositissimæ fuerunt. Vos quæso vt quēadmodū iā quæ dixim⁹, attēte audiuistis, ita quæ dicturi sum⁹, attēte audire velitis. Dixi

¶ Philippi Beroaldi oratio habita in principio enarrationis Propertij, cōtinēs laudes amoris.

SOcrates ille fons philosophoru viri clarissimi, Cuius luculētis dissertatiōibus libri platonis sūt refertissimi, quadā olim orōne amorem vituperaturus ob verecūdiā pallio caput opuit. Idē mox eiusdē laudationē p palinodiā, hoc est cōtrariū cantū celebratur⁹, id apto atq; reuelato capite factitauit. Nos q̄q; imp̄sentiaru amorē laudaturi socratis exēplo, nō obuoluto capite dicem⁹/sed apto, nō pudibūdi tergiuersantes ve, sed sequestrato pudore alacres deū illum laudabimus qui vnus & maxime laudādus est & maxime laudabilis, poetasq; amasios atq; poesim amatoriā docebim⁹ etiā grauissimis ꝓfessoribus cōuenire, dignaq; esse id genus poemata, quæ in gymnasio litteratorio publica ꝓfessione palam explicent. Nouissimo loco perorabimus, ea adhibita peroratione, quæ neq; auribꝰ vestris iniucunda, neq; mētibus infructuosa futura sit. Quæ singula dum a nobis summatim ptractātur, Vos quæso/me sicuti facere cōsueuistis, benigne attēteq; audiatis. Magnus deus est amor, & apud deos homīesq; mirādus, vt philosophoru sapiētissimi dixerunt, & ob originē antiquissimā in primis honorandus. Siquidē hesiodus cecinit post illud primordiale chaos repente terrā atq; amorē simul extitisse, & vt inquit elegāter parmenides, Añ deos oēs primū generauit amorē. Vnde ab orpheo, Quē diuus Augustinus inter theologos priscos annūerat, cognoīatus est phanes, ab eo q̄ ex chao primꝰ apparuit. Plures amores sicuti veneres fabulosa finxit antiqtas. Quos luculenti scriptores posteritati cōmēdarūt. Nos vo omissis reliqs amorē illū celebremꝰ, qui a Platone diuinitꝰ memorat, Qui virtutes amatoribꝰ suis conciliat, Qui nos dīs amicos facit, Nos a platonica disciplina ne digito quidē (vt dicit) trāsuerso recedētes laudemꝰ amorē ꝓut laudari meret, dicamusq; eum esse cœlestē/beneficū/ pacificū/ pulcherrimū, Qui mortalibꝰ maximo/ Amos

rum bonarum causa est. Qui pacē largitur hominibus, qui ventis requiem, qui mari trāquillitatem, qui elementa societate cōglutinat, qui cunctas animantes familiaritate conciliat, beniuolētiæ largitor, maliuolētiæ exterminator. Et quēadmodū cōiungi nō potest amaritudo cū dulcedine, caligo cū lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cū fœcunditate sterilitas, cum tranquillitate tempestas, ita cum amore odium/inuidia/liuor/maliuolentia copulari non possunt, Et quemadmodum radius a sole, calor ab igne, rigor a glacie, candor a niue nequeunt separari, ita ab amore diuelli non possunt beniuolentiæ/societas/necessitudo/concordia. Hic est enim amabilissimus amicitiæ nodus, princepsq; ad beniuolentiā cōglutinandam, vnde ab amore amicitiā nuncupatā esse sapiētes tradiderūt. Quod est in nauigio gubernator, quod in ciuitate magistratus, quod in mundo sol, hoc inter mortales est amor. Nauigiū sine gubernatore labascit, ciuitas sine magistratu periclitatur, mundꝰ sine sole tenebricosus efficitur, & mortaliū vita sine amore vitalis non est. Tolle ex hominibus amorē, solem e mūdo sustulisse videberis. Huc adde q; hic deus à nobis omnē rusticitatē amolitur, omnis elegantiæ, omniumq; mūdiciarum pater est. Vnde venuste Plautinus senex amorem deū appellat mūdiciā animi, eumq; nitidis nitoribus ait antecellete, Da mihi hominē efferū atq; truculentū, hunc amor e vestigio mollē reddet & māsuetum. Da rudem & rusticanum, statim ab amore fiet ingeniosus & vrbanus. Da incultū, ab amore cultissimus efficietur. Deniq; torpor omis, segnicies omis, somnus lethargicus/marcor/squalor/incuria ex amoris cōtubernio eliminant, in quo industria/gnauitas/vigilātia/solertia/cultus/nitor/cōmorantur. At qui amoris accusator quid tantopere (inquit) hunc deum laudas & extollis? Qui multos mortalium demētes fecit, qui multos a semita virtutum in viam vitiorum decliuem præcipitauit, Qui multis exitium concinnauit. Huic ego tam sæuero obiurgatori, tamq; aspero amoris criminatori ita breuissime respondeo. Non est ista amoris culpa, sed hoim qui amare nesciuerunt. Sicut enim est quidam modus in rebus, sunt quidam præscripti fines, quos vltra progredi nefas est, ita in amore est quædam mediocritas adhibenda. Philosophorum sentētia est moderatas esse virtutes, excedētes modum atq; mensuram inter vitia reputari. Vnde ab vno de septē sapientibus dictum est ορδειαγαν, quod latine significat ne quid nimis. Cui astipulat Horatiana illa sentētia, Virtus est medium vitiorum vtrinq; reductum. Hic modus, hæc mensura, hoc temperamētum, quod virtutibus adhibetur, in amore quoq; adhibeatur, & procul erit omnis de amore conquæstio. Nam (vt inquit eleganter & vere Plautinus seruus) bonū est pauxillum amare sane, insane non bonum est. Quid? nonne hoc idem præcepit diuini dogmatis doctor apostolus, præcipiens in nobis ordinatā esse debere charitatē? quæ in multis (vt inquit Origenes) inordinata cōspicitur. Vocabulo aūt charitatis amorē in canonicis scripturis appellari Hieronymus Augustinusq; notificant, præterea non laudes canimus amoris illius vulgaris atq; cōmunis, qui pecuinis beluinisq; libidinibus dominat, sed illius præ
Eros cones existimus qui cœlestis est, quem græci Erota appellitant, a quo existimat Plato in cratyllo heroum nomen deriuari, cuius Augustinus & Martianus capella ethymon, hoc est interpretamentū nominis heroū aliunde de
Heros ducāt. Et quū nihil aliud sit amor (sicut doctissimi philosophoꝝ diffinierūt)
Amor q̄d q̄s fruendæ pulchritudinis desiderium, illum nos amorem laudamus, celebra-

mus,extollimus qui pulcherrimus est, qui ex pulchrorum desiderio natus, pulcherrima plura mortalibꝰ cūctis impertit. Nōne artes (vt reliqua omittamus)ab hoc quasi quodam fonte fluxerūt? Nonne hic omniū inuentionū auctor est & propagator? Medendi nāq; & diuinādi & sagittas ab arcu excutiendi disciplinā amore duce inuenit Appollo. Texēdi artificiū Minerua. Fabricam ærariam Vulcanus. Mēsuras & pōdera phœdon. Litteras Mercurius. Leges Ceres, quæ ob hoc a græcis thesmophora, id est legifera nominatur. Deniq; omnes qui (vt inquit Maro) per artes inuētas vitam excoluerunt, amore impulsore atq; auctore cōmenti sunt nouas inuentiones. Non enim multa inuenissent nisi talia adamassent. Omitto q̄ per amoris beneficium animalia cuncta progenerantur in terris. Nōne ea quæ inanimata dicunt amare quodāmodo existimātur? Hinc magnes ferrum trahit, succinū paleas, Cæcias nubes, & (vt inqt Empedocles)arida terra amat imbres. Et nemo nō (inquit Hieronymus)aliquid amat. Deniq; amore cōstant omnia/augescūt/floresc unt/propagant. Et (vt auctor est Aristotiles in ethicis) Id cuiq; voluptati est cuius dicitur amator, & iucundissimū est re amata potiri. Igitur amorem colamus, amorem meritis præconijs extollamus, a cuius sacrario procul abscedat prophanum vulgus, hoc est homines inuidi atq; maliuoli. Sicut enim non conuenit mendacio laudare veritatem, pauori fortitudinem, vitio virtutē/ita maliuolo amoris cultura nō conuenit. Quin potius qui maliuolus est, is colat atq; sectetur deum amori contrarium, quē prisci anterota quasi contra erota, hoc est contra amorem e regione colloca tum nuncuparunt. Cæterum quum ille qui deum colit amet & sacerdotes. Nos qui amoris cultores esse volumus, diligamus illius sacerdotes qui profecto sunt poetæ, amasij atq; elegiographi, quorum lepidiora poemata non sunt aspernanda, neq; pro argumēto impudicitiæ sunt habenda, & cuius vetus verbum sit talem esse hominū vitā qualis sit oratio/ tamē poetis ludere versiculis amatorijs & lasciuire permittitur. Nam vt inquit Catullus,

Cæcias ventus

Castum esse decet pium poetam
Ipsum, versiculos nihil necesse est.
Qui tum deniq; habent salem & leporem.
Si sunt molliculi ac parū pudici. ¶ Q2 aūt amatoria scripta nullū præbeant specimen morū, nullūq; sint vitæ turpis indiciū, testat Adrianus imperator qui Voconij poetæ tumulum versibus exornans ita scripsit, Lasciuus versu, mente pudicus eras. Et ab Ouidio decenter & vere dictum est.

Specimen id ē approbationem

Crede mihi mores distant a carmine nostro.
Vita verecūda est, musa iocosa mihi.

Ouidio subscribit festiuissimus poeta epigrammaticus de seipso scribens,

Lasciua est nobis pagina, vita proba est

¶ Quid autē poetarū exempla cōmemoro, quum sæueriss imi sanctissimiq; philosophorū ludicros amatoriosq; versiculos conscripserint, qui tanto sanctiores existimant quanto apertiores, tanto pudicitius cōpositi quanto simplicius promulgati. Deniq; audite vel vnicū dei philosophorum Platonis exemplum, qui versiculis huiusmodi amores suos nō erubuit profiteri, latine ita possumus interpretari.

Anteros

Suauia dans Agathoni animam ipse in labra tenebam,
Aegra etenim properans, tanq; abitura fuit.

¶ Ex his ne (quæso) versicul' parū pudicis Platonē īpudicū existimabim⁹?

Platonisq; mores infamabimus? qui tantū abfuit ab impudicitia, quantum versiculi a pudicitia. Cuius vita tāto probatior fuit, quanto musa lasciuior. Ne longū faciā/si scripta oia, quibus amores, resq; amatoriæ continent, sunt cū suis scriptorib⁹ repudiāda. Repudient canonicæ scripturæ, hoc est instrumēti veteris luculēta illa volumina/quib⁹ nihil sacratius, nihil religiosius, nihil mysticū magis æstimat, liber Geneseos abñciat, qm in eo amores Iacob & Rachelis, concubitus Sychen cū Dina violentus, stuprū Iudæ cum nuru Thamar referunt. Nemo librū numeroꝝ sumat in manus, qm israelitici populi fornicatiões cū filiabus moabitarū in eo perscribunt. Caue legas Iudicum volumen. Cōtinet em̄ sansonis robustissimi mollissimos cū puella Dalila cōplexus. Librū Hester ne tangito, Docebit em̄ te quemadmodū Assuerus rex amorē amore sicut clauum clauo trudere conat, & ad impatientiam amoris leniendā p singulas pene noctes nouas puellas deuirginat, efficiens ex virginibus mulieres. Libros Regū tanq; nefandos explodito, qbus Dauidis & Bersabes adulteria, eiusdē senescētis cū adolescentula Sunamite cōplexus, Ammonis cū sorore Thamar incestus infandus, Salomonis cum reginis cōcubinisq; innumerabilibus fatuæ amationes cōmemorant. Et vt semel finiā, ipsum Canticum cāticorum tanq; syreneos cantus obturata aure transito, quū meros amores, merāq; impudicitiā nisi mystice intelligamus resonare videat. Ideoq; apud Hebræos obseruabat, ne quis adolescentulus libellum illum teneret in manibus, ne quis puer illius lectione oblectaretur. Igitur cū sacris voluminibus amatorias res cōtineri, eaq; non magis a prophanis q; religiosis hoībus quotidie legi, quotidie in templis non clam, sed palā decātari videamus. Tandē fateamur licere poemata lasciuiētia scribi & scripta lectitari citra omnē criminationem. Et nos nemine (vt speramus) improbante enarrabimus Amasij poetæ propertij amatoriū venustūq; poema. Quo nihil in hoc genere existimo fieri posse perfectius. De cuius eruditione excellenti elegātissimoq; splēdore in præsentia tacebimus, quum iam receptui canendū sit. Et quia multa scitu digna a nobis pscripta sunt in nīs cōmentarijs, qꝝ lectio studiosis erit (vt cōfidim⁹) frugifera, & a nemine nō bono ingenuoq; lectore ꝓbabunt. Cū ꝓpertio pariter ꝓgredieť dimidiat⁹ Suetonius, vt luculētissimo scriptori extremā manū imponam⁹, ad cui⁹ lectionē ne illotis (vt aiūt) pedib⁹ accedam⁹ more nostro. Isagogica q̄dā hoc est introductoria præmittemus. Quæ vsui vobis sit audiuisse & voluptati meminisse, vos vt facitis/libēter audite/atq; animū aduertite. Dixi.

¶ Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Titi Liuij ac Silij Italici continens historiæ laudationem.

Officiū professoris.

OFficium est boni professoris viri præstātissimi id velle ꝓfiteri quod auditoribus vtilitatē cū voluptate maxima allatura sit, quod scholasticorū auribus satisfacturū, quod tēporibus sit futurū accōmodatū. Hoc ego semp omni studio ac diligētia supioribus annis efficere cōtendi, & impræsentiarū effecturū me esse cōfido. Cū duos celeberrimi noīs scriptores ex omnib⁹ delegerim, quos in hoc augustissimo gymnasio profiterer, quoꝝ lectio & prodesse & delectare plurimū possit, atq; his temporibus sit futura maxime cōueniēs. Nā cū omniū disciplinaꝝ cognitio vtilis ac iucunda mortalibus sit, historiæ cognitionē mediusfidius vtilissimā iucundissimāq; esse censeo, ex quo cū multū oībus scriptoribus debeamus,

Historiæ vtilitates.

qui nō solū sibi/sed etiā posteris vixisse credunt,plurimū profecto historicis debere nos nō possumus inficiari,quorꝝ labore ac industria effectum est,vt omniū ætatū,omniū gentiū,omniū populorꝝ,res gestæ,oīa præclara facinora scirent,a nobis intelligerent:cognoscerent,vt cuncta cunctorꝝ illustrissimorꝝ virorꝝ dicta,factave memoratu digna cōtueri/edisscere/ recordari liceret,qua quidē re nihil pulchrius,nihil iucūdius,nihil magnificentius excogitari posse contenderim. Etem̄ vt a Ciceroe scriptū est diuinitus,nihil earꝝ rerū scire quæ antecꝫ nascereris,factæ sint/hoc est semꝑ esse puerū. Cognoscere vo res gestas memoriæ veteris,ordinē tenere antiquitatis,exēplorūcꝫ omniū habere noticiā,decorum/laudabile ac prope diuinū est. Senibꝰ ideo maior auctoritas est,qm̄ ob longā ætatem plurimas res nosse ac vidisse credunt. At hoc iuuenibus cognitio historiarū præstat,vt etiā præteritis sæculis vixisse videant,& illi me hercle adolescētes qui historias habeant ad manum & exempla illustriū virorꝝ in promptu,tanto senibus sunt anteponendi;quāto plura negocia complectit historia multorꝝ sæculorꝝ,cꝫ faciat hominis vita longissima. Huc adde,qꝑ qui bonus orator esse cōcupiscis,in primis abūdare debet exemplorꝝ copia & nosse cꝫplurima. Nā quū sit historia testis temporꝝ,lux veritatis,magistra vitæ,nūcia vetustatis,nihil ambigit qn orator optimus esse nō possit nisi fuerit antiquitatis,exemplorūcꝫ cognitione instructissimus, nisi historias perinde ac vngues suos habuerit exploratissimas,qm̄ (vt inquit Quintilianus)historia alere pōt orōnem molli quodam ac iucundo succo. Est præterea operæpreciū in voluminibus historicorum oīs exempli documenta velut in illustri monumento posita intueri,vnde quæ imitāda sint depromere,ac nobis proponere ad imitandum quæ fugienda fugere possimus. Pulchrū est(vt inquit veriſſime Diodorus)ex aliorū erratis in melius instituere vitā nostrā, & qd appetendū/fugiendūve sit ex aliorꝝ exēplis posse cognoscere. Vnde haud immerito Demetrius phalereus Ptolomæum regem subinde admonebat/ vt libros lectitaret, qm̄ quæ amici nō audent principibus demonstrare,ea oīa in libris scripta reperiunt. Hoc est in cognitione rerū salubre atcꝫ frugiferum scire,quibus artibus,qua disciplina, quibus moribus maxima imperia orta sint. Maximi imperatores nomen sibi immortale pepererint, & econtrario qua vitiorum labe infecta amplissima regna corruerint,& ex summo ī imum præcipitauerint. Ad summam historia ad id quod honestū est capessendū inflāmat. Detestatur vitia,,pbos extollens,improbos deprimēs. Historiæ(vt inqt veriſſime Vitruuius)ꝑ se tenēt lectores,quum habeāt nouarꝝ rerꝝ varias expectatiōes. Vtinam nobis deus eam ingenñ, memoriæcꝫ diuinā vim condonasset,qua Portius latro declamator egregius fuerat decoratus, qui quū omnes historias vnus omniū notissimas haberet, iubebat aliquē ducem nominari,& e vestigio eius omnia acta cursim/diligentercꝫ cōmemorabat. Cæterū quum omnes historici sint legendi/ adeundi/ ediscendi/ scriptores potissimū latini rerumcꝫ Italicarum, ac maxime Rhomanarum enarratores(sicut mihi videtur)sunt adorandi/ colendi/lectitādi, nec vncꝫ e manibus dimittēdi,idcꝫ duabus potissimum de causis faciendum videtur, quoniā & rerum nostratium cognitio magis ad nos cꝫ externarum pertinere existimatur, & quod historici latini sanctiores, verioresqꝫ græcis scriptoribus fuisse creduntur. Pugnant enim inter se omnes fere græcorū scriptores,& alter alterius mendacia refellere conat. Ita Ephorus Hellanicū, Timeus Ephorum,Philinum

Historiæ descriptio

Ex præfatione Titi Liuij.

Demetrij cōsilium

Portij latro

Græci mendaces in historia

Polybius, Herodotū ꝙplurimi tanꝯ fabulatorē reprehendūt. Hinc a Satyrico poeta dictum esse credimus quicquid græcia mēdax audet in historia. Discrepantiæ autē illoꝝ causa hæc potissimū fuisse tradit, ꝙ nullā vnꝯ curā græciæ populi adhibuerūt, vt præclara facinora scriberent/ac pūblicarent, ideoꝯ magna in scriptoribus mentiēdi licētia fuit, q quū partim res gestas ignorarent, partim affectionibꝰ ducerent, nō historiā cōscripserūt, sed mera mēdacia. Cōtra apud Rhomanos, vt oīa prout gesta fuerūt incorrupta/integra, atq; fideliter cōscripta haberent, pontifices maximi res oēs singuloꝝ annoꝝ litteris mandabāt, efferebātꝯ in album tabula domui prepositā, vt esset ppło potestas cuncta cognoscēdi, & hi annales maximi nominabant.

Catonis laus

Hanc aūt similitudinē scribendi secuti sunt Piso. Fabius pictor, & ille Catoportius omniū bonaꝝ artiū magister a Plynio nūcupatus, q sine vllis ornamentis sine pigmētorū coloribꝰ, sine fucato nitore monumēta rerū gestarū reliquerūt nuda, recta atq; simplicia primā illā in primis obseruantes historiæ legē, quæ præcipit, ne quid falsi dicat. Etenim dēpta ex historia veritate ita narratio oīs inutilis, ac penitus manca efficit, sicut corpus animātis inutile fit oculis effossis, vt luculēte scriptū est a Polybio. Deinde quū ingenia erudito iā sæculo in dies magis excolerent, & facūdia vberior, politiorq; profluereteloquētissimi apud rhomanos ad scribendā historiam sese applicauerūt, qui nō vt superiores tm̄modo narratores fuere, sed etiam exornatores, atq; illustratores maximi extiterūt, q vtpote diuino ingenio præstantes viri historiā affectionibꝰ oībus casuū varietate mirabili, egressionibus iucundis resperserūt, & quibusdā flosculis quasi pratū distinctam, variegatamq; decorarūt. Qui quū oēs sint excellentissimi, quū omniū lectio iucundissima, ac vtilissima futura sit, quū oēs haud dubie suspiciēdos, ac lectitandos esse censeam.

Prima in historia lex

Titi Liuij laus

¶ Titus Liuius in primis enarratione dignissimus mihi visus est, & iucūditatis, vtilitatisq; inter alios refertissimus. Cuius lectio omniū scholasticorum auribus, animisq; satisfactura sit. Est em̄ dulcis, candidus & effusus, & eo nullus historicorum melius commēdauit mitiores affectus, apud quē oīa tum rebus, tum pſonis sunt accōmodatissima. Qui in narrando mirę est iucūditatis, clarissimiq; candoris, qui (vt verissime dixit Quintilianꝰ) in cōtionibus supraq; narrari pōt est eloquētissimus, Cuius lactea vbertas lectorem detinet/auocat/pascit, oībusq; affectiōibus validissime cōmouet, & quo vult, maxime impellit, cuius diuinæ facūdiæ nihil addi potest, cuius orationi siquid demas ex elegātia detraxeris, quēadmodū de Platonis oratione Phauorinus dicere solebat. Idem grādiloquus est & sententiarū grauitate, & maiestate verborum/idem copiosissimus, nec tamē longus. Nam (vt inquit egregie Martialis) Non sunt longa quibus nihil est quod demere possis. Nō igit immerito diuus Hieronymꝰ testat quosdā ex vltimis hispaniæ, galliarūq; finibus viros illustres Rhomam venisse, vł ob hoc solum, vt Titū Liuium lacteo eloquētiæ fonte manantē cōtuerent, qui (vt Plynius in epistolis inquit) posteaq; hominē videre, statim in patriā repedarūt. O te fœlicem, o te beatū Tite Liui, cuius vnius videndi causa viri nobiles tot milia passuū cōfecerunt ex penitissimis regionibus proficiscētes, tot mōtes incultos, tot inuia loca superarūt. Illa profecto illa diuina virtus est existimāda, quæ in vno homine tantū polluit, tantū effulsit, vt ad eū visendum tanꝯ ingens/celebrandūq; miraculū Galli, hispaniq; sollicitarent, merito Quintilianus Liuiū inter cæteros scriptores legendū esse præcipit in scholis, quoniā

ſcilicet cādidiſſimus eſt & maximus auctor hiſtoriæ. Merito & nos Liuiū ex oībus vnū delegiſſe videmur, quē publice hoc anno ꝑfiteremur, cuius libri oēs quū lectitādi ſint, & in manibus quotidie habēdi. Nōne hæc Decas Liuiana quā dīs bñ auſpicātibus ordimur/enarrare reliquis decadibus eſt anteponēda? Nōne hæc in primis volumina a Liuio diuinitus ſcripta fuiſſe cēſendū eſt? Et hæc ꝑfecto Decas (hoc em̄ noīe Liuiani libri a nūero denario nūcupant̄) q̄to bella quæ cōtinet cæteris bellis maiora fuerūt/tāto reliquas decades antecellit. Laudat Origenē adamantiū Hieronymuſ, q̄ quū in cæteris voluminibus oēs ſupauerit/ in Cāticocāticor̄ ipſe ſe vicerit. Laudat a Cicerone Craſſus orator quē quū in agēdis cauſis cōſenſu omniū cūctos ſemp exupauerit, in extrema actiōe a ſemetipſo ſupatū eſſe teſtatur. Praxiteles inter ſtatuarios a Plinio celebratur, ꝓinde ac marmoris gloria ſupauerit etiam ſemet, hoc idem & nos hodierno die de Liuio merito dicere poſſumus, qui quū in cæteris Decadibus cæteros antecelluerit/ in hac ſemetipſum vicit. Et me Hercules vt dicam viri clariſſimi quod ſentio eodē animo Liuius bella ſcriptitauit/quo Rhomani geſſerūt, eodē ingenīj fulmine ſtilum exercuit, quo Rhomanus populus arma tractauit, eadem vigilātia incubuit chartis, qua Rhomani milites diſciplinæ militari incubuerūt, & mediuſſidius videt̄ populus Rhomanus, vl'ob hoc vnū tā memoranda facinora gerere voluiſſe, vt illa a tam luculento ſcriptore deſcriberētur, qui res haud dubie luculētas/verbis luculentis æquauit, quem quotienſcūq; in manus ſumo, nō legere videor bella/ ſed tractare. Et (vt inquit Hieronymus de Paulo) nō audire verba/ſed tonitrua. In Liuianis voluminibus videre videor impatores cōcionabūdos, militeſq; ſuos exhortantes, ad prælia alacri animo capeſſenda, Senatū de rebus dubīs cōſultantē, hoſtes hinc formidoloſos trepidare, Rhomanos hīc furibūdos inuadere. Denicq; apud Liuiū omnis rei militaris diſciplina cōtinet̄, oīa ſtratagemata, omnes calliditates impatoriæ demonſtrātur. Leges ſenatus, populicq; decreta, omnes denicq; artes, quibus domi, foriſq; viuitur/conſpiciūtur. Sed ꝓchdolor quā tam iacturam paſſi ſunt omnes litterar̄ ſtudioſi ex cētum & decem voluminibus Liuianis depditis, qui omnia quæ vnq; Rhomani ꝑ ſeptingentos annos geſſerūt/præclara facinora veluti in vnum redacta corpus noſcere potuiſſent. Q̄to diſpēdio affectus eſt Rhomanus populus, cuius tot actārum rer̄ geſtarum memoria cum libris Liuīj pariter interīit. Quantū veræ famæ detrimentū illuſtriſſimi impatores ſubierūt, quor̄ nomina fuiſſent ſempiterna & geſta memorarent̄, ſi Liuiana volumina nō intercidiſſent, quod ſi defunctis vllus eſt ſenſus, ꝓfecto Liuianos manes ingemiſcere credendū eſt tot labores incaſſum ſibi fuiſſe ſuſceptos, tot ne q̄q; vigilatas noctes, tot fruſtra cōſcripta volumina, quæ ſi extarēt oīa, nihil prēterea nobis foret deſiderandū, haberemus in quo ociū, in quo tempus bñ collocare poſſemus, & tñ nobis vtpote ſomnicoloſis vix ætas ſuppeteret ad legēdū, quæ illi diuina quadā benignitate prædito ſuppeditauit ad ſcribēdū, qui etiā dialogos (vt inquit Seneca) philoſophor̄ more cōſcripſit, ſed q̄relæ ab exordio noſtro enarratiōis ꝓcul abſint, nihil nec nobis/nec ipſi Liuio ꝓfuturæ. Cæter̄ quū ſapiētis ſit ſeruire tempibus, nos quoq; tēpibus hic ſeruiamus, quibus quum arma vigeant/bella horrida ꝑſtrepent, quum omnis italia bellicis tumultibus ſæuiat/claſſica ꝑſonēt. Quū mauors telum ſuum quatiat/bellona domineť, idoneū eſſe videť, vt ſcriptores eos potiſſi-

Decas

Origenes

Craſſus

Praxiteles

mū legamus/q̄ bella deſcribūt. Hæc ergō ſit noſtra militia, alij bella gerēt, nos legemus, alij ſub Dio in cāpis patētibus intuti pugnabūt, nos pugnas cōfectas invmbra/in ſcholis tuti recēſebimus. Hinc aures noſtras Liuius p̄ ſonabit, inde Syllius. Ambo eadē bella facūdiſſime narrātes, ille ſoluta oratione, hic verſu heroico, q̄ nō minus hiſtoricus q̄ poeta iudicādus eſt. Qui ſtilo cothurnato & charactere grādiloquo tonare ac fulminare videt, qui bella nō ſcribere/ſed bellare. Cui optime cōuenit illud Horatianū, Audire magnos iā videor duces nō indecoro puluere ſordidos. Ardēs eſt, cōcitatus/erectus/idē cādidus/copioſus/atq̄ ſublimis, multū habet neruor̄, plurimū lacertor̄, totus bellicis rebus accōmodatus, q̄ nō minus eruditiōis afferre poſſit/q̄ iucūditatis, mira eſt in Sylio rer̄ recōditar̄ copia, varia ac multiplex locor̄ & maxime Italicar̄ vrbiū deſcriptio, multa hiſtoriar̄ cognitio. Et quū Vergiliū illa fœlicitas ingenij ſoluta oratiōe reliq̄rit, quū Ciceronē facūdia illa genuina in carminibus deſtituerit. Sylio cōtigit id quod pauciſſimis dīj dederūt, vt idē eſſet & maximus poeta, & ſūmus orator, q̄ vtrūq̄ & Maronis & Ciceronis opus fœliciſſime īpleuerit, qđ epigrāmaticus poeta elegātiſſime demōſtrat his verſibus quū de Sylio loqueret.

Sacra cothurnati nō attigit ante Maronis,
Impleuit magni q̄ Ciceronis opus.

¶Idē alibi Syliū muſar̄ decus appellat. Sed quid plura? Liuij & Sylij facūdia/vires/ingeniū/eruditio, cæteræq̄ virtutes eximiæ ſeſe nobis quotidiana enarratiōe exhibebūt, ſeſe offerēt/oſtētabūt clarius ſole fulgētes. Ego vero omni diligētia/ſtudio/vigilātia elaborabo, enitar atq̄ cōtendā ita ſingulos nodos enodare, ita implicita explicita explicare, vt quēadmodū vos mihi ornamēto maximo futuri eſtis, ita ego vobis ſim nō minimo emolumēto, hoc mihi in animo eſt velle ꝓdeſſe, vobis ſit velle ꝓficere. Dīj faxint vt vtriq̄ vtrūq̄ ꝓpoſitū implere poſſimus.

¶Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione epiſtolar̄ Ciceronis & Lucani continens laudē poetices.

QAximū deor̄ munus eſt viri circūſpectiſſimi, & quo nullū maius excogitari pōt eloquētia, q̄ vna vel maxime ſepauit hominē a cæteris mutis animātibus, deus ille parēs & mūdi fabricator. Quæ qa ſermōe carēt, irrōnalia merito vocant. Eloquētia hoīes palabūdos in agris, atq̄ diſpſos cōgregauit in ppl'm, & ex feris atq̄ īmanibus mites reddidit & māſuetos. Eloquētia multæ vrbes cōſtitutæ ſunt, plurima bella reſtincta firmiſſime ſocietates, ſāctiſſimæ amicitiæ cōpatæ. Eloquētia mortales īmortales efficiunt. Merito itaq̄ ſi examina & omniū regina rer̄ oratio a doctiſſimis nūcupat, cuius tāta eſt dignitas, tāta potētia, tāta maieſtas, vt duce eloquētia, dīs ſimillimi eſſe videamur. Et hoīes eloquētes q̄ oratores nominant, tantū reliq̄s hoībus præſtare credunt/q̄ tū hoīes beſtijs antecellūt. Nihil mediuſfidius eloquētia diuinius repiri pōt, nihil cōſūmato oratore præſtātius. Cæter̄ quum eloquētiæ ptes omnes ſacræ ſint ac venerabiles, cæteriſq̄ aliarum artium ſtudijs anteponendæ. Poetica in primis ſacratiſſima eſt, quā antiqui primariam quandā philoſophiam eſſe

Palabūdos id eſt errabūdos

Cicero in ꝓlogo rhe. ve.

Poetica

trādiderunt,quæ ab ineunte nos ætate viuendi formulam doceret,quæ mo
res,quæ affectiones ostenderet,quæ res gerendas cum iucunditate pręcipe
ret. Vnde non minus vere ꝙ luculenter dixit Horatius, Os pueri tenerum
balbumq; poeta figurat. Mox etiam pectus præceptis format amicis, In
struit exemplis, inopem solatur & ægrum. Quamobrem ciuitates græco
rum eruditissime liberos in poetica in primis erudiebant, solum poetam sa
pientē esse dictitantes. Et vt diuus Augustinus scriptū reliquit, poetæ theo
logi nuncupati fuerunt, quum de dīs immortalibus diuinitus multa cōscri
berēt, quales Orpheus/Museus/Linus fuisse tradūtur. Enimuero artis po
eticæ studia (vt Cicero facundissime scribit) adolescētiam agunt, senectutē
oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbēt, de
lectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinātur/ru
sticātur. Huc adde ꝙ poeticus decor execretur ab oratore (vt testis est Cor
nelius) ꝙ oratori lectionem poetarum plurimū conferre Theophrastus af
firmat, apud quos in rebus spiritus, in verbis sublimitas, in affectibus mo
tus omnis, & in personis decor exprimitur. Ideoq; in hac lectione. M. Tul
lius putat esse quiescendum, existimatq; omnem loquendi elegantiam ex
poliri, augeriq; poetis lectitandis. Est enim finitimus oratori poeta, suntq;
inter se cognatione quadam copulati. Cæterum quū cæterarum rerum stu
dia præceptis constent, atq; doctrina Poetę soli ipsa natura valent, & men
tis viribus excitantur, & quasi diuino quodam spiritu inflammātur. Vnde
Plato diuinus scripsit libro. iij. de legibus poetarum, genus esse diuinum,
& idem tradit in Phedro Vates furore diuino concitatos, multa commoda
græcis hominibus attulisse. Ab eodem per ꝙ elegāter dictum est in libello
de furore poetico, poetas diuino instinctu concitatos eundem furorem in
terpretib⁹ (quos rapsodos appellat) infundere, imitariq; magnetis lapidis
naturam, qui non solum ferreos anulos trahit/sed eandē trahendi vim ipsis
anulis latenter insinuat. Origenes quoq; ille magister ecclesiæ, in libris (qui
bus titulus est Periarchon) virtutem quandā esse docet spiritalem quæ poe
ticam inspiret, cuius inspiratione poetæ repleant. Platoni Origenique astipu
latur Ouidius sic scribens, Est deus in nobis agitante calescimus illo. Et ali
bi, Est deus in nobis sunt & cōmercia cœli, Sedibus æthereis spiritus ille ve
nit. Quapropter haud immerito poetas antiqui sacros nominarunt. Vnde
ab eodem scriptum est,

At sacri Vates & diuum cura vocamur.

¶ Et Calphurnius in buccolicis inquit, Ille fuit Vates sacer, & Lucan⁹ no
ster scriptū reliquit, O sacer & magn⁹ Vatū labor. Enni⁹ vero sanctos poe
tas appellat, ꝙ quasi deorū aliquo dono & munere præditi esse videantur.
Hinc est ꝙ poetæ antiquit⁹ in maxima veneratione/maximoq; p̄cio habe
bant, ꝙ a principib⁹ fouebant, ꝙ a regib⁹ ditabant, ꝙ ab omnib⁹ certatim
amabant. Vñ nō min⁹ vere ꝙ diserte cecinit Naso, Cura ducū fuerant olim Versus
regūq; poetæ, Præmiaq; antiqui magna tulere chori. Sanctaq; maiestas, &
erat venerabile nomē, Vatibus & largæ sæpe dabant opes. Charus fuit Sci
pioni aphricano Ennius, Charus archias mario atq; lucullis. Cherilū poetā
ꝙuis ignobilē in delicijs habuit Alexāder. Vergiliū fouit August⁹, cui⁹ ver
siculos quū in theatro popu. Rho. audisset/surrexit vniuersus, & p̄sentē spe
ctantēq; Vergiliū tanq; Augustū veneratus est. Horatiū mecœnas adama
uit, Tybullū messala dilexit, Papiniū Domitianus aureo palladio corona

uit, Ausonium Gratianus consulatu decorauit, Nec̄ solū viuētes poetæ & honorificētius vates dici existimātur, sed etiam defuncti venerabiles extite runt. Siquidem Alexāder magnus quū inter spolia Darij persarū regis Scri niolum cœpisset, auro/gemmisq; ac margaritis prectosum, in eo libros Ho/ mericos reposuit, vt prectosissimū humani ingenij opus opere ditissimo ser uaretur. Idem Homerū adeo diligebat, vt eius iliada (q̄d diuinū poema edi derat, quod viaticum rei militaris appellabat) noctu sub puluino vna cum pugione subijceret, & ita cum Homero poetarū principe vigilabat, cū Ho/ mero dormiebat. Idem Pindari inter lyricos poetas p̄stantissimi familię ac penatibus parci iussit/quū Thebas euerteret. Alter vero Alexāder qui Rho mano p̄fuit imperio Vergiliū adeo admirabat, vt eū Platonē poetarū voci taret, eiusq; imaginem in larario cōsecraret. Quinetiā Elius verus Rhoma/ nus imperator Martialem epigrāmaticum poetam suū Vergilium nūcupa bat. Huc addeq; etiā dij amatores vltoresq; extitere poetarū. Siquidē Apol linis oraculum (vt inquit Eusebius Pāphilus) Euripidē laudibus in cœlum tulit, & Archiam tanc̄q; scelestū ac ꝓphanū iussit exire de templo/q; Archi/ lochum poetam interemisset. Sophoclen quoq; tragici cothurni principē Li berpater tanc̄q; delicias suas sepeliri iussit. Præterea poetæ quadam suauilo quentia adeo sunt dulces, vt non legantur modo/sed etiam ediscantur, quo rum auctoritas tāta est, vt illorū dicta pro certissimis testimonijs habeant̄. Nā & Plato & Aristoteles principes philosophorū, Homeri aliorūq; poe/ tarū carminibus sua dicta persæpe corroborāt. Quinetiā iurisc̄sulti illi san ctissimi in libris Digestorū frequēter allegant poeticos versus, & maxime scribentes de cōtrahenda emptione & venditione, & in titulo de gradibus & de verborū significatione, & ad legē aquiliā, & de rerum diuisione, sex/ centisq; in locis citant testimonia poetarū. In decretis quoq; Vergilianū car men ex georgicis, & Horatij versus ex epistolis afferunt̄. Quid, nōne eccle/ siastici scriptores, & in primis Augustin⁹/Hieronymus/atq; Lactātius tria christiani dogmatis lumina clarissima scatent auctoritatib⁹ poetarū? Quid maius loquar? nōne apostolus Paulus vas electionis/tuba euāgelij & san/ ctarum scripturarū armarium/poetas studiose lectitasse videtur? Quid ad Titū scribens versiculum vsurpat Epimenidis poetæ. Cretes semper men/ daces malæ bestiæ ventris pigri. In alia quoq; epistola Menandri carmē al/ legat, Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimæ. Et apud Athe nienses in Areopago, hoc est Martis curia disputans Aratū poetam testem citat. Præterea vt in decretis scriptū est, domin⁹ præcepit israeliticis vt ægy ptios argento spoliarent. Tropologice intelligēs vt argentū, id est eloquen tiam apud poetas inuentā colligerēt atq; possiderēt. Dauid quoq; ille psal/ mographus psalteriū numeris poeticis cōcinnauit. Quod (vt inquit Hiero/ nym⁹) in morē Horatij/Flacci/& Pindari, nūc iābo currit, nūc alchaico so nat, nūc sapphico tumet, nūc semipede ingredit. Denicq; Esaiæ & Iob et Sa lomonis luculenta volumina hexametris & pentametris versibus, vt Iose/ phus & Origenes scribunt, apud hebræos cōposita decurrunt. Quinetiam vt Cassiodorus testat, oīs poetica elocutio a diuinis scripturis sumpsit ex ordium, adeo musica/venustas/ lepos̄q; poeticus existimatus est omni esse suauitate refertissim⁹, adeo carmina modulicq; generosi placuerūt, vt deos existimarent esse placabiliores, si eos versibus adorarent/vt carminib⁹ pre carentur. Vnde ab Horatio dictum est luculenter.

Carmine dij superi placantur carmine manes.
Et nō minus vere q̄ facunde cecinit Lucretius.
Calliope requies hominū diuumq̄ voluptas.
¶Sit igitur apud vos viri præstantissimi sanctū ac venerabile nomē poetarum/qui principibus chari sunt,qui fouent a bonis/ quor̄ carmina ediscuntur a litteratis,quorū versus tersissimi aures deorum mulcēt,eosq̄ exorabiles mortalibus faciunt/qui quibusdā figmentis adumbrati multa saluberrima p̄cipiunt,sentētias e penitissima philosophia depromptas dissimulanter interserunt/mentes nostras optimis præceptis frequēter instituūt,& vt auctor est Manlius,'Omne genus rerum docti cecinere poetæ. ¶Idem linguam ornant/facundiā augent/& supellectilē verborū faciūt copiosissimā. Deniq̄ solis pene poetis datum est,vt ad laudandū/& vituperandū parit' sint accōmodati,& quēadmodum īmortali laude donātur illi,quos carminibus extollūt/ita sempiterna illi pulsant' infamia/quos maledicis versibus insectant'.Merito nos monet Socrates platonicus/vt diligenter caueamus, ne poeticū hominē quēpiam nobis infensum habeamus. Et principes quos carminibus celebrant/immortales efficiunt',quod elegāter expressit Hora. illo v̄siculo,Dignū laude virum/musa vetat mori,Cœlo musa queat.Si aliquādo lasciuire,& obscœna scribere,& ludicra atq̄ amatoria decātare,& impudica ꝓmere vident',nō ꝓpterea sunt poetæ repudiandi,quū neq̄ scriptor̄ mores ex versibus iudicandi,neq̄ lepidiora carmina pro argumento impudicitiæ sint habenda,licet lasciuire carminib' citra impudicitiā,licet iocari versiculis citra obscœnitatē morū,licet lingua et calamo ludere pudenda,animo & corpore exercere,pbanda,nemo poetas explodendos esse censeat/ꝓpter versus molliculos/& amatorios,īmo quilibet existimet poetas esse amādos,fouēdos, lectitādos ꝓpter singularē eruditionē,rerūq̄ doctrinam copiosissimā,quæ quū in omnibus magna conspiciat',in Lucano maxima redundat.Namq̄ in geographia,hoc est locorū descriptiōe est eminentissimus,in astrologia eruditissimus,in historiarū enarratione facūdissim',in orationib' eloquentissimus,in stilo heroico sublatissimus,in rebus describendis cōpositissimus,idem ardens est & cōcitatus, & sentētijs clarissim'. Et vt inquit Quintilia.oratoribus magis q̄ poetis imitādus.Qui quoniam magis scribit historiā q̄ figmenta cōponat,a nōnullis & maxime a Seruio ex familia poetarū exterminat', exq̄ & ipse apud Martialē illudēs ait.Sunt quidā qui me dicunt nō esse poetā,Sed q̄ me vendit,bibliopola putat. Atq̄ diu' Hiero.nō solū poetā eū appellat,sed etiā ardentē esse dicit,& Papini' in syluis omnib' poetis Lucanū nōveretur anteponere,vnico excepto Vergilio,in cuius comparationē ita scribit, Quid maius loquor ipsa te latinis, Aeneis venerabit' canentē.Et alibi metaphoricos inquit Bethym Mantua ꝓuocare noli.Hoc idē sensit Martialis,ingens. Phœbe veni,sed q̄ntus eras quū bella canēti.Ipse dares latiæ plectra secūda lyræ. ¶Enarrabim' itaq̄ dijs bene auspicātibus poema Lucani poetæ Cordubensis,tersum,eruditū, luculentū.Cuius lectio multū proderit/nec minus delectabit.quod si Ciceroni olim legere cōtigisset, nunc̄q̄ ꝓfecto scripsisset Cordubēses poetas pingue q̄ddā somniare/atq̄ ꝓegrinū,ego in primis elaborabo enodare nodos q̄plurimos,q̄s vel pauciss̄imi explicare potuerūt.Lectioni Lucani cōiūcta erit lectio epistolar̄ Ciceronis,& ita cum poeta illustrissimo copulabit' orator inclytissimus,de quo meli' est tacere sicut de carthagine scribit histori/

cus q̄ pauca dicere, de quo quū proximis annis multa dixerimus, imp̄ſen/
tiaq; hoc ſolū dixiſſe cōtenti erimus. Q. character Ciceronis epiſtolicus ad
elocutionē in adoleſcētioribus ſcholaſticis formandā, ad facilitatē extempo
ralē cōparandā eſt maxime cōducibilis, quū leniter fluat, & ipſa epiſtolarū
dialectos habeat q̄ndā quaſi genuinā iucūditatē, in q̄bus vincula q̄dē ſunt/
ſed laxiora, neq; tā numeroſa q̄ in orationib⁹, & quū epiſtolæ quotidianis
verbis texendæ ſint, quū nihil accerſitū habere debeāt vt inq̄t Seneca, nihil
affectatū Ciceroniana in ep̄is elocutio facilis eſt & elaborata, et ex q̄dam
veluti ꝓmptuario copioſiſſimo deprompta, quæ quū imitanda ſit & maxi
me imitabilis. Nemo nō ſperat ſe epiſtolarē Ciceronis eloquentiā effingere
atq; æmulari poſſe, verū vt inquit Hora. Sudet multū fruſtraq; laboret au/
ſus idē, Cæterū quū Liuius in ep̄a ad filiū ſcripta legendū in primis eſſe Ci
ceronē p̄ſcribat. Opinor me facturū operæpreciū, ſi Ciceronis ep̄as publi/
co auditorio hoc anno ꝓfitebor, ex quarū enarratione nō parū ſtudioſi elo
quētiæ iuuabunt, ipſe equidē q̄d ad me attinet, omni ſtudio/vigilātiaq; cō/
tendā/vt oībus ſatiſfaciā, vt neminē ad noſtras lectiōes audiendas veniſſe
pœniteat, p̄terea quædā ſcitu digna annotabimus/quæ ad ep̄as cōponen/
das p̄tinere videbunt, vt ſcholaſtici nō ſolū ex viua (vt aiunt) voce, ſed etiā
ex ſcriptis litterulas nr̄as quātulæcūq; ſunt/cognoſcere poſſint. Sed iā tp̄s
eſt ad ea nos trāſire, quæ narrationi ipſi ſint accōmodata. Quæ dum breui/
ter expono, quæſo vt feciſtis adhuc diligēter attendite, mihi oneroſum non
eſt dicere, vobis moleſtum nō ſit audire. Dixi.

¶Philippi Beroaldi oratio habita in enarratiōe rhetoricorū, cōtinens laudationē eloquentiæ atq; Ciceronis.

SAepenumero admirari ſoleo viri circūſpectiſſimi, q̄ quū ex animo
cōſtemus & corpore, Animū, qui diuin⁹ eſt pauciſſimi colāt, Cor
pus q̄d' fluxū eſt & caducū q̄ plurimi, Hoies me hercle p̄poſteri
atq; p̄uerſi, qui id quod deterius eſt/pluris faciunt eo q̄d p̄cioſius
eſt, qui bona corp̄is bonis animi anteponere nō verent, qui in voluptatib⁹
beluinis ſummū bonū collocandū eſſe cenſent. Atqui quāto rectius, quāto
laudabili⁹ eſt ita inſtituere vitam noſtrā, vt corpus animo ancilleť, vt bona
animi prima & in primis capeſſenda eſſe exiſtimem⁹, vt corpus cauſa ani/
mi, nō animū cauſa corp̄is ab oīpotentiſſimo ac vltra mūdano deo fabrica
tum eſſe credamus, vt deniq; hominē interiorē, hoc eſt animū, qui verus ho
mo eſt/colamus ac honorem⁹. Hoc in primis iubet Plato ille philoſophorū
deus, Hoc Platonicus Apuleius factitandū eſſe demōſtrat, Hoc efficere de
bet quiſquis de ſeipſo bene ſentit. Cultura ꝥo animi eſt, peioribus repudia
tis meliora ſectari, & id q̄d' optimū eſt potiſſimū capeſſere. Cultura animi
eſt ingenuas diſciplinas amplexari, Cultura animi eſt ipſa eloquentia, quæ
vna eſt de ſummis virtutibus, quæ ſacra ac venerabilis, quę rerū publicarū
gubernatrix p̄clara eſſe fertur. Quā. M. Tul. primā artē appellat. Quā Cor.
tacitus autumat cæteris aliarū artiū ſtudiis eſſe anteponendā, in qua præſi/
diū ſimul & telū eſt, Quo pugnare pariter & inceſſere poſſimus, Quę flexa
nima, Quæ omniū regina rerū a luculētis ſcriptorib⁹ nuncupať, Qua q̄ præ
dit⁹ eſt int' hoīes (vt ita dicā) deus putať, Qua deniq; efficiť, vt reliqs homi/
nibus tāto præſtem⁹, quāto hoīes beſtiis añcellunt. Eloquētiā ergo viri pre
ſtantiſſimi totis viřib⁹ capeſſere, eloquētie dies ac noctes impēdere, eloquē

tiæ iugiter inuigilare debemus,hoc ſit ocyum noſtrū,hoc negociū,in hoc la bor,in hoc quies reponaſ,et vt Horacianos ẏſus vſurpē, Hoc opus,hoc ſtu dium parui ꝓperemus & ampli. Si patriæ volumꝰ ſi nobis viuere chari. In cubiculū autē eloquētiæ introducet nos ille qui claues habet. M. T. Ci. Qui eloquētiæ clauiger,īmo alumnus,īmo partus dici mereſ. Hic nobis cūctas eloquētiæ diuitias referabit,cūcta periſtromata explicabit,oēs ornatꝰ oſten det,hoc duce,hoc dep̄catore nobis vtendū eſt, ſi inſinuare nos in amicitiā cū eloquētia cōcupiſcimꝰ. Hic em̄ ille eſt qui eloquentiā ipſam locupletauit, q ad ornamentū patrij ſermōis cōplura vocabula excogitauit,qualia ſunt, beatitas,beatitudo,ſyllabatim,& ꝓ oriçonte finiēdus,mꝫtaq; alia id genꝰ quę primꝰ Cicero cōmentus eſſe fertur,ideoq; incertū eſt,vtrū ipſe plus elo quētiæ debeat,an ipſi eloquētia,quē eloquētiæ archetypon & ſimulacrū nū cupare merito poſſumꝰ,qui apud poſteros id eſt cōſecutus, vt Cicero iā nō hoīs nomen,ſed eloquētiæ habeaſ,de cuius laudibus,ſicut inquit Saluſtius de carthagine,melius eſſet tacere q; pauca dicere, & nos anno ꝓximo non pauca cōmemorauimꝰ. Sed quoniā vt autumat Plato,non nocet his dicere quod bene diciſ. Et vt ait Seneca,Nunq; nimis diciſ quod nunq; ſatis. Re/ petamus impræſentiarū nōnulla de Cicerone,quæ neq; vos audiuiſſe,neq; nos dixiſſe pœniteat. M. Antonius orator,cui vel primas eloquētiæ partes maiores noſtri tribuerūt,dicere ſolebat multos ſe vidiſſe diſertos,eloquētē oīno neminē,eloquētiæ videlicet formā,quā animo cernebat,re ipſa vide re nō poterat. Vtinā hic Antoniꝰ Ciceronē in foro rhomano cauſas actitan tem,vel ſemel audiuiſſet,,ꝓfecto dixiſſet hunc eſſe illum quē quærebat,quē nuſq; videre poterat,eūq; nō ſolū eloquentē,ſed eloquētiſſimū,ſed eloquē/ tiæ ipſius imaginē eſſe aſſeruiſſet,& merito. Nam vt facūdiſſime Quintilia nus tradit,Cicero vnus dono quodā prouidētiæ genitus videtur,in quo to tas vires ſuas eloquētia experireſ,qui effinxit vim Demoſthenis,copiā Pla tonis,iucunditatē Iſocratis,in quo omnes orandi virtutes congeſtæ fuerūt quæ in alijs oratoribus ſingulæ conſpiciūtur,Laudamus in Cæſare calorē, in Seneca copiam,in Quintiliano diligentiā,in Plynio nitorē. Laudauerūt priſci in Graccho impetum, in Lælio lenitatē,in Catone grauitatē,in Cal/ uo ſanctitatē. in Hortēſio partitionē,at. M. T. in omnibꝰ his quę in ſingulis ſingula laudantur,eſt eminētiſſimus,a quo omnis dicendi copia/velut a co pioſiſſimo fonte procurrit,a quo ſicut de Homero cecinit Manlius,Omnis poſteritas latices in pocula duxit,de q̄ id dici merito poteſt,verbis paulum imutatis,qđ de Epicuro dixit Lucretiꝰ,Hic genus humanū eloquio ſupera uit,et oēs reſtrinxit ſtellas exortus vt æthereus ſol. Et quū ab alijs ſcriptori bus rerū,ab alijs verborū doctrina quæraſ, Cicero doctrinā, facundiamq; abūde ſuppeditat. Et quū tria ſint genera dicendi,q̄s græci characteras ap pellant. Quū ſint grandiloqui q ſententiarū grauitate & maieſtate præpol lent. Quū ſint graciles in quibꝰ ſubtilitas ac venuſtas eſt. Quū ſint interme dij qui in cōfinio vtrorūq; tēperati florent. In his omnibꝰ Cicero abſolutiſſi mus. cōſummatiſſimuſq; cōſpiciē. Laudat Homerus in Vlyſſe orationem quā niuibꝰ hibernis ſimillimā illo ẏſu eſſe ꝓnunciat, Inſtar erāt imbris flui/ tantia verba niualis. Talis in Cicerone haud dubie eſſe cognoſciē. videlicet plena,larga,magnifica,excelſa,breuiterq; cœleſtis. Pericles ab Ariſtopha/ ne poeta comico dictus eſt,fulgurare,tonare,cuncta oratione perturbare, atq; miſcere,Hoc idem de Marco Tullio dicere poſſumus, cuius ſententiæ

fulmina verba, tonitrua mihi videnť. Et ſicut apľus Paulus tuba euãgelij a diuo Hieronymo nuncupať, ita ipſe tuba eloquẽtiæ nuncupari poteſt, in cuius labris illam ꝓſuadendi deã ſeſſitauiſſe credim⁹, quæ a græcis Pitho, a latinis Suada ſiue ſuadela nominať, quã in ore periclis apud græcos, in ore cethei apud rhomanos ſediſſe ſcriptores idonei tradiderũt. Merito igitur rex oratoꝝ & latinæ linguæ illuſtrator dictus eſt. Merito arcẽ eloquẽtię tenere & in iudicijs regnare exiſtimatus. Merito ob ei⁹ os Graij ora obuertebant ſua. Ex cuius libris deprẽdere licet, vt Cornelius tacitus auctor eſt, nullius ingenuæ diſciplinæ ſcientiã ei defuiſſe, ille non ſolum grãmaticę & poeticę & rhetoricæ artis crateras ebibit, ſed etiã auidiſſime hauſit craterã dialecticæ auſteram, muſicæ dulcẽ, geometriæ limpidã, et vniuerſæ philoſophiæ nectaream, quã quidẽ philoſophiã quũ rhomæ prius peregrinaretť, & vt vtar vocabulo Plautino tm̃modo atticiſſaret, primus fere rhomana ciuitate donauit, & latina lingua opulentã ac pollentẽ fecit, nãqꝫ verbis pluribus græcanicis verba latina accõmodauit. Quæ enim philoſophi græce dicunt Catorthomata, Cicero latine rectefacta nominauit, quæ illi catalepſis / hic conGræca latinæ dicta preſſiones, q̃d illi Axioma hic ꝓnunciatũ, quę illi phanthaſias hic viſa nuncupauit, & ſexcenta alia id genus primus effinxit, idem vt nihil intactũ relinqueret iuri operã dedit, & de legibus volumina cõcinnauit. In omnibus vero quæ ſcripſit tanta auctoritas ineſt, vt pro ratiõe dicta ipſius habeanť, vt iuriſconſulti pluribus in locis teſtimonio Ciceronis vtanť. Nãqꝫ in libro de ver. ſig. diffinitio littoris ex eius ſentẽtia comprobať. Et. ff. de origine iuris fit mentio oñonis quæ pro ligario ſcripta eſt. & in titu. de pœnis. exemplum oñonis pro cluentio habitæ mutuanť. Igitur quũ tam varijs, tãqꝫ multijugis diſciplinis eſſet refertiſſim⁹ factus eſt cõſummat⁹ orator, et vt ita dicam quod ſentio incõparabilis, & quod de Varrone dixit Terẽtian⁹ vir doctiſſim⁹ vndecũqꝫ Varro, id nos de. M. T. C. dicamus. Vir doctiſſimus vndecũqꝫ Marcus q̃ mihi hac peculiari laudatione laudandus videť, vt tribus hiſce nominib⁹ cognominet quæ illi optime quadrant, videlicet Polyhiſtor Philoſophotatos, Poligraphotatos / id eſt multiſci⁹ philoſophiæ ſciẽtiſſim⁹ & rerum plurimarꝫ ſcriptor luculentiſſimus. Hic em̃ ille eſt quẽ ob eximias excellẽteſqꝫ virtutes omnes in cœlum laudibus certatim ferunt, de quo preconia poetarũ vulgariſſima celebranť, de quo ita cecinit Catullus. Diſertiſſime rhomuli nepotũ quot ſunt, quotqꝫ fuere Marce Tulli, quotqꝫ poſt alĳs erunt in annis. De quo ita Lucan⁹, Rhomani maximus auctor Tullius eloquĳ. De quo Syllius Furialia bella. Fulmine cõpeſcet linguæ, nec deinde relinquet, Par decus eloquio cuiqꝫ ſperare nepotũ. De quo epigrãmatic⁹ poeta Martialis. Illud laurigeros ſaggeres cũ læta triumphos. Hoc tibi rhoma caput quum loqueris erat. Qui ita laudatur a Manlio. Et cẽſu Tullius oris emeritus cœlum. Quẽ quũ græce declamantẽ Apolloni⁹ rhetor audiuiſſet, mirabũdus pauliſper obticuit, moxqꝫ in hæc verba prorupit. Te nempe Cicero laudo & admiror, ſed græcoꝝ fortunæ me miſeret. Quũ video eloquẽtiam quæ virtutũ ſola nobis græcis relicta erat per te rhomam tranſmigrare, extat luculentũ epigrãma, dignũqꝫ vbiqꝫ legi, q̃d Tulli⁹ laurea Ciceroñis libertus in laudem patroni concinnauit, quum aquas Ciceronianas oculis medentes, his verſibus celebraret. Quo tua rhomanæ vindex clariſſimę linVerſus guæ. Sylua loco melius ſurgere iuſſa viret. Atqꝫ academiæ celebratã nomine villam. Nunc reparat cultu ſub potiore vetus. Hic etiã apparẽt lymphæ

nõ ante repertæ. Languida quæ infuso lumina rore leuãt. Nimirũ locus, ipe
ſui Ciceronis honori Hoc dedit, hac ſontes quũ patefecit ope. Vt quoniam
totum legitur ſine fine per orbem. Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.
¶ Quid multa? Nonne & Plynius Ciceronẽ extra omnẽ ingenij aleam col
locat, & doctrinarũ lucem appellat? Qui in. vij. natu. hiſto. de laudibus Ci
ceronis luculentiſſimũ ſcripſit elogium. Et ab omnib⁹ Ciceroniane virtutis
amatoribus ediſcendũ, quod hoc eſt. Sed quo te Marce Tulli piaculo taceã
quoue maxime excellentẽ inſigni prædicem? Te dicẽte legem Agrariã, hoc
eſt alimenta ſua abdicarũt tribus. Te ſuadẽte Roſcio theatralis ſeditiõis au
ctori leges ignouerunt, notataſq; ſe ſedes ignominiæ diſcrimine æquo ani
mo tulerunt. Te orãte proſcriptorũ liberos honores petere puduit. Tuum
Catilina fugit ingeniũ, Tu Marcũ Antoniũ proſcripſiſti. Salue prim⁹ om
niũ pater patriæ appellate. Primus in toga triumphũ, linguæq; laureã meri
tæ, & facũdiæ litterarũ latinarũ parens, atq; vt dictator Cæſar hoſtis quõ
dam tuus de te ſcripſit, omniũ triumphatorũ laudem adepte maiorẽ, quan
to plus eſt ingenij rhomani terminos intantũ promouiſſe q̃ imperij. Hæc
obiter dicta ſint de viro nunq̃ ſatis laudato, cuius libros omnis diuinitus
ſcriptos, vtinam tam ſtudioſe legeremus, q̃ ſtudioſe diu⁹ Hieronymus le
ctitauit, qui ob id ipſum Ciceronianus ante dei tribunal meruit appellari.
Sicut in libello ad Euſtochiũ ipſe meminit/& Rufinus affirmat. Cuius rei
etiam mentio fit in decretis diſt. xxxvij. Nos vero ex immẽſa Ciceronianæ
bibliothecæ ſylua rhetoricos ad Herenniũ potiſſimum excerpſimus, quos
publico auditorio hoc anno profitebimur, in quibus præcepta docendi ora
torias artes plurima & pene omnia adamuſſim perſcribũtur, quos libros
quidã non Ciceronis/ſed alterius oratoris, & potiſſimũ Cornificij eſſe con
tendunt, ſuper qua re nunc mihi nõ eſt diſputandi locus. Hoc vero explora
tiſſimũ eſt, hos libros rhetoricos, ſiue a Cicerone compoſiti fuerint, vt Pri
ſcianus exiſtimat, ſiue ab alio neſcio quo, vt nõnulli ex neotericis autumãt
eſſe luculentos, limatos, emunctos, & in primis conducibiles ad docẽdam
eloquentiã, quæ in canonicis ſcripturis argento comparatur, quam ſub no
mine argenti ægyptijs eripiẽdam eſſe dominus præcepit, ſicut in Peiitateu
co, & maxime in Exodo a Moyſe relatum eſt, in Leuitico etiam primitias
mellis domino iubemur offerre, quod tropologice ſignificat dulcedinẽ elo
quentiæ, qua nulla dulcedo mellea dulcior eſſe exiſtimatur, cui omnis ſua
uitas comparata fatiſcet, & auſteritatis ac amaroris plena videbit, hoc ve
rum eſſe omnes eloquentiæ profeſſores affirmant, hoc nemo veſtrũ inficia
bitur, vbi p̃cepta rhetoricæ optime didiceritis. Quã nõnulli in latinũ tranſ
ferentes, tum oratoriã, tum oratricem nominauerũt. Eritis autem haud du
bie eloquentes, ſi eloquẽtiſſimi oratoris volumina in manibus frequẽter ha
bebitis, ſi Tulliane lectionis eritis ſtudioſiſſimi. Ille em̃ vt Quintilianus ait,
ſe ꝓfeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit. Lectiõi Ciceronis copulata erit
lectio ſyluarum, quas Papinius Statius poeta Neapolitanus, poetico quo
dam calore conſcripſit. Vnde & ſyluæ merito nuncupãtur. Nam ſyluã pri Sylua
ſci vocarunt poema, ſtilo q̃ velociſſimo cõpoſitũ, quando poeta calorem ſe
quens ac impetũ ex tempore ſcribit. Et vt inquit Plato, in muſæ tripode ſe
dens, furoris afflatu cõcitatur. Præterea & ſylua in alia ſignificatione apud
eruditos accipitur pro vbertate ac copia rerum cateruatim congeſtarũ. Vn
de ait Cicero in Oratore. Omnis ſylua dicẽdi ducta ab illis eſt. ¶ Tranquil

lus iu libro de grammaticis reliquit inquit,nõ mediocrem ſyluam obſerua tionem ſermonis antiqui.Et diuus Hieronym.in ꝓlogo Ioſue & in prologo Paralypomenõ ſyluam hebraicorũ nominũ appellat multitudinẽ copioſiſſimã.Iu hoc vero poemate perinde ac in ſyluis nemoribuſq; ſunt cuncta cõgeſta & agminatim coaceruata,incredibilis rerum reconditarũ cõmemoratio immenſa,multĳugę doctrinæ deſcriptio,hiſtoriarũ ac rerum ſcitu dignarum luculenta narratio.In ſumma q̃plurima legũtur in ſyluis ſtatĳ,quæ ꝓphanũ vulgus ignorat,in quibus grãmatiſtæ allucinant̃,in quibus cõmentatores ſubinde labunt̃.Hęc & id genus reliqua nos ea vigilãtia,eo ſtudio, ea diligẽtia explicare conabimur,atq; provirili parte enodare curabim⁹,vt nullus auditorũ noſtrorũ enarrationes noſtras merito poſſit criminari. Cæterum quoniã Ciceronis rhetoricos enarraturi ſumus,ne illotis(vt aiũt)pedibus in ipſa penetralia ingrediamur.De Ciceronis vita & obitu pauca dicamus,quæ vobis voluptati ſit audiuiſſe,vſui & ornamẽto meminiſſe,vos (vt cœpiſtis)quæſo diligenter attendite. Dixi.

¶ Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratione Iuuenalis atq; Saluſtĳ.

VEtuſtiſſimi græcorũ viri clariſſimi,maximos honores cõſtituerũt nobilib⁹ athletis,q̃ in ludis olympicis,pythĳs,iſthmĳs,neemęis victoriã reportaſſent.Nã quũ palma & corona decorarentur,in ſuas mox ciuitates reuertẽtes,quadrigis triũphalibus inuecti cõſpiciebant̃,vt quoad viuerẽt/vectigalib⁹ publicis alebant̃.Quod me cogitãte/ſubĳit admiratio,cur nõ ĳdem honores vel poti⁹ maiores,luculentioraq; emolumẽta conſtituta fuerint rerum ſcriptoribus,qui infinitas voluptates, cunctis mortalibus præſtant,& de toto humano genere optime merentur qui tanto athletis anteponendi ſunt,quanto animi corporibus antecellunt Etenim ab athletis corpora a ſcriptoribus animi exercẽtur,illi corpora ſaginant,iſti animis pabulum ſuggerunt copioſum,& ſolam immortalitatẽ aucupantur.Quocirca quũ multũ debeamus ſingulis ſingularũ rerum conditoribus,tum plurimũ profecto debemus inuentoribus litterarũ,quibus nihil præſtãtius,nihil excellentius,nihil vtilius vllo vnq̃ tempore excogitatũ eſt. ¶ Emuero litteris cõſtat imortalitas hominũ,& memorię fulcitur eternitas,litteræ res multæ retro ſæculis a multis nationib⁹ geſtas nobis oſtentant,litteris cognitio omniũ diſciplinarũ percepta eſt,cõmercium litterarũ tolle ex hominibus,ſolem ex ipſo mundo ſuſtuleris.Huius tam excellentis tam neceſſarĳ boni,quiſnam fuerit repertor ambigitur. Alĳ a Mercurio litteras repertas arbitrant̃. Alĳ a phœnicibus inuẽtas eſſe tradunt.Cuius rei argumentum eſt q̃ phœnicia litterarũ elementa primi poetæ nũcuparunt. In græciã autem e phœnicia litteras Cadmũ attuliſſe ferunt,mox e græcia in latinũ attulere Pelaſgi.Quidam autumant litteras Aſſyrias fuiſſe ſemp. Eccleſiaſtici ꝟo ſcriptores ab hebræis repertas eſſe cõtendũt. Idq; validiſſimo argumento probare nituntur,q̃ videlicet apud hebręos ſingula litterarum elemẽta aliquid ſignificent,quod neq; apud græcos,neq; apud latinos vllo modo fieri poteſt.Verbi gratia,Prima hebræorũ littera aleph nũcupatur, quod latinæ ſignificat diſciplinã.Secũda beth,quod domus interpretatur.Gymel plenitudo.Deleth tabularum ſiue librorũ,& ita reliquæ litteræ hebræorũ alicuius rei ſignificatiuę eſſe traduntur,quod neq; de græcis,neq;

Litterarum laus & inuẽtio.

de latinis fertur. Hæc ſunt quæ ab eruditis memorãtur de ŏrigine litterarũ, quibus qui imbuti fuerint, tantũ illitteratis hominibus antecellunt, quantũ homines cæteris animãtibus præſtant. Cæterum ipſe mecum interdũ quæ/rere ſoleo, quid eſt quũ tot fuerint populi, tot gentes, tot terrarũ orbe diffu/ſæ, tam paucæ nationes in litterarũ ſtudio efflоruerunt. Soliq; fere græci & italici litteras excoluerint. Namq; plures (vt ego opinor) in ſola græcia/ita/liaq; ſcriptores extiterunt, q̃ in omnibus alĳs per longa ſæcula nationibus, huiuſce rei nimirum illa potiſſima cauſa eſſe creditur, aeris videlicet ſubtili tas/atq; temperies. Non em̃ temere dixit Heraclitus, aer ſiccior, anima pru dẽtior & melior. Hinc thebani pingues/hebeteſq; exiſtimati ſunt. q̃ thebis cœlum eſſet craſſiſſimum. Contra Attici putãtur acutiores, q̃ Athenis aer tenuis atq; ſalubris. Hinc ſeptentrionales mentibus ſtupendis eſſe tradun/tur, q̃ propter cœli craſſitudinem, immodicũq; aeris humorem refrigeren/tur, quæ res haud dubie efficit animos tardiores/hebetioreſq;. Verum pro/pter ſanguinis/humoriſq; abundantiam ferro reſiſtunt ſine timore. Ecõtra rio qui proximi ſunt ad axem meridianum, feruentiſſimis æſtibus obnoxĳ exiguum habent ſanguinem, ideoq; timidiores ſunt/pauidioreſq;. Et q̃uis ſunt animis acutiſſimis, ſummaq; ſolertia prædĭti, exuſtas tam̃ habẽt a ſo le vires animorũ. Nimirũ hoc illud eſt quod philoſophorũ princeps Ariſto teles ſcribit in Politicis, Gentes quæ in frigidis regionibus incolunt, animo quidem abundare, ingenĳ vero & artificĳ habere q̃minimũ. Aſiaticos au tem ingenioſos quidem eſſe, ſed minime animoſos, at genus græcorũ ſicut in Meditullio regionis ſitum eſt, ita animo pollere & ingenio. Italia quoq; quum inter ſeptentrionalem/meridionalemq; plagam collocata ſit mixtio nibus diuerſis, efficitur temperatiſſima, quẽadmodũ Iouis ſtella inter Mar tem feruentiſſimũ, & Saturnũ frigidiſſimũ media currẽs temperata ſaluta ris fit. Quocirca Italia omniũ terrarum alumna ac parens nuncupatur. Ea/dem cunctarũ gentium in toto orbe prima eſſe traditur. Quæ omnes natio nes ſine cõtrouerſia antecellit, Viris, fœminis, ducibus, artium præſtantia, ingeniorũ claritatibus. Ipſa vero vrbs Rhoma (vt inquit Ammianus Mar cellinus) virtutum omniũ fuit domicilium, Quum viri diuino pene ingenio præclari, & etiam innumerabiles in Italia per varias ętates extiterint. Duo bus potiſſimũ temporibus q̃plurimi efflоruerunt, videlicet circa tempora Auguſti, & mox circa tempora Domitiani atq; Traiani. Illa profecto ſæ/cula aurea cognominari merito poſſunt. Illa fœliciſſima tẽpora nuncupan da, quib⁹ Cicero, Aſinius pollio, Cœlius meſalla, Caluus, Iulius cæſar. M. Varro, & mox Vergilius, Ouidius, Varro attacinus, Properti⁹, Tibullus, & ſexcenti doctiſſimi floruerũt. Altera vero ætate nõ pauciores extiterũt, Inter quos Quintilianus, Duo phynĳ, Tacitus, Tranquillus, Gellius, Mar tialiſq; excelluerũt, & in primis Iuuenalis aquinas qui quemadmodũ ipſe poemate Satyrico eluxit in hac poſteriori ætate, ita in ſuperiori Criſpus Sa luſtius in ſcribenda hiſtoria immortalitatem ſibi comparauit. Quos ambo hoc anno ideo publice profiteri deſtinaui, quoniã ex vtriuſq; lectione confi do auditores maximã vtilitatẽ cum voluptate eſſe capturos. Nã Criſpus Saluſtius ob elegantiã inimitabilemq; in ſcribendo breuitatẽ aſſecutus eſt primas inter hiſtoricos partes, quod epigrãmaticus poeta illo diſticho ex preſſit. Hic erit (vt perhibent doctorũ corda virorũ) Criſpus rhomana pri mus in hiſtoria. Etenim ita creber rerum frequẽtia eſt, vt verborum prope

numerū ſentētiarꝫ numero ſequaſ,ita verbis quorū nouator dictus eſt con
cinnꝰ ita elegans,ita preſſus,vt neſcias vtrū res verbis/an verba rebus illu
ſtrent.Saluſtiū Quintilianus Thucydidi celeberrimo apud græcos non du
bitauit opponere,in quo quū ſit præcipua virtus breuitas,vt Seneca refert
hac eū Saluſtius vicit,ex cuius oratione nil demi ſine detrimēto ſentētiæ po
teſt.Vnde haud immerito dixit Macrobius Saluſtiū in genere dicendi bre
uiſſimo dominari.Et magnā ꝓfecto iacturā paſſa eſt latina lingua de per/
ditis Saluſtij libris,qbus geſta Rhomanorꝫ complectebaſ,nobis tantūmo
do ſuperſunt illius diuini viri Catilina atqꝫ Iugurtha.Saluſtius ab Auguſti
no ita laudaſ,vt eum appellet nobilitatæ veritatis hiſtoricū.Cuiꝰ oratiōes
(vt inquit Seneca)legunſ in honore hiſtoriarū,q̄ haud dubie volumina in/
dicāt,quāta in ſcribēdo maieſtate,q̄ꝫ diuino fuerit decoratus ingenio,ſed
quēadmodū in hiſtoria eximius eſt Saluſtius,ita in Satyra eminentiſſimus
eſt Iuuenalis.Cuius poemate eruditiſſimo nobis abunde declaraſ,nō pau
ciora priſcis tēporibꝰ q̄ꝫ noſtris flagitia extitiſſe,nec flagitioſos pauciores.
Huius itaqꝫ lectiōe affatim cognoſceſ,quātis vitijs illa ætas infecta fuerit,
quantiſqꝫ libidinibꝰ cōmaculata,ita vt vituperatio talium flagitiorū nobis
maximo eſſe poſſit documento,vt quod turpe eſt/fugiamus,q̄d honeſtum
eſt/id tota mente capiamus.Ex Satyrici poetæ lectione aperte cognoſcemꝰ
id quod nos cōquerimur,maiores noſtros cōqueſtos fuiſſe,videlicet corru
ptos eſſe mores,vigere nequitiā,luxuriā,libidinēqꝫ dominari.Maximā ꝓfe
cto nobis exhibebit vtilitatē,nec minorē voluptatē Iuuenalis,in quo erudi/
tio mira eſt,varietas rerum iucūdiſſima,ſtilus terſus,libertas Satyrica,ſen
tentiæ ſcitu dignæ innumerabiles,laudatio virtutum,vituperatio vitiorū.
Enarrabimꝰ ergo dijs bene iuuātibus celeberrimū ſatyricū & hiſtoricū lu/
culentū,& pro mediocritate huiuſce meæ quātulæcūqꝫ in profitendo facul
tatis elaborabo vt cunctis ſatiſfaciā,vt recōdita illuſtrem,& in primis quę
a cōmentatoribꝰ omiſſa ſunt,vel parum diligēter interpretata,ea enarrare
conabimur.In ſumma illa omnia qualiacūqꝫ ſunt,quæ longis vigilijs & iu
gi labore didicimus,vobiſcum libētiſſime cōmunicabimus.Vos quæſo au
rium operam nobis accōmodate. Dixi

¶Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratiōe Quæſtionū Tuſculanarū & Horacij flacci/cōtinens laudē muſices.

QAgna res eſt ac venerabilis,omniūqꝫ mortaliū votis expetēda
viri clariſſimi philoſophia,quā græci Ethicen/latini moralē no/
minauerunt,q̄ quū animorū noſtrorū medicina ſit efficaciſſima
tāto reliquis diſciplinis eſt excellētior,quāto animi corporibꝰ an
tecellunt.Nā quū cōſtemus ex anīa & corpore,quūqꝫ corporis ſeruitio ani
mi vtamur imperio,magis nos decet animū curare q̄ꝫ corpus.Nihil autem
peræque pertinet ad animorū ſanationem q̄ꝫ philoſophia,& ea potiſſimū
quæ de vita tractat & moribꝰ.Siquidē quū plures pernicioſioreſqꝫ ſint ani
mi morbi q̄ꝫ corporis,qui dies nocteſqꝫ noſtras mentes exedunt,quūcupi/
ditatibus inſatiabilibus ſollicitemur,quū ꝑturbationibus innumerabilibꝰ
ſimus obnoxij,hos oīes morbos ſola ſanare poteſt philoſophia moralis.
Quæ haud immerito vitæ dux,& virtutis indagatrix expultrixqꝫ vitiorū
luculentis ſcriptoribus nuncupaſ.Cuius documētis qui fuerit imbutus,is
facile caſus contēnet humanos,fortunāqꝫ flocci faciet imperterritus,imper/

turbatus, inuictus. Et quũ plura sint studia/quæ liberalia nominãtur, quia homine libero digna sunt. Hoc vnũ philosophiæ studium vere liberale est, quod homines liberos facit, sublimes, fortes, atq; magnanimos. Quocirca illi valde vituperandi esse credũtur, quorũ corpora in sagina sunt, animi in macie veternoq; tabescũt, apud quos appetitus rationi imperat, virtus voluptati obsequit, corpus animo dominat. Quorum deus venter est, quicq; in voluptatibus, libidinibusq; summũ bonum collocarũt. At quanto maiores nostri prudẽtiores, laudabilioresq; extiterunt, qui virtutem ad beate viuendũ solã sufficere crediderũt, qui vnicæ philosophiæ diuitias oẽs posthabuerunt, solam virtutẽ contemplantes, soli sapiẽtiæ inhiantes, solam doctrinam amplexantes. Inter quos imprimis Socrates philosophorum fons nũcupatus excelluit, qui primus philosophiam deuocauit a cœlo. Docuitq; de vita & moribus, rebusq; bonis ac malis inquirere. Nã quũ philosophiæ tres ptes esse tradiderint eximij scriptores, Physicen, Dialecticẽ, atq; Ethicen, quarũ physica quæ a nobis naturalis appellat, rerũ naturã perscrutat. Dialectica quã rõnalem noiamus, proprietates verborũ, structurãq; requirit. Ethica quæ dicit moralis, animũ cõponit/atq; oẽs animorũ perturbationes sedat, hanc postremã Socrates cõplexus est. Ethicã Socrates in scholis edocuit, ethicã, adamauit, illustrauit, excoluit, ad quã quũ trãsiret, illud vulgatissimum vsurpauit. Quæ supra nos nihil ad nos, tanq; sola philosophia moralis esset mortalibꝰ maxime necessaria/atq; frugifera, plurimũq; vtilitatis afferret. Quũ reliquas partes nõ multũ pbaret. Ideoq; neq; de natura rerum, neq; de altioribus sublimioribusq; rebus Socrates vnq; disputabat sed de sola morali philosophia assidue differebat/ac meditabat. Cuiꝰ discipulus diuinus ille Plato doctoris dogmata in omnibꝰ fere voluminibꝰ mirabiliter expressit, Eiusq; ingeniũ varioq; sermones immórtalitati cõmendauit, quũ ipse litteram Socrates nullam reliquisset. Cæterum philosophia omnis ac reliquæ liberales disciplinæ diu in solis græcorum gymnasijs floruerant, diu a solis græcis tractatæ, excultę, illustratæ sunt, quũ rhomani latiuiq; arma magis q̃ studia litterarum exercerẽt, quũ imperiũ magis ꝓpagare q̃ disciplinas percipere meditarent. Antiquitus sophia dicebat, quæ nunc philosophia nuncupat. Et qui hanc profitebantur Sophi/id est sapientes appellati, primus Pythagoras philosophiã nominauit, seq; philosophũ hoc est sapiẽtiæ studiosum, a quo illud philosophiæ genus emanauit, quod italicum scriptores appellant, ab eo q̃ Pythagoras (vt plurimum) in italia philosophatus sit, quũ Ionica philosophia ab Anaximãdro defluxerit discipulo thaletis Ionici. Cæterum quũ indies magis ingenia græcorum efflorescerẽt, quũ studia litterarũ magis ac magis excolerent, apud atheniẽses illos Catos atq; legiferos domiciliũ philosophorũ cõstitutum est, illic academia Platonis. Lyciũ Aristotelis, porticus Zenonis efflorueruẽt, ex ea ciuitate cõplures philosophorũ sectæ tanq; ex equo Troiano innumeri principes prodierũt, Illinc academici, hoc est platonici ab academia schola nuncupati. Illinc Stoici a porticu Zenonis noiati, Illinc peripatetici ab ambulatiõe Aristotelis nomẽ sortiti processerunt, Illinc secta Epicureorũ, Illinc manauit secta Cynicorũ, quos ita a probris moribusq; caninis appellitauerũt, quorũ princeps & auctor perhibet Anthistenes & illustrator Diogenes in atticorum gymnasijs dogmata philosophorum didicerunt Aristippus conditor cyrenaicæ sectæ Archesilaus princeps nouæ academiæ, phædon a quo heli-

Socrates

Sectarum principes

aca secta profluxit, Euclides a quo megarica, & Menedem⁹, quẽ auctorem Eretricorum secta concelebrat. Et vt semel finiã, nulli fere illustres philoso/phi extiterunt, qui non Athenas studiorũ causa proficiscerent. Illic diu litte/tę habitarũt, illic philosophia habuit domiciliũ, illic ingenuæ ac liberales ar/tes diutissime diuersatæ sunt, quę sero quidẽ, sed tamẽ aliqñ ad Rhomanos trãsmigrarũt, q vt erãt omniũ vtilitatũ ac virtutñ rapacissimi, cognitis grę/corum disciplinis incredibili litterarũ studio flagrare cœperũt, multicꝫ phi/losophiã latinis litteris excolere atcꝫ illustrare conati sunt. Sed duo potissi/mũ excellenti ac pene diuino ingenio viri id efficere potuerũt. M. Varro q̃ a Terẽtiano vndecũcꝫ doctissimus nuncupat. Et. M. T. Cicero extra oẽm ingenij aleam collocatus, qui quũ Oratoriã diiciplinã illustrauisset, philoso/phiam quocꝫ sua industria illustrandã/excolendamcꝫ suscepit, vt qui occu/patus rhomanis profuisset, etiam prodesset ocioſus. Et quũvbicꝫ Platonis æmul⁹ ac imitator existeret Dialogos in philosophia, & potissimũ morali plurimos diuinitus cõscripsit, & in primis quæstionũ libros quincꝫ, quas a villa sua Thusculana, quæ fuerat antea Syllæ dictatoris Thusculanas no/Thusculanę minauit, quarum lectio quum sit futura auditoribus vtilissima ac saluberri/ma. Quumcꝫ multũ eruditionis, multum sententiarũ, multum exemplorũ in his contineat, eas publico auditorio instituí profiteri, mecꝫ facturũ ope/ræprecium esse censui, si id pluribus mea industria cognitum fieret & aper/tum, quod prius incognitũ erat & obscurum. Vos itacꝫ hortor & moneo, vt Ciceronis libros lectitare, ediscere, & in manibus quotidie habere veli/tis, hunc spectemus, hoc propositũ nobis sit exemplũ, ille (vt Quintilianus ait) se ꝓficisse sciat, cui Cicero valde placebit. Cæterum quantũ Ciceronis Horacius lectio nobis vtilitatis est allatura, tãtum carmina Horacij flacci modulata afferent iucunditatis, & quemadmodũ philosophia salubris est, ita musica delectabilis. Cuius dulcedine cuncta viuẽtia capiũtur, cuius origo cœlestis memorat, ipsiusꝫ ratione mundũ esse cõpositũ pythagorici vulgauerunt. Musicæ Vnde Theologi nouẽ musas esse dixerũt propter octo spherarũ cœlestium Concinẽtia musicos cõcentus, & vnã maximam cõcinentiã quæ constat ex omnibus, Concentus quã harmoniã nominauerũt, cœlumcꝫ ipsum canere asseruerũt. Musicam antiquis illis temporibus in veneratione maxima fuisse memoriæ proditũ est, ac maximos duces fidibus tybĩsꝫ cecinisse, quinetiã apud priscos tam græcos q̃ Rhomanos in conuiuñs post cœnam lyra circumferebatur, qua laudes atcꝫ virtutes virorũ fortiũ canebant, quã quũ olim temistocles recu/Temistocles lyræ expers sasset, habitus est indoctior. Cõtra laudatus Epaminõdas, ꝙ Cythariçare & cantare ad chordarũ sonum esset eruditus. Socrates quocꝫ iam senio cõ/fectus, instituí lyra nõ erubuit, & Plato ciuili viro quẽ politicon vocat, mu/sicam credit esse necessariã. Et Aristoteles in politicis auctor est, Musicã in/ter disciplinas ingenuas esse collocatã, quã vna quũ lirteris & gymnastica adolescẽtes priscis temporibus discere consueuerunt, & si volumus (inquit Idem) degere in ocio, Musica est adhibenda, quę habet naturalem voluptatem, quæ ex iucũdissimis est, quã Museus dulcissimã dixit esse mortalibus. Musica antiquitus sacrificijs ac funeribus adhibebat. Musica curas abigit, clæmentiã suadet, & ad leniẽdos affectus plurimũ valet, & vt inquit elegã/ter apud philostratũ Canius tybicen, Musica mœrentibus adimit mœrorẽ hylares efficit hylariores, amatorẽ calidiotẽ, religiosum ad deos laudãdos paratiorẽ, eadẽcꝫ varijs moribus accõmodata animos auditorũ quocunꝫ

vult ſenſim trahit. Pythagoricis certe moris fuit aĩos ad lyrã excitare vel le
nire, neq; ſolũ pturbationibus aĩorũ, ſed etiã corpis morbis medet muſica
modulatio, Quũ ad febrẽ quoq; ac vulnera cantiones quotidie adhibeant.
Quapropter laudandus eſt Xenocrates, qui organicis modulis lymphati/
cos liberabat, & Aſclepiades q tubar; cantu ſurdiſſimis medebatur. Theo
phraſtus quoq; ad affectiões animi moderàndas, tybias adhibuiſſe fertur.
Quinetiã traditũ eſt Thaletẽ Cretenſem cythare ſuauitate morbos ac pe/
ſtilentiã fugauiſſe, & cant⁹ tybicinũ mederi credunt iſchiacis, et in inſtrumẽ
to veteri ſcriptũ eſt, quẽadmodũ Dauide cythariçãte Saul refocillabat a fu
rore demẽtiæ, q̃ identidẽ corripiebat. Quid? nõne bella muſicis modulatio/
nib⁹ accẽdunt? quid aliud in. R. legionib⁹ litui tubæ, cornuaq; moliebãtur?
quorũ cõcentus equos, militeſq; pariter acuebat. Prẽterea Crethẽſes ad cy
thiarã dimicabãt, Lacedæmoniũ in græcia, in Italia Sybaritæ ad tybias. Nõ
ne amações ad calamos arma tractabãt? nõne halyattes lydorũ rex (vt au
ctor eſt Herodot⁹) in exercitu habuit cõcinẽtes fiſtulatores atq; fidicinas?
Tymothæus q̃q; muſicus eruditorũ præconio celebrat, q; Alexãdrum ma Tymotheus
gnũ muſici cantus modulatione ad arma corripienda inflãmaret, idem in/
flammatũ mutatis modulatibus cohiberet, quid pacis munia, nonne apud
antiquos muſicis cantibus celebrata fuere? Etenim plures græcorũ ciuita/
tes (vt Martian⁹ affirmat) ad lyrã leges decretaq; pu. recitabant. Quid mul
ta? Muſices diſciplina non ſolum homines, verũetiã bruta animalia demul
cet. Cerui fiſtularũ cantu capiunt. Delphines muſica arte mulcent. Aues fi
ſtulis alliciunt. Architectus quoq; citra muſicen perfectus non erit, quæ in
primis efficax eſt, vt inquit Victruuius ad baliſtarũ catapultarũ ſcorpionũ
temperaturas, hydraulicas quoq; machinas efficere nemo poterit ſine mu/
ſices ratiocinationibus. Quũ ergo inter homines reliquaq; animantia mu/
ſicæ tanta ſit dominatio, eiuſq; dulcedine capiat om̃e quod viuit. Celeberri
mi ſcriptores extiterunt, qui ad lyram carmina cõponerent, et rythmis mu
ſicis numeroſiſq; modulationibus ſua ſcripta contexerent. Quod non ſolũ
a græcis latiniſq;, verumetiam ab hebræis factitatũ. Tanta quippe eſt ſua/
uitas, tãtaq; voluptas muſicæ modulationis. Quid enim pſalterio Dauidi
co modulatius? Quid canorum magis? Quod in morẽ Horacij Pindatiq;
decurrit? Quid Deuteronomij & Eſaiæ cantico pulchrius? Quid Salomo/
ne grauius? Quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris & pentametris
verſibus vt eruditi teſtant, apud hebræos cõpoſita citra ſalebroſam aſpre/
dinem progrediunt. Cæterum quum antiquiores numeri ruſticis & incon
ditis ſimiles eſſent, poetica (vt auctor eſt Cenſorin⁹) veluti legitima muſi/
ca cõpoſitior, magiſq; modulata profluxit, quæ modulatione metrica aſpe
ritudinem leuigaret/ & cũcta venuſtaret. Etenim rythmos, numeroſq; mu
ſicos, ac pedes peculiariter complexi ſunt poetæ illi qui lyrici cognominan/
tur, ab eo q; ad lyram illorum carmina condecenter canebantur, quorum
apud priſcos tanta fuit copia/ ac tantus numerus, vt Cicero neget ſi ſibi du
plicetur ætas ſe habiturũ tempus, quo lyricos poetas omnes perlegat, quo/
rum apud græcos longe Pindarus princeps extitit, apud latinos Horaci⁹, q̃
(vt auctor eſt Quintilian⁹) fere ſolus lyricorum poetarum legi dignus eſt,
Nã & inſurgit aliqñ & plenus eſt iucunditatis, & gratiæ, & varijs figuris,
& verbis fœliciſſime audax. Idẽ in Satyra ſcribenda terſus & purus, & ad
notandos hominũ mores præcipuus. In eo graues crebræq; ſententiæ, eru/

ditio varia & multiplex, elegantia cum nitore terſiſſima. Horacij itaq; poema canorū nō minus delectabit q; proderit. Non minus animo q; auribus pabulum ſuppeditabit, cui⁹ lectio non minus frugifera erit q; iucunda. Ego vero pro viribus cōnitar in enarratione Ciceronis & Horacij cunctis auditoribus ſatiſfacere, & nihil earum rerum prorſus omittere, quæ ipſorū declaratiōi ſint futuræ accōmodatæ. Voſipſi teſtes eritis locupletiſſimi, quos omnis rogo & hortor, vt tam libenter audire velitis, q; nos diligenter cuncta enodare curabimus. Sed iam nōnulla ſcitu digna de Cicerone dicem⁹, paulo poſt de Horacio flacco dicturi. Vos (vt cœpiſtis) quæſo attente audiatis. Dixi.

¶Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Perſij poetæ Satyrici.

QVtæ res ſunt parui corpis viri clariſſimi, q̄ rebus magnis ꝓculdubio anteponūtur/ & mꝛto p̄cioſiores eſſe iudicant, hoc in primis gēmæ lapilliq; teſtant. Quid em̄ eſt minuti⁹ carbūculis? q̄d breui⁹ adamanthe? q̄d hiacyntho magis puſillū? & nihil tamen his precioſius nobiliusve reperiť. Scribit eloquētiæ parēs Homerus Tideū paruo fuiſſe corpuſculo decoratū, in quo tamē anīa eſſet maxima, & vires ingentiſſimæ. Vnde decenter in Priapeis a poeta ſcriptum eſt.

Vtilior Tideus, qui ſiquid credis Homero,
Ingenio pugnax corpore paruus erat.

Et a Papinio nō minus vere q; diſerte dictum.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

¶Et Xantyppus lacedæmonius, q̄ breui ſtatura erat, ita laudať a Syllio.

Exiguis vigor admirabile membris,
Viuidus & magnos niſu qui vinceret artus.

¶Enimuero mihi curioſiſſime circūſpectanti et diligētiſſime penſitanti, videtur res fere oēs virtute magis q; magnitudine æſtimādas eſſe, ac metiendas, neq; quęrendum quantus ſit quiſq;/ſed qualis, neq; q; procerus, ſed q; probus ac eruditus. Quis vnq; librum laudauit ob id tm̄modo ꝙ magnus foret ac copioſus? Quis orationē duxit eſſe luculentā propterea ꝙ verboſa eſſet & enormis? q̄s poema ob magnitudinē/ vbertatēq; celebrauit vnq;? nemo mediuſſidius vel modice eruditus id aſſeruit. Immo cōtra laudam⁹ libellos qui ſunt diſerti, eruditi, & doctiſſime concinnati, eoſq; haud dubie anteponim⁹ maximis voluminibus, in quibus nulla ſit eruditio, minimaq; facundia. Huiuſce aūt rei nobis locupletiſſimum quotidie teſtimoniū exhibet Perſius poeta Satyricus, qui quāto minor eſt/ tanto eſt elegantior, quāto minus habet ponderis/ tanto plus habet auctoritatis. Vnde luculēter ce cinit epigrammaticus poeta Martialis.

Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Q; leuis in tota marſus amaçonide.

¶Et de eodē Quintilianus ait, Multū & veræ gloriæ q; uis vno libro Perſius meruit, & a diuo Hieronymo Satyricus diſertiſſimus nuncupatur, nec immerito. Nā & ſanctitate ſcribendi, & ſententiarū grauitate, & verborū pondere, & Satyrica vrbanitate nulli poſtponendus eſſe videť. Inſectať vitia, Sontes carpit, præceptis legentiū anīos ſanctiſſimis format & imbuit, aliquanto ſubobſcurus eſſe creditur propter hominū temporūq; inſcitiam

& rerꝫ ignorationẽ. Sed si quis curiosius poema luculentum introspexerit, ꝓculdubio cognoscet id esse tersissimũ atꝙ elegãtissimũ, quod (vt opinor) vbi a nobis enarratũ fuerit, facile omnes iudicabitis verissima esse quæ dicimus, et profecto post enarrationẽ Iuuenalis, nullus nobis scriptor magis idoneus ipo Persio occurrere potuisset, vterꝙ Satyricus, vterꝙ in eodẽ scribendi genere versatur, vterꝙ vitæ mortaliũ formandæ accõmodatissimus est. Enarrabimus itaꝙ dijs bene iuuantibus Persium Satyricũ poetã, Cuius opusculum nõ minus nobis iucunditatis dabit ꝙ vtilitatis, qui non minus gratus erit vobis audiẽtibus, ꝙ nobis enarrantibus. Sed ne morosior sit prologus ꝙ poema, iam interpretationẽ ipsam inceptabimus. Vos quę so diligenter attendite.

Dixi.

¶ Philippi Beroaldi Oratio dicta apud rectorem scholastici conuentus ineuntem scholasticam præfecturam.

QAiores nostri q rempublicã Bononiẽsem institutis optimis legibusꝙ formarũt. Quũ viderent bona animi corporis bonis lõge esse anteponẽda, sollertissime ac prudẽtissime sanxerũt, vt gymnasia cõstituerent/q essent domicilia doctrinarũ, & asyla bonarũ litterarũ, in quib⁹ viri sapiẽtes ac eruditi ingenuas disciplinas ꝓfiterent, Sed qa sine gubernatore nauigiũ periclitat, sine auriga quadrigæ ꝑcipites ruũt, sine rectore cũcta labascũt atꝙ vacillant, Ideo ꝺem illi cõditores annuos gymnasiarchas, hoc est ꝑfectos gymnasiꝭ litteratoriꝭ esse voluerũt, q ordini scholasticorum honestissimo præficerent, qui cuncta ad scholasticos pertinẽtia auctoritate regerẽt, prudentia pensitarẽt, dexteritate moderarentur. Mos hic optimus tanꝙ per manus posterorũ in hodiernũ vsꝙ diẽ prorepagatus est, nuperrimeꝙ omniũ suffragijs atꝙ cõsensu designatus fuit Rector vtriusꝙ scholastici conuentus, hoc est tam italicorum ꝙ prouincialiũ, Vir magnificus ac circumspectissimus Thomas Anglicus, vel (vt latine loquar) Britãnicus, qui & natalib⁹ & familiæ nobilitate clarissimus est, idem fortunæ bonis opulentus, animi dotib⁹ excellens, cui genitale solũ Anglia est, quã maximã illustrissimãꝙ esse insularum nullus ignorat. Cui antiquitus Albion nomen fuit, quã mox Britanniã nuncupauerunt, a quo omnes vicinæ insulæ Britanniæ nominatæ fuerunt. Angliam vulgo recẽtiores appellitant. Regio est clara latinorũ, græcorũꝙ monumẽtis/fœcunda frugib⁹ copiosa pecorib⁹/referta auri, argenti, plumbiꝙ metallis, ex qua æscaria, vasa generosa olim Rhomã missitabant, quę bascaudę ab eruditis nũcupant. Externorꝫ imperiũ semp aspernata/indigenis cõtenta principibus, ingenia Britannorũ nõ fraudulẽta, sed simplicia laudauit antiquitas. In re militari præstantissimi fuere. Non equitatu modo peditatuꝙ pollentes, sed etiã curribus, quos partim couinos vocitãt, partim esseda instructi præliabant, quo genere pugnæ vsi sunt, a duersum Cæsarem dictatorẽ belligerãtes. Inde Essedarij Couinarijꝙ ab historicis nominati. In studijs litterarum neꝙ hebetes, neꝙ obtusi iudicati sunt, quum ex aere temperato ingeniorũ acumẽ vegetetur. Hinc (vt opinor) exijt illud vulgatissimum.

Anglia

Bascaudæ

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

¶ Dies me deficeret si singillatim, minutatimꝙ recensere vellem, quib⁹ doctis ac bonis fuerit decorata Britãnia, vl' vt a Neotericis dicere didicim⁹, Anglia quę per longa retro sæcula multos viros generosos procreauit, hac

vero tẽpestate hoiem nobis dedit summa nobilitate, summa dignitate, summa virtute prædituꝝ Thomã, qui hodierno die init magistratũ honoratissimũ gymnasticæ præfecturæ gubernacula moderaturus, vt non solum pro rectore, sed etiã pro rectoribus præsit scholasticis tam Italicis q̃ prouincialibus, & instar boni gubernatoris nauigiũ dirigat in portũ trãquillissimũ. Ingenui hominis mores, auita nobilitas, adõlescentia modestissima, probitas circũspecta, virtus excellens pollicent̃ ac spondẽt habituros nos talem rectorẽ qualem nec probatiorẽ, nec meliorem, nec amabiliorẽ optare posse mus. Superest vt scholastici omnes ei præsto sint, ac obtẽperent tanq̃ legitimo rectori, vt ipsi ab eo tanq̃ scholastici haberi mereãtur. Scitum est illud Domitij oratoris, Cur ego te (inquit) habeam vt principem, quũ tu me nõ habeas vt Senatorem? Illud corpus bene cõpactum est in quo capiti membra consentiũt. Illa respublica optime instituta, in qua deteriores melioribꝰ obsequũtur. Ille scholasticorum cõuentus bene moratus, beneq̃ constitutꝰ iudicatur, in quo scholastici rectorem venerant̃, rectori præsto sunt, rectorẽ tanq̃ ducem affectant̃, Hoc si fiet, ordo scholasticoꝝ erit apud nostrates fauorabilior, rector ipse venerabilior, & Gymnasio Bononiẽsi pristina dignitas restituet̃, quod olim Gymnasijs Atticorũ, Alexãdrinorũ, atq̃ Tharsensium, quæ antiquitas admirata est, meruit æquiparari. Te autem clarissime rector nõ moneo, nõ hortor. Nec enim tu meo indiges aut monitionis, aut hortationis, sed tuapte sponte currentẽ incito, stimulo, impello, vt tutelam gymnasij̃ gymnasticæq̃ dignitatis tota mẽte susc̃ipias, susceptã ita foueas ac modereris, vt celeberrimus hic ordo scholasticorum tua diligentia, probitate, vigilantia conformet̃, augeatur, illustretur. Non deerũt tibi suffragatores ad oĩa peragẽda illustres principes mei Bentiuoli cum genitore absente pr̃sentes filij̃, quorum fulgorem nuper fortuna paulum obnubilauit, vt purior deinde lucidiorq̃ enitesceret, sicuti solem videmus interdum post dispulsam nebulã, post dissipatas nubes, post edomitam coacti aeris crassitudinẽ fulgere splendidius, radiare flagrãtius, torrere vehemẽtius. Tu magnifice rector enitere, meditare, cõtende, vt expectatiõi quã de te cõcitasti, satisfacias, id erit tibi tuæq̃ genti maximo ornamento, & successoribus exemplar esse poteris ad imitandum. Dixi.

¶Philippi Beroaldi Oratio habita dum rector scholasticus nomine/melior accepit magistratus insignia.

Gregia res est viri p̃stantissimi atq̃ laudabilis rebus oĩbus administrandis aliquẽ pr̃ficere q̃ cuncta prudẽter examinet, docte dispensẽt, sapiẽter administret. Cuius nutui ac iussis reliqui obediãt atq̃ obsequant̃, quẽ vnũ cuncti sectent̃ vt ducẽ, colãt in principẽ, reuereãtur vt rectorẽ. Hoc in rebus etiã minimis licet inspicere. Nauis vnũ habet gubernatorem, cuius peritiæ nautæ oẽs ac remiges obsequuut̃. Arx vnũ habet præfectum, qui reliquos custodes in officio cõtinet, & nullus ab eius præscripto, vł digitũ transuersum discedere tentat. Et vt ad maiora veniamus, Nulla ciuitas bene potest gubernari sine magistratibus, Nulla castra sine imperatoribus, nulla prouincia sine præsidibus, Nihil est profecto præstantius, nihil vtilius bono sanctoq̃ rectore, qui subiectis concordiam suadeat, bonitatem laudet, virtutes præcipiat, & officia capessenda pr̃scribat. ¶Merito itaq̃ viri clarissimi laudandi sunt Bononiẽses, qui inter reli-

qua ſancte/prudẽterq; inſtituta hoc in primis ſanxerũt atq; inſtituerunt, vt ornatiſſimꝰ ordo ſcholaſticoꝝ rectorem habeat, qui ſua prudẽtia atq; ſoller tia cunctos regeret ac moderaret, qui facienda ꝓciperet, vitãda mõſtraret, ſub cuiꝰ oculis atq; vigilantia ſcholaſtici vitã in litteris quieteq; traducerẽt. & illius ꝓceptis obediẽter obſequerent, hoc quũ per multos annos diligen tiſſime in vrbe nr̃a cuſtoditũ ſit. Nuper q̃q; vt maiorũ veſtigia cuſtodirent, deſignatꝰ fuit rector vir ꝓſtantiſſimꝰ & oĩ laude cumulatiſſimꝰ, q celeberri mo ſcholaſticoꝝ ordini ꝓficeret, de cuiꝰ ỹtute, moribꝰ, atq; ꝓſtantia abũde iudicatũ eſſe videt, quũ eũ non ſolũ pro rectore/ſed etiã pro rectoribꝰ elege rint/& omnibꝰ ſuffragiis declararint, qui ſolus officio fungeret vtriuſq; re ctoris, & illius q Italicis ſcholaſticis ꝓeſt, & illius q prouinciales moderat.

¶Ego ỹo viri circũſpectiſſimi magnopere laudo conſiliũ illoꝝ, q vice duo rũ præfectorũ vnicũ tm̃ præfectũ ſcholaſticorũ creandũ eſſe duxerũt. Neq; em̃ vlla poteſtas põt habere conſortẽ, & hoc nobis ipſa rerũ natura demõ. ſtrat. Rex vnꝰ eſt apibus, & dux vnus in gregibꝰ, & in armẽtis rector vnꝰ. Vnũ grues ducẽ ſequũtur ordine litterato. Quid multa? Vnus eſt mũdi re/ ctor atq; gubernator beatificus innominabilis vltramũdanus, q ſolus cun cta rõne diſpenſat, virtute gubernat, nutu moderat. Talis itaq; erit in lau/ data ſſimo ſcholaſticoꝝ ordine regendo, hic nuperus rector, qualis eſt in gu bernanda naue gubernator, in cuſtodienda arce ꝓfectus, in regenda ciuita te magiſtratus, in adminiſtranda ꝓuincia præſes. Hic quũ in iuuenili ætate neſtoreã habeat ſapientiã cũ bonitate nomini reſpondeat, quũ ſit ex omni parte laudabilis, omnia illa ſtrenue & diligenter efficiet, q magiſtratui ſuo accõmodata, quæ clariſſimo ordini ſcholaſtico conducibilia, quæ honori et dignitati cõuenientia eſſe cognoſcet. Valete.

¶Philippi Beroaldi Oratio ad Tribunos plæbis.

NIhil mihi viri clariſſimi ſolet eſſe iucundiꝰ, nihil antiquius, q̃ꝫ in ce leberrimo cõuentu qualis hic eſt, q corã magiſtratibꝰ, q̃les eſtis vos de republica capeſſenda cõcionari, de qua is q̃q; benemere/ ri videt, qui or̃one vtit̃ ad animos eorũ, qui magiſtratũ ineunt in citandos. Cotis vice fungẽs, quæ (vt inquit Hora.) quũ ipſa exors ſecandi ſit, ferrũ tn̄ acutũ reddere põt, q̃ꝫobrẽ hodierno die hoc dicendi munꝰ mihi iniunctũ libẽtiſſime ſubiui, & eo quidẽ libẽtius q de magiſtratibꝰ qui ſacro ſancti, de Tribunitia poteſtate, q̃ ampliſſima, de Tribunorũ iure, quod po pulare eſt, mihi dicendũ eſſe video/nec ignoro, quid hic locus, quid iſta con cio, quid dignitas veſtra poſtulet, & q̃d meipſum decere videatur, quocir/ ca diligẽtiſſime proſpiciã, vt neq; ineptus appareã, neq; nimis effuſus, neq; nimis aſtrictus fuiſſe deprehendar, & vr ordini tribunorũ ſatiſfaciam, pro viríli parte conabor, qui inter cęteros popularium magiſtratuũ ordines eſt eminẽtiſſimus, quod ſacroſanctum collegiũ haud dubie declarat maiores noſtros multa ꝑ ſe prudẽtiſſime cõſtituiſſe, aut accepta ab alĩs meliora red didiſſe. Nam quãta inter Rhomanos tribunos & noſtrates, qui ab illis flu xerunt differentia ſit, quæſo diligenter attendite. ¶Rhomanis diſcordiæ ciuiles & inteſtina diſſenſio Tribunos plæ.pepererũt, quãdo in ſacro mon te Rhomana plæbes quæ a patribus vexata ſeceſſerat, peculiares ſibi ma/ giſtratus creauit, Qui Tribuni plæbis nũcupantur. Nobis vero iura, leges, atq; cõcordia Tribunos plæ, tradiderũt, Apd̃ Rhomanos nemini patritio

Tribunatū capere licebat,vtpote plæbeiū magiſtratū. Ideoq; Clodius pernicioſiſſimus Tri.plæ.iudicatus,qui relicta claudia gente patritia. C.Fonteio homini plæbeio ſe in adoptionē tradiderit,vt Tribunatū conſequereť. At qui apud nos plæbei patritijq; ꝓmiſcuæ Tribuni deſignanť,nullo liuore,nulla cōtentione,nulla diſcordia. Rhomæ ab initio Tribuni tres tm̄modo fuerunt,a quo numero Tribunos nominatos iurecōſultos opinatur,vel (vt Liuius,Dionyſiuſq; tradiderūt)quinq; quorū numerus ad decem vſq; peruenit,quibus annua eſt finita poteſtas.Noſtra autē ciuitas quū in regiones quattuor diſtincta ſit,ex ſingulis quaterni eliguntť,quorum auctoritas quattuor mēſium interuallo concludit,ita fit vt quotannis duodequinquaginta Tribunos ciuitas noſtra ſortiatur,quæ quū a Rhomanis. M.Fuluio. &. C.Manlio conſulibus Colonia latina deducta fuerit in creandis magiſtratibus,et potiſſimū Tribunus religioſior atq; fecundior ipſa parēte fuiſſe cognoſcit.Quāto Bononienſes beatiores Philippus macedonum rex inclytiſſimus eſſe dixiſſet,qui beatos Athenienſes nūcupabat,q; ſingulis annis prætores decem cum imperio crearēt,& ex ſuis ciuibus facillime reperirent.Præterea aqud Rho. Tribunorū plæ.poteſtas magis ad impediēdum q; ad agendū erat accōmodata,vt Plutarchus & Appianus memoriæ prodiderunt,& vt Cicero meminit,ita cōſulibus erant appoſiti Tri.quēadmodum apud Lacedæmonios ephori aduerſus reges collocati.Et cum Tribunis intrare curiam nō liceret,ante valuas poſitis ſubſellijs Senatus decreta penſitantes,q;plurima reſcindebant,nec rata eſſe patiebanť.Contra noſtri quæ agenda ſunt/agunt,quæ omittenda pariter omittūt. Conſulibus vero alijſq; magr̄atib⁹ adeo cōiūcti,adeo cōnexi,vt ad res q;plurimas obeūdas illis adiutorib⁹ vtanť,& nō pauca ex illoꝝ cōſilio adminiſtrare cōperianť. Quanto ergo veſtero Tribuni q; Rhomanorū Tribunorū maior eſt ordo, quāto numeroſior,q̄nto cōpoſitior,tanto vos magis eniti decet ac elaborare,ne virtute ac rebus agendis inferior iudiceť.Et quoniā diſcordia ordinū venenū eſt ciuitatū,Quæ rhomanos tribunos cum cōſulibus altercātes ſæpiſſime labefactauit.Vos cōcordiā potiſſimū cuſtodite,ſit inter vos oēs in adminiſtrāda republica ſtabilis et firma cōſenſio,in ore atq; animis veſtris verſeť ſemp Saluſtiana illa ſentētia,qua hiſtoricus ille clariſſim⁹ demōſtrauit, Cōcordia paruas res creſcere,diſcordia maximas diſſipari,ꝓpter quā M.agrippa ſe virum bonū factum eſſe gloriabaťr.Vobis exemplo ſit prudētiſſimū illud Siluri factum,qui octoginta filijs decoratus,quum iam morti proximus eſſet,virgarum faſcem vnicuiq; natorū porrexit,iubens vt illum cōfringerent.Id autem ſingulis facere nequeūtibus,ipſe ſingillatim virgas omnes facile cōfregit,quo callidiſſimo cōmento ſollertiſſimus pater filios admonuit,eos firmos ac potentes tantiſper futuros,dum inter ſe cōcordes & animis cōglutinati eſſe perſeuerarēt,imbecilles ẏo & infirmos ſi diſcordia ſeiungerenť. O diuina cōcordiæ vis quæ diſſipata cōnectit/infirma corroborat,ſine qua magiſtratus nō ſalutares,ſed detrimentoſi in ſuis vrbib⁹ efficiunť.Cōſpirate itaq; tribuni & vno cōſenſu deſcendite ad rempublicā capeſſendā,quæ omnib⁹ profecto rebus anteponēda eſt, cuius cauſa.M.le-
pidus cum.M.ſuluio collega,quo die cēſor factus eſt homine inimiciſſimo ſtatim redijt in gratiā/& ſimultates,inimicitiaſq; depoſuit. Induite ꝑſonā publicam,exuite priuatā.Mens veſtra præter publicum cōmodū nihil ſpectet,huc oculos,animū,cogitationes,huc ſtudia veſtra conuertite,q;quitatē

Lepidi factum

vero in primis custodite,& iusticiam amplexamini. Sine qua(vt inquit Augustinus)Reges tyranni nuncupãtur,sine qua optimatiũ consensus factio est,sine qua nec domus,nec ciuitas,nec hominũ genus vniuersum,nec ipse mundus consistere potest,iusticiæ patrocinari est ipsam virtutem colere,cuius hæc est efficacissima,hostem esse atq; inimicum hominũ,morumq; malorum,contra defensionem hominũ morumq; bonorum. Commoda prælterea patriæ sibi prima putare. Deinde parentum tertia iam supremaq; nostra,quos Lucillianos versus tribuni non solum vobis ediscendos,sed quotidie in manibus,in ore,in intimis præcordijs habẽdos esse censeo. Et sicut Crysippus imaginem iusticiæ faciendam esse docet,forma virginali,aspectu vehementi,luminibus oculorum acrioribus,ita oportet magistratum qui iusticię antistes es,esse grauem,sanctum,incorruptũ,contra improbos nocentesq; inexorabilem. Enimuero concordi & iusto magistratu nihil prestantius,nihil vtilius in bene constituta republica reperiri potest. Discordi vero & iniusto nihil perniciosius. Concordes duce iusticia. R.P. seruant in columem. Discordes iniusticia dominante labefactant & euertunt. Estote ergo tribuni iusticiæ cultores acerrimi,& æquo honestoq; patrocinamini,in hoc versetur omne vestrum ocyum,omne negocium,in hoc quies & labor reponatur,in hoc studium & diligentiam collocatote,sit quoad fieri potest magistratus vester portus bonorum,scopulus reorum. Et quoniam tribunus popularis est magistratus,populares vos plæbiculasq; præbetote & populi commoda pro virili parte defendite. Cæterum quum plures sint rerum publicarum species,Platone & Aristotele principibus ita tradentibus,Quum sit principatus regius quem monarchiam appellant, Quum sit optimatium quæ græce Aristocratia nuncupatur,quum sit popularis status,cui Democratiæ nomen est, Quum sit Oligarchia/id est paucorũ quando magistratus a censu eliguntur, Quum sit etiam tyrannica administratio,vestræ sunt partes tribuni,vestrum munus,vestræ est diligentiæ,vestrę vigilantię eniti,contendere,elaborare pro viribus,vt principatus huius vrbis,qui ex Aristocratia Democratiaq; compositus est,nulli aliorum cedere,nulli postponendus esse videatur. Tribuni pro populo excubare debent & munia reipublicæ saluberrima capessere,id quod priscorum rhomanorũ instituta declarant,quibus nullum diem integrum tribunus plæbis abesse rhoma licebat,quẽadmodũ nec prouinciariũ rectores extra prouincias abnoctare iura permittunt,vt videlicet semper præsto essent,et siquã do opus foret,ne vnq; eorum opera a plæbeis desideraretur. Hinc etiam ianuæ antiquitus die noctuq; patebant tribunorum/tanq; portus, & refugium laborantibus semper paratum esset,quibus foret opitulandum,quinetiã tribuni purpuram minime gestare consueuerunt, vt popularis magistratus in omni victu ac cultu popularibus similis conspiceretur. Et vt Curio dicere solebat. Tribuno conuenit præbere se multitudini cõmodum atq; tractabilem,& in adeundo se facilem,quod etiam a iurisconsulto nõ solum de præside/sed de omnibus quoq; magistratibus dictũ esse existimare debemus, Plurimũ in republica administranda valet magistratus,maxima in rebus obeundis est magistratus auctoritas, quod in oculo pupilla,in naui gubernator,in quadrigis auriga,hoc in ciuitate pollet magistratus,quemadmodum oculorũ acies sine pupilla hebetatur,sine gubernatore nauis periclitatur,sine auriga currus sæpe cõuertit. Ita sine magistratibus ciuitas labascit

Monarchia
Aristocra.
Democra.
Oligarchia

atq; vacillat. Quid enim aliud significat magistratus q̄ rectorem ac reipublicæ moderatorem? Vnde a magistrando, id est moderando magistratus nomen ipsum deriuatur. Et quemadmodum magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus. Et quemadmodum legem dicimus mutum esse magistratum, ita elegāter & vere dici potest magistratum legem esse loquentem. Vos ergo tribuni qui magistratus estis & quidem sacrosancti, rebus moderādis incumbite, publica commoda pro virili portione fouete, & quod rectum erit, id solum vtile existimatote, & quod iureiurando astricti facturos vos esse promittitis, id rebus comprobate. Imprimisq; diuina illa Catonis censorij verba semper in memoria atq; in pectore habetote. Si quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, bene factum a vobis dum viuetis non abscedet. Sed si quid per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper remanebit. Ita tribuni ad benefaciendum mentem, studium, operam, industriam applicantes, vobis honori, amicis ornamento, reipublicæ vtilitati, & posteris exemplo esse poteritis. Dixi.

¶ Ad illustri ssimum princtpem Ludouicum Sphortiam Philippi Beroaldi Epistolium,

QVemadmodum Parthorū regem nemo sine munere salutat, ita ego te illustrissime princeps salutaturus attuli tibi pro munuscu|lo panegyricum, quem læta fronte, ac hilari vultu accipias quæso. Non enim minus regia res est pauca benigne ac comiter accipere, q̄ magna largiri. Multa ideo preciosa existimantur, quia dīs immortalibus sunt dicata. Libellus hic ad famam fortasse perueniet, quia tuū clarissimum nomen gestat in titulo, quum alioquin subire posset infamiam, quicquid id est/qualecunq; est boni consulito, & quum ociosus eris ac feriatus ab occupationibus rerum ampliss imarū quibus iugiter distineris, tunc in manus accipito, & succisiuis temporibus perlegito. In summa quum nihil agere voles, hoc agito. Dīs faxint, vt istud sit perpetuum pignus ac monumentum meæ erga te fidei ac obseruantiæ. Vale, & me qui tibi mancipatus sum, in clientelam ascribito.

¶ Philippi Beroaldi Panegyricus ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam.

SAepenumero ipse mecum dubitaui illustrissime princeps Ludouice Sphortia, vtrum ne fortuito ac casu principes terris darētur, an ab omnipotentissimo rerum omnium conditore deo traderentur. Sed hæc oīs iā ex animo sublata dubitatio est, postq; tu inclytissimi ducat⁹ Mediolanensis habenas gubernare cœpisti. Liquet enim te principem diuinitus constitutū. Tu ab ipso deo repertus, electus atq; missus esse videris ad hoc ampliss imum imperium moderādum, quod aliquādiu rectore viduatum labasse atq; titubasse accepimus, sicuti cymba sine gubernatore a procellosa tempestate deprehensa inter fluctus vndabundos agitatur, deus itaq; quum labanti ac nutabundo insubrium statui subuenire ac copulari vellet, te vnum ex omnibus potissimum delegit, qui tua singulari virtute fulcires titubantia, recreares afflicta, sedares tumultuosa, qui denicq; cuncta redigeres ad tranquillitatem, Non poterat mediusfidius

illuſtriſſimus dux adhuc pupillus, adhuc puer tutorem proximiorem, ſanctiorem, cordatioremq; vſq; reperire q̄; Ludouicum Sphortiam, qui conſanguinitatis gradu arctiſſimo coniunctiſſimus eſt, vtpote germanus ipſius genitoris, qui probitate, innocentia, integritate nulli principum poſtponendus eſt, qui prudentia, ſolertiaq; tanta ſplendeſcit, vt cordatus merito cognominari poſſit, hæc ſūmatim & in tranſcurſu magis ſignata q̄; dicta latius iam explicanda ſunt, & copioſius narranda, quod vt commodius, luculentiuſq; perficere poſſim, vellem mihi a dīs immortalibus dari fluuium Tullianæ eloquentiæ, & torrentem, Demoſthenis facundiam. Grandes enim materias ingenia parua non ſufferunt, & in ipſo conatu ſubinde ſuccumbunt. Grandis immo ingens hæ eſt materia quam aggredior. Ingenium mihi per q̄; mediocre, nec inficior vires tenuiſſimæ. Sed in magnis voluiſſe abunde magnificum, ac pulchrum exiſtimatur, etiam ſi aſſequi neqiueris, proinde hoc nos auſos eſſe non improbabis illuſtriſſime princeps, etiam ſi vires ipſæ defecerint. Cæterum non auſpicabimur laudes tuas a cunabulis ipſiſq; crepundīs, ſicut nōnulli laudatores factitare conſueuerūt, non ſtemmata generoſiſſimæ familiæ recenſebimus, de qua melius eſt tacere q̄; pauca dicere, non fortunas luculentiſſimas, neq; eximias corporis dotes referemus, quæ neq; tu magnifacis, neq; inter principes ſolus poſſides, nihil niſi proprium, niſi genuinum, niſi tuum laudabimus illuſtriſſime princeps, hoc eſt ſolas ipſius animi tui dotes, quæ in homine ſunt bona principalia commemorabimus. Nam diuitias, generoſitatem, honores, formoſitatem, vires, hoc eſt fortunæ & corporis bona magis circa nos q̄; in nobis eſſe ſcriptores idonei tradiderunt, & aliena bona nuncupātur. Ipſas vero animi virtutes quæ neq; ab ætate mutabiles, neq; vllo infortunio caducæ, noſtra & vera bona nominare ſolemus, quæ quidem dotes tanto precioſiores iudicantur, quanto maior eſt ille in quo eniteſcunt, quas in te optime princeps tāto ſplendidiores exiſtimamus, quāto tu inter reliquos principes eniteſcis, quæ in præſentiarum mihi de laudibus tuis ducturienti agminatim ſe ingerunt & cateruatim, ita quælibet feſtinabunda ſe offert vt a nobis in hoc panegyrico prima promatur, quæ res mediuſſidius hæſitantem me fecit & cunctabundum. Namq; ſi cœpero de prudentia tua ſingulari prædicare, occurret iuſticia, quæ poſtponi gemebunda dolebit. Si dixero de fortitudine, triſtabitur temperantia. Si laudauero liberalitatem, frugalitas ipſa ſe contemni exiſtimabit. Si clæmentiam extulero, ſæueritas indignabitur. Denicq; quamcunq; primam arripuero, illi cæteræ inuidebunt. Ita enim in ſingulis virtutibus emines, quaſi reliquas non poſſideas. Ego tamen pro virili parte ita contendam, ac elaborabo, & tale temperamentum adhibebo, vt ſingulis quod ſuum eſt tribuiſſe videamur. Sed vnde prius ordiar q̄; a prudentia, quæ (vt ſcribit Plato) diuinitus cæterarum virtutū dux eſt, quæ in te adeo fulget atq; ſplēdeſcit, vt neq; in Neſtore maior, neq; in Catone præſentior fuiſſe credatur, prudentia quū omnes mortales, tum potiſſimum principes decet, qui hac duce nihil inſipienter, nihil temere in gubernandis ſubiectis agere neq; volunt neq; poſſunt, prudentiam Salomon in parocœnīs amicam vocandam eſſe præcepit. Hæc tibi eſt prudentiſſime princeps amica peculiaris, hæc te dies, hæc te noctes foueat ac amplexatur, hanc ne tranſuerſo quidem digito abs te digredi ſi-

Virtutum ac cumulatio.

nis,hac aurigãte habenas imperij cõsultissime moderaris,hac duce cuncta prudentissime disponis,hac adiutrice nihil in te reprehensibile conspicitur.

Iusticia Prudentiæ germana iusticia te iugiter comitatur,sine qua principes principum nomen amittunt, & in tyranni nomen detestabile transgrediuntur, quæ si Ciceroni credimus,omniũ est domina et regina virtutum,ad quam nos esse natos intelligere debemus,quæ auro preciosior,vt inquit Plato,iudicanda est,quæ suum cuiq; tribuit, alienum non inuadit,& propria vtilitate neglecta,publicam vtilitatem fouet atq; tutatur. Cuius fruendæ causa vidẽtur olim bene morati reges constituti. Tu vero iustissime princeps ius sanctissime dicis, Et cuncta velut in librili perpendens omniũ beniuolentiam promereris,audis desideria cunctorum, & tanq; alter Alexander ex duabus auribus,alteram accusatori præbes,Alteram reo tradis. Te nulla largitio,nulla gratia,nulla cupiditas transuersum trudit a recte cõsulendo/rectecq; iudicando, adamussim singula pensitas,& controuersias omnis diligentissime componis,nullum a sermone tuo tristem discedere permittis, quod olim Titum Vespasianũ factitasse tradunt.Hæ sunt partes regiæ,hęc sunt munia imperatoria componere lites,decidere negocia,satisfacere desiderijs mortaliũ citra odiũ cuiuspiã ac maliuolẽtiam. Summa æquitate,nec minori lenitate ius dixisse.Laudatur Augustus cuius tu vestigia ęmulatus sæueritati misces comitatem,& quoddam ex vtroq; efficis saluberrimum temperamentum,habes horas quotidianas & statas, quas audiendis controuersijs impendere memoraris,quibus tam humili q; potẽti,tam egestoso q; luculento licet ad te adire,desideria expromere, & lites explicare, & profecto nihil præstabilius esse potest & potissimum in principę, q; habere tempora distincta,& horas negocioſas a feriatis sequestratas. Vt enim certus syderũ cursus,ita certa vita hominũ delectat/& principum præsertim. Namq; inde efficitur vt ciues ac subiecti minime totos dies cõterant,dum colloquium principis aucupantur.Nouerunt tempora,nouerunt horas,horarumq; momenta,quibus possint apud te suas controuersias enarrare,& petitiones exponere.Cæterum quum principales virtutes ita inter se connexæ sint prout philosophi autumant,vt inuicem nequeant dissociari,ita in te prudentia & iusticia inclytissime princeps effulgent,vt tamen & fortitu

Fortitudo do & temperantia non sordescant.Nam quanta fortitudine præditus esses in erumnis examplandis haud dubie demonstrasti. Etenim quum fortitudinis peculiare munus sit toleranter calamitates perpeti,neq; rebus aduersis succumbere. Tu olim fulminibus fortunæ in potentis semiustulatus virum te fortissimum magnanimumq; præstitisti.Quum neq; fortunæ cederes,neq; afflictus iaceres,neq; in gurgustio plorabundus ingemisceres. Immo quemadmodum nemo te vnq; in rebus secundis superbum ac insolentem conspicatus est,ita aduersis nullus vnq; succubuisse cognouit. Voluit mihi crede fortuna paulisper tecum colluctari, vt ingenium tuum periclitaretur,Sicut enim ignis aurum probat,ita calamitas viros fortes explorat. Et vt aduersa ex secundis,ita ex aduersis secunda noscuntur. Cognitum in te est fortissime princeps Horacianũ illud eulogiũ esse verissimũ.

Si fractus illabatur orbis.
Impauidum ferient ruinæ.

Temperãtia ¶Quanta vero dij boni in Ludouico Sphortia temperantia moderatioq; floreſcit,qui in medijs delicijs collocatus,delicias nõ amplexatur,qui inter

ſexcenta milia voluptatum poſitus, abſtinet a voluptatibus, qui inter in/
centiua libidinum, inſtrumentaq; luxuriantis fortunæ.

Caſtum agit principem & frugi.
Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.
Et quum tot croeſos viceris, eſſe Numam.

¶Curium atq; fabricium duo rhomanæ frugalitatis exẽpla maiores no/
ſtri laudib⁹ extulerũt, q; paruo cõtenti vixerint, & frugaliſſimi inter rhoma
nos extiterint. Verũ nulla vel minima laudatione illi mihi digni eſſe viden
tur, qui in pauptate collocati egeſtoſis ſimiles viuere, & iubente neceſſita/
te, voluptates eliminare cogebãtur. Sed da mihi aliquẽ Croeſo aut Midæ
diuitijs æquiparandũ, qui opibus affluẽs, auro abundans, qui pollẽs ac po/
tens frugaliter viuat, qui abſtinentiam appetitionibus coercendis adhibe/
at, qui bellum titillantibus voluptatibus iudicat, illum deo ſimillimum iu/
dicabo, adeo male cõueniũt, maleq; coeunt virtus & voluptas, frugalitas
& luxuria. Maxima eſt igitur in te hæc vel potius diuina virtus, in ſumma
peccandi licentia nõ peccare, inter blandiſſimas ac illicibiles voluptates co
hibere ſeipſum, & appetitũ obedientẽ efficere rationi. Quid ergo præſtan/
tius, quid admirabili⁹ excogitari poteſt principe prudẽtiſſimo, iuſtiſſimo,
fortiſſimo, tẽperatiſſimo. Quæ quidẽ virtutes cunctarum reginæ virtutum
in pauciſſimis principibus iugatæ cõſpiciuntur. Aliquis prudentia enituit,
ſed iniuſticia obſoleuit. Aliũ fortitudo decorauit, ſed intẽperãtia ac libido
dehoneſtauerũt. Deniq; nulli vel rari extiterũt, in quibus quattuor iſtæ vir
tutes ſimul eniteſcerent. At qui nemo admiretur, ſi nunc prudentiam a iu/
ſticia, fortitudinem a temperãtia, aliamq; ab alia ita ſeiungam, quaſi poſſit
quiſq; prudẽs eſſe citra iuſticiam, fortis citra temperantiã, quum inter phi/
loſophos & maxime ſtoicos conſtet, qui vnam habuerit omnes habere, &
qui vna caruerit, omnib⁹ carere virtutibus, Alia eſt illa philoſophoꝝ lima/
ta & nimis ſpinoſa ſubtilitas. Alia eſt ex cõmuni opinione dicta ſententia,
Vt ergo vulgus ita nos hoc loco ſermocinamur, vt alios iuſtos, alios pru/
dentes eſſe dicam⁹, popularibuſq; verbis vtimur de populari opinione lo/
quẽtes. Sed vt ad te pfectiſſime princeps noſtra remigret oratio, ſicut qua/
driga illa ỹtutũ principaliũ te vehere ac geſtare exiſtimatur, quod q; pau/
ciſſimis dij dederũt, ita illæ quoq; virtutes, quæ minoris dicuntur, te orna/
tum faciũt atq; monſtrabilẽ, clæmentia/liberalitas/indulgentia/affabilitas
Reliquæq; id genus, quæ principes amabiles efficiũt atq; fauorabiles, quæ
populos reddunt fideles, deuotos ac mancipatos. Enimuero clæmentia vt
eleganter docet Flauius vopiſcus Dos prima eſt imperatorum, & nullum
magis ex omnibus (vt ſanctiſſime inquit Seneca) q; regem & principẽ de/
cet. Hæc eſt illa virtus quã in Cæſare dictatore luculẽti ſcriptores laudant,
& extollũt, qua principes omnes exuperaſſe fertur. Vnde Cicero ad Cæſa
rem. Nulla inquit de virtutib⁹ tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior
miſericordia eſt, nihil profecto laudabilius, nihil magno & præclaro viro
digni⁹ placabilitate atq; clæmẽtia. Nihil deniq; grati⁹ eſſe poteſt eo princi/
pe, qui talẽ ſe ciuibus exhibeat, quales ſibi deos eſſe vellet. Clæmẽtia regis
(vt ait Salomon) quaſi imber ſerotin⁹ eſt. Clæmentia facit vt princeps ani/
mus ciuitatis, ciuitas corpus principis eſſe dicatur. Clæmentia facit vt tu
clæmẽtiſſime princeps certatim ameris ab omnibus, vt te ſit incolumi vna

mens omnibus. Clæmentiæ tuæ ac ciuilitatis multa & magna documenta præbuisti. Clæmentia ita te gratum ac fauorabilem in suburbibꝰ reddit, sicut olim Augustum rhomanis effecit. Tu natura beniuolentissimus, tu indulgentissimus, tu denicꝫ optimus/clæmentiã amplecteris, quæ bonis principibus iucunda est. Crudelitatem detestaris, qua sanguinarij tyranni pro voluptate feruntur. Age vero cꝫ munificus, cꝫ liberalis erga omne hominum genus existis. Quanta beneficentia, quanta benignitate foues professores artium & ingenia litteratorũ, nihil est me Hercule in principe amabilius ipsa liberalitate, sicuti nullum vitium tetrius auaricia. A liberali principe cuncta bona sperant̃, ab auaro cuncta mala timentur. Munificus princeps charus est omnibus. Sordidꝰ & deparcus inuisus est omnibus, in omnes malus, in se pessimus. At tu liberalissime princeps & rei & famæ bene consulis tua munificentia. Lucraris enim gloriam quum des pecuniam, & dando pecuniam teipsum ditas, quum id proprium principum esse dica-

Versus. tur, quod dono dederũt, iuxta illum Rabirij poetæ versiculum. Hoc habeo quodcunꝫ dedi. Optimi principis est nihil magis suum credere cꝫ id quod amicis condonauit. Hæ sunt certæ diuitiæ, & extra fortunam collocatæ, hi sunt thesauri quibus Cyrus ille clarissimus gloriabatur. Nam vt apud Xenophontem scriptum est, thesauros sibi custodescꝫ fidissimos parabat amicos, quos diuites efficiebat. Idem regis oculi, regis aures dicebãtur, qui cuncta quæ videbant, cuncta quæ audiebant quæ futura essent Cyro conducibilia referebant. Multæ sunt aures, multi sunt oculi principis munifici, qui quot amicos sibi liberalitate compararit, totidem auribus quæ audienda sunt, audit. Totidem oculis quæ videnda sunt, videt, vt docet verissime Dyoni. Tu quoꝫ Cyro simillimus beneficentia multas aures & multos oculos tibi comparasti, & quotidie nouos comparas. Tu amicos ditas, clientibus opitularis. Tu decus & præsidium es eruditorum, ad te tancꝫ ad anchoram hac tempestate litterati decurrũt, & profecto nihil melius agere possunt optimi principes, cꝫ subleuare doctos, fouere eruditos, quorum scriptis immortales efficiuntur. Quis enim noscet Cæsarem, immo Cæsares cꝫ plurimos, nisi Suetonius Tranquillus extitisset? Quis Alexandrũ Macedonẽ fuisse sciret, nisi Quin. Curcius & Plutarchus illius gesta scribẽdo posteris lectitanda reliquissent? Quis Scipionẽ, immo vero Scipiones? Quis C. Pompeium tribus fulgentem triumphis hac tempestate cognosceret? nisi Titus Liuius & M. Tullius eorum cõmendatores, laudatoresꝫ fuissent. Denicꝫ Rhomanos, Græcos & externos omnes nonne tenebræ occupassent, & situs obduxisset, nisi illos luculenti scriptores in litteras retulissẽt? Bene igit̃ facis optime princeps, qui litteratos amas, qui eruditis suffragaris, qui tibi cumulatissimã gratiã referre queũt, de te scribentes, & tua pclara facinora celebrãtes. Illud vero in te laudabile est, cꝫ inter tot curas, tot negocia, tot domesticas & ext̃nas rerũ maximarꝫ occupationes audire vis quotidie quippiã historicon ac memorabile. Et sicut C. Põpeius & Cæsar Augustus inter bellicos tumultus non intermisisse dicũtur cõsuetudinẽ declamãdi, ita tu inter multiplices curas nõ intermittis studia litterarũ, cũ negocijs ocium diuidis, & historicis lectitandis succisiuas horas impendis, in quorũ lectione tancꝫ in diuersorio suauissimo cõquiescis, ita vllo tempore desidiæ te dedis, aut inertiæ, necꝫ vncꝫ marcore torpescis.

Et certe vita bonorū principū, qualis es tu, cœlesti naturæ q̄ſimillima esse creditur. Vt enim indefessa vertigo cœlū rotat, vt sol & luna stare loco ne/ sciūt, ita tu cōtinuatis negociīs semp̄ irrequiet⁹ es, & semp̄ exercitus. Sem per habes quod tractes, qđ agas, quod mediteris. Et quū sit turpissimum viro primario, cuius tutelæ populi cōmissi sūt, solidā dormire noctē, vt ab Homero elegātissime traditū est. Tu vigilātissim⁹ es, somnioq̄ parcissimus, qualis Vticensis Cato, qualis Brutus fuisse memorātur. Vigilas tu de no/ cte, & cæteris dormientibus ea quæ ad statū publicū pertinēt, tunc optime prouides, & solertissime pensitas, Vigilia & lucubratio principes decent, ac rempublicā gubernātes. Nam somnus multus vt tradit Plato diuinit⁹, nec corporibus, nec animis, neq̄ reb⁹ omnibus gerēdis natura cōducit, & haud dubie nemo dum dormit alicuius precīj est nō magis q̄ si nō viueret. Et vt cecinit optime syllius. Turpe duci totam somno consumere noctem. ¶ Inde parcus & breuis somnus in Traiano laudatur a Plinio. Sunt hæc magna & admiranda in cæteris principibus, In te vero illustrissime prin/ceps, si cæteris virtutibus tuis comparent, erūt mediocria. Laudamus om/nes tuam in colloquīs affabilitatē, in omnibus admittēdis facilitatē, in ne/gocīs componēdis dexteritatē. Et illam qua in primis polles genuinā pe/culiaremq̄ facūdiā, quæ omnia principes tutoresq̄ publici status, a ciuib⁹ amari faciūt vltra priuatas necessitudines. Laudat Cicero Pompeium, q̄ ad eum faciles aditus essent etiā priuatorū. Tu vero quibus præconīs lau dari mereris mitissime princeps, qui omnibus etiam humillimis tā faciles adit⁹ esse vis, vt qui dignitate principib⁹ excellis, facilitate infimis par esse videaris. Et quū fœliciū pedissequa superbia esse dicatur. Tibi manſuetu/do, tibi humanitas, tibi lenitas ancillari videntur. Neq̄ te Moses apud he/bræos, neq̄ te Titus apud rhomanos comitate vincunt ac manſuetudine. Tu cunctos comiter excipis. Tu bonitate quadā genuina omnes tibi deuo tissimos reddis ac obnoxios. In ſumma agis principem ciuilem & bonum quod plausibile, qđ amabile, quod fauorabile est. Nihil est enim (vt inquit Cicero) tam populare q̄ bonitas, nullus murus firmior, nulla arx validior esse potest ad principes custodiendos, q̄ ſuorum ciuium beniuolentia, hæc autem conciliatur manſuetudine ac bonitate. Detestāda est profecto Dio/nysīj tyranni ſententia illa tyrannica/adamantina vincula esse metum, vio/lentiam, classem, & dena milia armatorū, immo beniuolentia, manſuetu/do, gratia/affabilitas (vt plutarchus ait) vincula ſunt adamantina, quibus principem oportet esse ſeptū atq̄ ſtipatum, & quū bonus princeps amari malit q̄ timeri, tu pro virili parte contendis ac eniteris, vt amicis ſis iucun dus, ciuibus charus, apud omnes gratioſus & amabilis. Neq̄ tamē quod plærumq̄ fieri ſolet iſta tua immodica ciuilitas te cōtemptibilem facit, im/mo tanta auctoritate polles, tanta exiſtimatione decoraris, vt multa per te, nihil ſine te in tota geratur italia. Longum eſſet ac prope infinitum, ſi ſin gula quæ in te fulgent ornamenta virtutū minutatim ſingillatimq̄ recen/ſere vellemus. Magna inter te & reliquos principes differentia eſt. In illis virtutes ſi quæ ſunt, enormibus ſubinde vitīs obruunt̄ ac decolorātur. Tu vero quemadmodū fœcundus es virtutū, ita parcus es vitiorū. Nō tu luxu ac intēperātia defluis, nō iracundia agitaris, nō cupiditatibus diſtraheris, nō affectionibus ancillaris, quib⁹ rebus obnoxīj ac mācipati principes eſſe

cõsueuerũt, ppterea q̃ in licentia magna peccandi cõstituti seipsos cohibere nõ possunt, & imperiosissimas appetitiones coercere. Vnde olim a scurra nescio quo bene dictum est, bonos principes in anulo posse pscribi atq̃ depingi, & Diocletianũ dictitare solitũ accepimus, nihil esse difficilius q̃ bene imperare. Boni principes a Ioue imperium habere dicũtur, mali vero minime. Principes boni in beninolẽtia Iouis sũt, mali vero nequaq̃. Et hæc est homerica sentẽtia, cui Dion prusensis astipulatur, itaq̃ quum tu Ludouice Sphortia inter bonos principes sis optimus, inter optimos clarissimus, merito te a deo vltra mundano datum esse credimus, & tibi versiculum illum optime conuenire existimamus.

Solus habes laudum quicquid possedimus omnes.

¶ Ea in te abundant bonitatis & virtutis exempla, quæ sequi cupiat ventura posteritas. Apparent in te paternæ virtutis expressa vestigia, patrem in filio recognoscimus, & quemadmodum in iuuencis & equis genitorũ virtus subinde conspicitur, Ita in Ludouico Sphortia viua paternæ probitatis imago refulget, ita prorsus paternas virtutes effingit ac representat, vt patris in filio æquitas, senilis in iuuene prudentia conspiciantur, immo vt quæ sentio eloquar, filius in multis genitore maior existit.

Aegea sic theseus, sic pelea vicit achilles.

¶ Has tantas principis nostri virtutes, ex quibus compactus ac conglutinatus esse creditur, ornat & illustrat procera statura, facies luculenta, os probum, frons verenda, & vultus amabilis, quæ etsi sunt corporis bona non animi (de quibus tantummodo me dicturum esse promisi) tamẽ principi plurimũ venerationis acquirere, & virtutes in principe gratiores efficere videntur, quoniam (vt inquit Pacatus) virtuti addit forma suffragium. Et vt cecinit poeta.

Gratior est pulchro veniens in corpore virtus.

¶ Solent qui Panegyricos scribũt destituti veris principum laudibus vanas laudatiões comminisci. Ego vero illustrissime princeps ex tuis q̃plurimis virtutibus multas cogor præterire, ne in immensum crescat oratio. Citius enim mihi verba deessent, q̃ scribendi materia, citius articuli digitorum scribendo lassescerẽt, q̃ cuncta in te laudabilia perscribere possem. Quocirca concludam deinceps orationem meam, & epilogo religioso omnipotẽtissimum rerum omnium cõditorem deum deprecabundus adorabo. Summe & exuperãtissime mundi opifex principio antiquior, fine diuturnior, cuius numen ineffabile est, & maiestas innominabilis, te oro ac deprecor, vt Ludouicum Sphortiam principem optimum ac irreprehensibilem diutissime fóueas ac tuearis, vt ei annos nestoreos largiaris, vt eius votis annuas, vt eum beneficijs tuis cumules, omnes illustres. Tu vero optime princeps perge quo cœpisti, nitere semper ad optima. Esto tibijpse archetypon & exemplar, teipsum imitare, ita ciues tuos ex malis bonos, ex bonis optimos efficies. Nam vita ptincipum censura est, & qualis princeps, tales reliqui ciues esse solent, qui ad illius exemplum componuntur, ita apud mortales immortalem tibi famam comparabis, & post obitum in cœlo inter beatorum domicilia locum sortieris, Vbi beatissimus æuo sempiterno perfruaris.

Ad eundem eiusdem Epigramma.

Hesperios inter ductores inclyte princeps
Principe quo status hic sospite, sospes erit,
Imperij columen rerum tutela salusq;
Eximia proauos qui probitate refers.
Suscipe pacata deuotum fronte clientem.
Mancipiumq; recens, seruitiumq; foue.
Sunt tibi complures ex omni parte diserti
Est tibi pierius turba verenda chorus
Inter quos cupio numerari maxime princeps
Inter quos vnum da mihi quæso locum.
Non erimus certe indecores nec rustica nostra est
Calliope, & nobis dexter apollo fauet.
Accipe sinceri munuscula parua Philippi.
Inspice si quid ineſt, quod placuisse queat.
Post lites & post decisa negocia rerum.
Post bene formatum compositumq; statum.
Tunc liber vacuusq; meum percurre libellum.
Atq; hilari nugas perlege fronte meas.
Sesquihoram scriptis nostris impende, sed hora
Sufficit/hoc nimium est, subtrahe dimidium.
Vix legere incipies succincti scripta libelli.
Pagina principium prima modumq; dabit.
Iamq; vale, viuasq; diu mitissime princeps.
Et superes phrygios nestoreosq; dies.
Dij tibi dent quodcunq; cupis/quodcunq; mereris,
Dij mihi dent cupias vt meminisse mei.

Sesquihorã. id est horam cum dimidiata.

¶ Ad magnificũ et ornatissimũ virũ Bartholomæũ Chalcũ Ducalẽ secretariũ Philippi Beroaldi Bononiẽsis Epistola.

OPusculũ de nuptijs Bentiuolorũ, qđ nuper excudi tibi vir p̃stantissime dicare cõstitui, quẽ nõ solũ studiorũ, sed etiã studiosorum amãtissimũ cognoui, q̃ me istic ociantẽ sũma tibi beniuolẽtia copulasti, ad quẽ tãq; ad anchorã litterati decurrũt. Et qa (vt ẽ in veteri ꝓuerbio) docti doctos amãt, tu eruditꝰ eruditos foues, & de litteratꝫ litteratꝰ optime mereris. Te ob singulares tuas ỹtutes illustrissimi princi-

pes tui auricularīū a ſecretis & omniū arcanorū particip̄ eſſe voluerunt. Te ordini ſcribarū ornatiſſimo præfecerūt, tu archigrāmateus nūcuparis. Accipe igitur vir clariſſime eo vultu libellū nuptialē, quo nuptiales volu/ptates ſpectare ſolemus, & ſi ſcio quoſdā obtrectatores captata frōte hæc eſſe lecturos, quibus nihil placet niſi triuiale, quib⁹ ita reſpōdere iure opti/mo poſſum. Significatiſſimis vocabulis cūcta pro virili parte enarrare cō/tendimus, & verba rebus accōmodare, quæ rerū cauſa inuenta fuerūt, quæ ſi vobis ſubobſcura vident nō eſt hæc mea, ſed veſtra culpa, qui nihil vnq̄ luculentū, nihil niſi protritū lectitatis, qui duobus tribuſve ad ſummū li/bellis contēti reliquos ſcriptores non attingitis, & nihil latinū eſſe creditis, niſi quod in veſtris vulgatiſſimis voluminibus didiciſtis. At nos latine ſcri/bimus, & verba ex latiniſſimis ſcriptoribus ſumpta depromimus. Nolite edentuli inuidere dentatis, nolite oculatos talpæ cōtemnere. Q; cæcus lu/cem nō videt, nō eſt vitiū ſolis, ſed oculorū. Q; vos ſcripta noſtra nō intel/ligitis, & ob idipſū culpatis, non eſt ſcriptoris vitiū, ſed lectoris. Neq; nos Tharentinis & Cōſentinis ſcribimus (vt ait Lucillus) ſed eruditis, quorū iudicio contentus quid de me imperitorū rumuſculi iactitent floccipendo. Et vt inquit Epigrāmaticus poeta, Me raris iuuat auribus placere, me ſcri/ptio nō triuialis, ſed erudita delectat, quæ neq; per periodos, neq; per lon/gos verborū ambitus, ſed verbis ſignificantibus & propriis cūcta expri/mat ac effingat. Hæc obiter dicta ſint aduerſus vitupatores, qui obtrecta/tione alienæ ſcientiæ ſibi famam aucupantur. Tu vero vir præſtantiſſime quum facultas tibi dabitur paulum reſpirandi ab occupationibus quibus iugiter diſtineris, libellum a Philippo tuo concinnatum in manum ſumito, & vbi ſumpſeris, perlegito, & vbi perlegeris iudicato vtrum in publicum prodire mereatur, an potius (quod timeo) ſit futurus pabulum tinearum. Vale decus meum, & me qui tibi mancipatus ſum, mutuo dilige.

Quot celebrata fuit genialis pompa diebus.
Per totidem ſcripta eſt hæc mihi pompa dies.

¶ Philippi Beroaldi Bononienſis/nuptiæ Bentiuolorum.

GEntē Bentiuolorū multos iam annos Bononiæ florētiſſimā, ho/noratiſſimāq; fuiſſe adeo notū eſt, vt res ꝓbatione non egeat, in q̄ multi inſignes, clariq; hoīes extiterūt, q̄rū multa egregia meri/ta in rēpublicā Bononiēſē q̄tidie cōmemorāt, ſed oīm clariſſim⁹ ætatis nr̄æ vir extat Ioānes bētiuolus, familiæ illuſtrator, patriæ ſplēdor, ci/uiū columen, domi foriſq; fauorabilis, cūctis Italiæ principib⁹ aut amicitia, aut affinitate copulat⁹, in q̄ denicq; oīa ſūt q̄ aut fortuna hoībus, aut natura largiunt. Is nuptias filij primogeniti Hannibalis celebratur⁹, vt eſſent oīm nuptiarū magnificētiſſimæ, eas ꝑ æſtiuū tēpus vtpote cōmodi⁹ cōficere de/creuerat. Sed Hercules eſtenſis Ferrariæ Dux illuſtriſſimus quū filiā Lucre/tiā Hannibali deſpōſatā iam nubilē ac viro maturā eſſe videret, cūq; pere/grinationē religioſiſſimā extra Italiā pararet, vt nuptiæ maturarent, inſta/bat, & oēm ꝓcraſtinationē detrimētoſā eſſe aſſeuerabat. Quāobrē prīceps Bentiuolus cōſiliū mutat, & ex cōſoceri ſentētia nuptialē feſtiuitatē dieb⁹ brumalib⁹ parat, cuius nō pauca dehortaretur, & in primis feſtinatio ma/gnis apparatib⁹ ſemꝑ infenſa. Verū multa quæ impedita natura ſūt conſi/

lio expediunt̃,& ſummæ ỽtuti,ſūmæq; fortunæ nihil factu difficile eſt. Igi
tur indicto ꝑ præconē publicitus die nuptiarū,q̃ dies erat futurus ad quin/
tū kalend'. Februarij,ea Bētiuolus intra dimeſtre ſpaciū factitauit, q̃ prin/
ceps ali⁹ annuo tꝑe facere nequiſſet,quæ oīa ſpeciatim, generatimq; expli/
care ꝑ virili ꝑte conabimur. Primū oīm forū q̃d' ante Bētiuolor̃ ædes erat
perq; anguſtū,vt laxius fieret, proximas domos a poſſeſſoribus emit em/
ptaſq; demolit̃, idq; ſpacijs tēpor̃ iniq; excluſ⁹ cū ſylice ſternere nō poſſet,
aſſeribus cōtabulat. Iubet & oꝑimentū laneū ꝑ ſarcinatores cōcinnari ad
forū cōtegendū,vt ſub eo nuptiales luxus ſpectatores ſalubrius,ocioſiuſq;
cōtemplarent̃. Idem domū quæ alioquin pulcherrima eſt,& cū laudatiſſi/
mis toti⁹ Italiæ domib⁹ certat,magnifice exornat, parietes oēs intrinſecus
inducto tectorio nouo leuigantur, columnæ quæ in periſtyllo ſtriatæ ſunt, Inducto.
marmoreis ſimillimæ efficiuntur,feneſtræ mutuli ſuꝑliminariaq; oſtiorum
tota inaurantur,quæ imperfecta ſunt,abſoluunt̃, ſqualentia reconcinnan/
tur, vbiq; pictor, vbiq; materiarius, vbiq; architectus cōſpiciūtur. Feruet
per totas Bentiuolorū ædes apparatus nuptialis,conclauia omnia atq; cu/
bicula tapetibus ſtragulaq; veſte conſternūtur, ornat̃ & lectus genialis in
thalamo ſpōſi magnificētiſſime. Dij boni qualis ille q̃q; præclar⁹ appara/
tus,quo exornatū eſt cubiculū principi Ferrarienſi deſtinatū. Hic conopea
aurea, lodices regales, conchiliata periſtromata, viſentiū oculos paſcebāt
gratiſſimo ſpectaculo. Ipſum vero triclinium in quo fieri debebat nuptiale
conuiuium reliqua antecellit ornamenta. Hic toti parietes belluatis peripe
taſmatibus veſtiunt̃,ſupra peripetaſmata coronamenta miro artificio con
cinnata diſponūtur, in quib⁹ inſignia Italicorū principū ſummo cū decore
incluſa viſebātur. In eodē cœnaculo tabulatū fit paulū accliue tapetib⁹ ſtra
tis opertū,vbi principes ꝓcereſq; illuſtriores vna cū ſpōſa diſcūberent. Eri/
gitur & Abacus,in quo vaſa aurea & argētea varij generis precioſiſſima
exponūtur, hic potoria gemmata, hic lances ex argento quinquagenatiæ,
hic eſcaria ex auro cum emblematis faberrime celata,hic quicquid vaſcula
riorum ac celatorum probatiſſimorū arte perfectum eſt,eſſe diceres, adeo
vt mentoris manu cūcta fabrefacta viderentur, Huic abacō appoſiti erant
cuſtodes duo ad hominum effigiem formati, alter claua, alter falcato enſe
propinquantibus minitabāur, hunc macheroforum, illum corynephorum
non indocte nuncupaueris. Fulgore huius Abaci reliquus perſtringebatur
ornatus,quem ornamenti cauſa magis q̃ vſus effecerant. Nanq; in alia do
mus parte alter erat Abacus cōcinnatus,in quo conuiualia vaſa innumera
erant collocata, quorum vſus erat futurus ad coepulones accipiendos.
Dum hæc intra ædes ſtrenue properantur,forinſecus non minora efficiun/
tur, Nam a domo principis Bentiuoli ad portam vſq; galeriam quam vo/
cant,ꝙ illac ventura erat ſponſa, multiplici ornamentorum genere cuncta
condecorantur. Domos ſenio collabentes reficiuntur,parietes ad libellam
reformantur. Columnæ lapideæ ad perpendiculum exiguntur, Ciues ipſi
per eum vicum certatim ornamēta parare, Sub Dio ſub porticibus per in/
tercolumnia coronas ex herbis virentibus conferras ſuſpendere,veſtibula
ædium myrtho/ lauro/ hederaq; veſtire. Multa topiarij operis egregia co/
ronamenta cōficere, in quibus inſignia Bentiuolorū incluſa cum venuſta/
te viſebantur,diceres oſtiatim celebrari nuptialem feſtiuitatem. Deniq; in

hac ciuitatis regiõe nõ brumalis rigor, sed verna tẽperies videri, hic buxꝰ, hic iuniperus viresscere, hic multijuga species herbescẽtis viriditatis. Totũ iter florulentũ ad viridarij cõsiti specimẽ gratiã viroris recentissimi præ se ferebat, vt nõ solum peregrini, sed etiã nostrates admirarent contẽplantes tantã alieno tpe copiã viridorũ. Præterea Bẽtiuolꝰ machiatores optimos & topiarios artifices ꝓbatissimos acciri iubet, qui solertia quadã genuina miroq; artificio præditi, noui generis ornamenta excogitarunt, ex quibus vnus nomine Zephiranus qui nõ minus facetus est scurra q; artifex ingenioſus, septẽ portas ligneas affabre cõfecit, quæ picturatæ & fruticibꝰ herbisq; viridãtibus decoratæ exornabant viam nuptialem, interuallis propemodum inter se distantes ad imaginẽ portarũ vrbicarũ, nisi q; catharactas non habebant, sed illa quæ ædibus Bentiuolis erat proxima reliquas decore vincebat, in qua simulacrũ Herculis cũ leone congredientis visebaꝫ aspectu truci formidandi, visebaꝫ & e regione altera Herculis effigies repulsce tis hydræ capita amputantis. Cæterũ quũ nihil in omni vita pulchriꝰ sit ordine, sine quo nec militarẽ disciplinã imperatores valẽt explicare, nec gubernatores regere nauigia. Bentiuolus vt oĩa sint dispositissima procurat. Nam hoies idoneos deligit, inter q̃s disptita sint officia nuptialia, ne quid tumultuosæ pturbationis oriaꝫ. Hunc lectisterniatorẽ esse iubet, illũ obsonatorẽ, hunc præfectũ popinarũ, illũ bellariorũ, alius ꝓmus, alius condus designaꝫ, est qui ꝓcurator peni constituaꝫ, est qui cellæ vinariæ p̃ficiaꝫ, ita vnusquisq; curando quod suũ est, aliena non turbat. In primis iuuenes numero sex et viginti ex nobilioribus ditioribusq; nostræ ciuitatis deliguntur qui sint architriclini siue archiopasias dicere malis, q̃s vulgus sescalos appellat. Vtendũ est em̃ popularibus verbis ad rẽ popularẽ declarandam. Ex his singuli senos ministros eligere iubent̃, quorũ opera naua & strenua in conuiuijs nuptialibus vtãtur. Ex hoc architriclinorũ ordine nullus fuit qui nõ impendia prope regalia fecerit, & immensas pecuniarũ summas profuderit, dum se quisq; suosq; ministros nuptialibus vestimẽtis exornat. Designantur & sex alij architriclini maiores qui dicũtur oẽs fere ex ordine senatorio. Præterea adolescentuli octo luculenti summoq; genere nati euocantur, quibꝰ iiunctũ est vt sponsam introeuntẽ a porta domũ vsq; deducant instar stipulatorũ quos prisci laterones nũcuparũt. Et quoniã aduenaq; ad nuptias celebrãdas vẽturorũ innũera multitudo expectabaꝫ, ordinat Bentiuolus vt oẽs honorificẽtissime cõmodissimeq; accipiãtur. In domibus ciuium ornatioribꝰ hospitia magnificẽtissime parãtur, & pro diuersorij amplitudine alij plures, alij pauciores assignãtur. Iam cũcta apparatꝰ nuptialis diligẽtissime cõparauerat, Iam appetebat cõdictus dies festiuitatis quũ spõsus ad cõiugale fœdus cum spõsa ineundũ Ferrariã proficiscit̃ comitatu prope regio decoratus. ducenti ferme euntẽ ꝓsequunt̃, inter quos supra vigintl haud dubie nobilissimi, & ipsius spõsi frater minor natu prothonotarius. Nos q̃q; discipulũ officij causa sumus prosecuti, omnes magnificẽtissime accipimur a principe Ferrariẽsi, ibiq; biduũ cõmoramur donec celebrẽtur ex ritu fœdera nuptialia, & anulo ꝓnubo digitum sponsus sponsæ oppigneret, amboq; sacerdoti a paranymphis offerant̃, quibus rite peractis, domuitionem capescimus, aliquot ex primoribus cum prothonotario relictis ad sponsam ꝓsequendã. Cum genero socer auliciq; interiores nauem

conſcendunt,noctecꝫ intempeſta appellunt ad prętoriū Bentiuolum quod vocant,quod magnificētiſſimum,pulcherrimūcꝫ in agro Bononienſi prin/ceps Bentiuolus extruxit,diſtatcꝫ ab vrbe millibus paſſuum decem.Poſtri die eius diei Bononiam ingredienti Herculi heſtenſi obuiam it Bentiuolus comitante maxima caterua virorum ſplendidiſſimorū, non ſolum noſtra/tium/ſed etiam externorum qui iam conuenerant ad officium nuptiale. Il/luxit demum dies nuptijs deſtinatus,qui imbribus fœtus,omnes & potiſ/ſimum Bentiuolum dolore confecit ſecum reputantem,quantos rerum ap paratus, quantamcꝫ nuptialem pompam eſſet imber ille perturbaturus. Omnes deprecabundi deum omnipotentiſſimum orare, vt tantiſper plu/uia cohiberetur donec introitus ſpōſæ in vrbem pompaticus perageretur. Verum inexorabile eſt fatum & inuidenti fortunę repugnare non licuit no lenti,vt ex omni parte beatas nuptias videremus, & lactiſſima voluptate permulceremur.Iam aderat hora condicta qua obuiam cuncti prodire cœ perunt ſponſæ venienti ex prætorio Bentiuolo,vbi noctem vnam cōmora ta feſtinabunda peruenerat ad villam ſuburbanā,ibicꝫ ſubſtiterat obuius aduentātes operiens.Omnis ætas,ſexus,ordo viam galeriam agminatim compleuerant ſtudio viſendi exoptatiſſimam ſponſam ſponſæcꝫ appara/tum.Vix locus cuius latus & longus capax erat tantæ multitudinis cater/uatim confluentis.Ciuitas omnis,peregrini omnes,mira denſitate cuncta ſtipauerant,multi columnis implexi,non pauci e feneſtris ſemi conſpicui, plæricꝫ ſub Dio inter imbres proſpectabant,tanta eſt mortalibus inſita cu piditas nouitatis.Gliſcente in horas pluuia,nullamcꝫ pauſam faciēte,Ben/tiuolus hanc ſibi curam ſumit,vt cuncti ordine et ſine tumultu pompaliter incedāt.Longum eſſet referre ſingillatim quo ordine principes/oratoreſcꝫ principum inceſſerint,ſummatim exponam illuſtriora ac ſplēdidiora. Prin cipes Italici partim ipſi venerant,partim vicarios miſerant ad nuptias illu/ſtrandas,qui omnes in ſuis quiſcꝫ ordinibus collocati ingrediebantur. In/ter eundem inſpectione digni potiſſimum fuere equeſtres lancearij princi pis Mantuani,qui Turcharum habitu ingrediētes,ritu militari lanceas ma nu reciprocabant,tales Macedonum haſtatos fuiſſe crediderim, quos Sa/riſſophoros appellitabaut, hos vulgus corrupto paulum vocabulo Stra/dioticos appellat,quum ſtradioticos græcanica dictione nuncupare debu/iſſet,hos ſequebantur Hipotoxotæ,quæ ſunt ex equis ſagittarij induti pra ſinos amictus, architriclini architriclinorumcꝫ pediſſequi ordine inceſſe/runt.Vidimus hac pompa nymphas ritu amaçonio obequitantes,quę ſub limatæ in equo non ſedebant/ſed ſtabant.Vidimus Gigantem ſtaturoſam obambulantem, quam ars æmula naturæ ſimillimam veræ effigiauit. Vi dimus gralatorem in longurijs paſſus grandiſſimos diuaricantem. Au/diuimus ſonitum tintinabulorum,crepitum ſclopumcꝫ tormentorum belli corum,quibus cuncta perſonabant.Præterea ibat ordo tybicinum/tubici numcꝫ populoſus,adeo vt clangore tubarum,ac ſtridore lituorum cœlum reboaret,aureſcꝫ audientium obſurdeſcerent.Poſt longum pompæ ordinē incedit nouiſſimo loco noua nupta,ſedens in equo candidiſſimo atcꝫ pul/cherrimo,qui ephippijs aureis præfulgens phaleriſcꝫ precioſis ornatus tol lutim gradiebat,quales Priſci tollutarios aſturcones mannoſcꝫ vocitarūt. Hunc gradarium equū ſponſæ adduxerant octo illi adoleſcentuli,qui mu/nia obibant ſtipatorū,qui veſtes breuiores induti argento textili cōfectas

Sariſſo/phori Stradiotici

Tollutarij

per imbrē,lutumq; ſponſam conſtipabāt,ex quibus aliquot vniones,gem-
maſq; in calciamentis geſtare conſpeximus. Cantata ſunt carmina ſponſa
Virtutes ſe- tranſeunte,partim latino,partim vernaculo ſermone compoſita. In ſingu-
ptem. lis illis ſeptem portis qnas temporarias ex ligno, frondibuſq; virentibus
a Zephirano ſcurra fabricatas ſupra docuimus,quæ ſingulæ ſub tutela vir
tutum ſingularum erant cōſecratæ,ex quibus quattuor philoſophicas,tres
theologicas appellant. Conſtat inter omnes ſpectatores nihil fieri potuiſſe
ſplendidius hac pompa nuptiali, niſi pluuia continens ac iugis obſtitiſſet,
quæ effecit vt nemo veſtes precioſas oſtentaret, vt omnes incederēt penu-
lati,pileatiq;. Rimata eſt hoc inuidia telum quo nuptias diſturbaret. Nam
perdius & pernox imber diem etiam poſterum ex magna parte fœdauit,
Petronius. quæ res impedimento fuit quo minus ſponſa ex conſtituto ædem diui Pe-
tronij pompabiliter adiret,quē Bononienſes deum tutelarem venerantur.
Cæterum non ſemper habet fortuna longas|manus, & interdum aduerſa
ratione ſuperātur,Nam princeps Bentiuolus (vt ſemper eſt præſentiſſimo
conſilio) viam inuenit/ qua intra priuatos parietes oſtentaret principibus,
cunctiſq; proceribus magnificētiam apparatus nuptialis. Congregatis in
cœnaculo omnibus illuſtrioribus ex thalamo geniali ſponſa progreditur
ventura in cœtum principum auguſtiſſimum antecedentibus miniſtris ar-
chitriclinorū numero centum quinquagintaſex, qui oēs ſericati formoſum
exhibuere ſpectaculum,alij purpureo ,alij hiacynthino, alij praſino colore
monſtrabiles, quorū erāt calciamenta cōſimilia, vtpote cōſuta ad inſignia
Bentiuolorū, ſed lōge formoſiſſimū ſpectaculū præbuere ipſi Architriclini
togas ex argēto textili talares induti,exceptis duobus, qui ꝙ erāt equeſtri
dignitate decorati aurea veſtimēta geſtabāt,hicq; in nouiſſimo loco vtpote
honoratiores agmen claudebant. In ſingulorū manibus Scipiones erāt pi-
cturati peculiaria ipſius architriclinat⁹ inſignia. Ex his complures torquati
ſunt conſpecti torquibus aureis in ſummo pectore fulgētibus,oēs ſtupere,
oēs admirari tantū rerū fulgorē, tantas impenſas quibus regia vectigalia
vix ſufficere poſſent. Idem omnibus ornatus,idē veſtimēti genus,oēs prin-
cipatu digni videri,omnes inceſſu maieſtatem quandā præ ſe ferre. Et pro-
fecto cultus magnificus addit hominibus auctoritatem. Subſequebantur
reliqui ſex maiores architriclini virgas auratas manuferentes , quorū tres
in veſtimētis aureis præfulgebāt,duo cōcinnati, ſext⁹ in argētea veſte ſplē-
deſcens. Deinde incedit ſponſa inceſſu matronali mūdo nuptiali decenter
ornata , quam omnes fere noſtræ ciuitatis primariæ matronæ comitaban-
tur,nō ſolū formoſitate cōſpicuæ, ſed & veſtimētis radiātib⁹, monilibuſq;
gēmoſis cōdecoratæ, & mediuſſidi⁹ cultus formā maximopere venuſtat.
Ibi princeps Ferrarienſis natā oſculabūdus amplectit,ibi ex ritu chriſtiano-
rum celebrant diuina myſteria, epiſcopuſq; vrbinus a pōtifice maximo de
ſtinatus Diploma pōtificale palā recitat,quo nouis maritis cónnubiū fór-
tunatū auctoritate qua pollet in terr{ ampliſſima denūciat. Iam dies (vt in-
quit Plautus)ad vmbilicū erat dimidiat⁹ mortuus, iā prādēdi tēpus inſta-
bat,repēte oēs ſe accingere, & ſua quiſq; munia diligēter obire, Lectiſter-
niatores mēſas apponere,oēs ex ordine accubare, Princeps vna cū ſponſa
in tribunali celſiores eminere. Optabat princeps Bentiuolus &eſſe & dici
cōuiuator abſolutiſſim⁹, cupiebatq; iſtud nuptiale cōuiuiū (ſi fieri poſſet)
eſſe poſteris exēplū, itaq; quū ſciret in rebus omnib⁹ domini plurimū pol-

lere præsentiã, & frontẽ occipitio (vt veteri Adagio testatũ est) esse priorẽ, instituit nõ solũ interesse, sed etiã præesse pompæ cõuiuali. Singulis mensis binos architriclinos assignat, eosq; bifariã diuidit, vt alterꝰ dapes integras inferentibus alteri efferãt, iam semesas, alteris scãdentibꝰ descẽdant alteri, viciſſimq; laborẽt & quiescãt. Ex hoc ordine effectũ est, vt præter luxũ atq; opulentiã esset ordinatiſſimũ, cõpositiſſimũq; cõuiuiũ, Bentiuolus ipse discursare, satagere rebꝰ oĩbus præsto esse, ipse iubere, oẽs iussa obediẽter exequi, adeo reuerẽtia rebus obeundis efficax est. Dant manibꝰ aquæ odoratiſſimę ex aquiminarijs argẽteis, quæ guturnia alio noĩe guttiq; dicuntur, inferunt ex saccario, nucleisq; pineis cõcinnata cibaria, inferũtur & panes dulciarij simulq; vinũ generosiſſimũ, quod priſci passum (vt opinor) neote rici maluaticũ appellant, cui tanta auctoritas ineſt, vt singulæ ex eo potiones tm̃modo dent. In cæsaris dictatoris epulo quattuor vini genera apposita cõstat, idq; pro lautiſſimo celebrat, at in hoc innumera exhibita fuerũt dulce/austerũ/tenue/firmũ. Alius cõuiua meracas potiones hauriebat, alius dilutas, hunc suauia, illũ subaustera delectant, pocillatores præsto sunt, vt Cyathiſſent epulonibꝰ prout singulorũ stomachus & gustus expoſcit. Primis ferculis duobus, aut ad summũ tribus exempta est fames esurientium. Reliqua magnificẽtiæ causa sunt illata, in quibus seruatũ est, vt altilia in singulis fere miſſibus mẽsæ principiũ viuẽtia importarent. Vidimꝰ porcellos gruniẽtes capreolos ꝑ triclinij curſitãtes, hiſtrices aculeos subrigentes, vidimꝰ paſtillos quos vocãt auiculas, coquinatoria diſciplina in cõuiuio emittẽtes, quæ ꝑ cœnationẽ volitãtes, effugiũ quæritabãt. Vidimus inferri pauones flãmiuomos plumis verſicoloribꝰ veſtitos, oculoſq; gẽmatis caudis rotantes. Illati sũt & phaſiani cũ pennis, cuniculi, lepuſculiq; cũ pellibus, quæ oĩa oblectamẽto fuere prãſoribꝰ. Illata sunt & secũdæ mẽsæ bellaria, ex saccaro poma, nuceſq; oĩs generis, tãta arte cõfectæ vt a veris fructibꝰ nõ internoſcerent. Quid testuacea scitiſſimi saporis, ꝙd mellitiſſimas ex saccaro placẽtas? Quid tuceta precioſa? quid aſſaturas? quid cõdituras exoticas enumerẽ? Quid tragemata cœnã ex more claudẽtia? quæ sermõe vernaculo cõfectiones nũcupant. Miſſus ferculorũ circiter triginta fuerũt. Cõuiuæ ferme centeni quinquageni diſcubuerũt. Structores adhibiti scientiſſimi obſoniorũ scindẽdorũ in fruſta nõ enormia. Quis tãtus ingenio, ꝙs tanta facũdia prædituſ, vt verbis idoneis poſſet multij ugũ minutatim explicare cõuiuium? Legimꝰ in heliogabali cõuiuij s exhibita fuiſſe supra. xx. fercula ingentiñ epularũ. Legimꝰ Antonij & Cleopatræ cœnas fuiſſe lautiſſimas, quas inimitabiles ipſi noĩabãt. Legimus luxurioſiſſimas Vitellij patinas veri impatoris cõuiuiũ precioſiſſimũ, luxũ Luculi nepotalẽ salior dapes, pontificũ cœnas. Legimus & illas apud priſcos fuiſſe epulares cœnas quas luculẽti scriptores mõ adij ciales, modo dubias, mõ pollucibiles appellãt, quæ oĩa epulũ iſtud Bentiuolorũ nuptiale aut æquat, aut antecedit, in q̃ oĩa in argẽto puro edulia illata fuerũt, qđ ꝑtractũ est ab hora diei xx. in horã noctis tertiã, & quũ de die epulari cœpiſſent, noctu e lectis triclinaribus surrexerũt, oẽs fere poti diſtenti oſcitantes ſimillimiq; hallucinãtibus, ipſius conuiuij magna pars ad funalia, lychnoſq; penſiles acta. Sub crepuſculũ veſpertinũ cærei ex alba cæra vtpote precioſiore cõfecti accenduntur, quorũ tanta erat vis & copia, vt nocturnas tenebras flammis exuperarent. Duo præterea candelabra ingentis magnitudinis deargẽtata ex

Passum aliud est.

laquearibus auratis demissa pendebãt simillima lucernis priscoꝝ, quas polymixos vocitarunt, in his lilia & flores artificio mœchanico cõcinnati vi/
sebant, qualia ornamenta fuisse legimus in candelabris Salomonicis. Erat
præterea ignis intra candelabra furtim inclusus, qui quasi in radio discur/
rens hora stata lampades & cæreos infixos accendit. Oẽs mirabundi suspi
cere tam nobile cõmentũ, laudare tam fallacioſam machinatiõnẽ, contem/
plari tam errabundũ igniculũ in cauo ædium, ipsoq; vestibulo nocturni lu
minis instrumẽta globis piceis referta collucebãt, cunctaq; illuminabãt. Fi
nito cõuiuio, remotisq; mensis pauimẽta verrunt scopis deauratis. Sũt hęc
friuola nec inficior, sed curiositas nihil recusat, & ex friuolis plęrũq; grauio
ra pensitamus. Deinde saltationes choreęq; matronales exhibent. Saltauit
& Ethrusca puellula exossam saltationẽ, cũ omniũ qui aderãt admiratiõe.
Mox spelunca fictitia instar natiuæ siluosæq; speluncę vnacũ monte ligneo
repsit intra triclinĩũ, repsit & castelli simulacrũ vnacum turri nemine q̃ ge/
staret apparẽte. Intelleximus tũc illud epigrãmatici poetæ carmẽ qd' prius
subobscurũ nobis legentib⁹ erat. Repserunt scopuli mirandaq; silua cucur
rit. Ex his omnib⁹ paulatim nymphæ progrediunt ad effigiem dearũ refor
matæ. Credimus hoc Paridis esse iudiciũ de tribus deabus, quoniã Iuno et
Venus affuerunt, sed loco Mineruæ aderat Diana cũ nymphis, quæ saltare
fabulã cœperũt, in qua nymphaꝝ vna tanq; transfuga ex castris Dianæ cœ
libis in castra Iunonis quæ cõiugalib⁹ vinculis præsidet/trãsmigrauit. Can
ticum cecinerũt pueri symphoniaci voce canora concinẽtes, ad quoꝝ ryth/
mos nymphæ corpus mouebant, dantes staticulos saltatorios. Magna de/
niq; parte noctis transacta inter ludos conuiuales cuncti cubitũ facessunt.
Postridie eius diei aperitur cœlũ serenũ ac sudum, & sol radiosus exoritur,
cuncta illnstrans. Quocirca destinat princeps Bentiuolus vt sponsa ordine
pompatico ad templũ diui Petronĩj religiosum proficiscat, id quod pridie
facere nequiuerant. Cõueniunt e vestigio matronæ oẽs, congregat oẽis
ordo nostratiũ, præsto sunt Architriclini vestium argentearũ fulgore con/
spicui cum populosa ministrorũ familia. Adsunt principes ac proceres oẽs
in aula Bentiuola congregati. Incipiũt bini, terniq; procedere gradu lento
ac pompatico, ibant singuli hospites singulis ciuibus copulati, hac pompa
nihil pompabilius, hoc spectaculo nihil speciosius excogitari contenderim.
Via tota fulgebat ordine incedentiũ luminoso, qui aut cõcinnati aut argen
tati, aut aurati in incessu videbantur, nullus sine oloserica veste in ea pom/
pa conspectus. Nam Bononienses etsi semper alꝰ vestitu cultuq; elegantis/
simo fuere, attamen id temporis omnes vt nuptias exornarent, vestimenta
serica ac bombicina pro facultatibus confecerant. Tanta autem fuit pom/
pæ incedentis multitudo, vt primi iam in foro viserentur quãdo nouissimi
ex palatio Bentiuolorũ vix dum egrediebãtur. Res erat non minus memo
ratu digna, cq; admiratione contemplari tot clariſſimos proceres, tot illu/
strissimos principes, tot summates matronas cocco argento auroq; fulgen
tes, qui ad deum salutandũ simul incedebãt. Quicquid vsq; speciosi est, hic
esse videbatur. Aedes est diui Petronĩj in foro Bononiensi ampliſſima, quę
etsi latericia est, tamen propter venustatẽ atq; simetriã marmoreis templis
est æquiparanda. Salutatis ex ritu christianoꝝ religiosissime numinib⁹, my
sticisq; canticis peractis, eodem quo venerãt ordine ad ædes Bentiuolas, re
ueniunt, ibi repotia ex more vetustissimo reparantur, prandioq; lautissimo

Repotia intẽ pestiua

principes procereſq; cum matronis accipiūtur. Poſt prandiū data ſunt ocu
lorū varia oblectamēta, editum eſt & ſimulacrū pugnæ gladiatoriæ. Nāq;
in foro Bentiuolo quod aſſeribus pauimētatū eſſe docuimus, adoleſcētuli
noſtrates ad quinquaginta edocti a magiſtro armorū peritiſſimo, quales
apud Rhomanos fuere laniſtæ, digladiari inter ſe cœperūt, & nūc pūctim
nūc cæſim ictus inferre, nūc illatos oculis vigilantib⁹ euitare, modo aſſulti
bus varijs aduerſarios premere, modo preſſi retrocedere, deniq; omnes ar
morū tractandorū numeros implere. Formoſum ſane bellicūq; ſpectacu
lum in quo manica ferrea in medio digladiantiū collocata, & circum eam
atrox certamen inter omnes exortū, dum ſinguli pro viribus corripere con
tendunt. Victor ludicri certaminis pronūciatus Nicolaus cognomēto ba
ſanus qui primus manicā ſuſtulit. Sub eodem papilione quo forū Bentiuo
lum tegebatur ludus pilaris celebratus, non ſine maxima ſpectatorū volu
ptate, deſtinati erāt ad pilæ luſionem, hincinde quinquageni iuuenes lacer
toſi valentiſſimiq;, alteri amictu praſino cōſpicui, alteri hiacyntino. Ita em colores appello, quos ſemidóctū vulgus viridem, cœleſtemq; nuncupare conſueuit. Alteri fortunā ducem ſequunt, alteri prudentiam vtraq; pars ſu am inuocat ſuffragatricem. In medio follis pugillatorius ventoſa grādita
te tumeſcēs locatur, quem calcibus pugniſq; incurſantes vtrinq; omnibus viribus neruiſq; contendūt, vltra præſcriptos aduerſariorū terminos eia
culari. Nō ero in hoc ſpectaculo deſcribendo prolixior, quū paucis ante an
nis id ludicri genus in foro Bononienſi exhibitū copioſiſſime explicauerim in Epiſtola ad Franciſcū puteolanū præceptorē meū ſcripta. Reliquū ante cœnam tempus ſaltationibus & choreis impenſum. Poſt cœnā ingredium tur pſonati ſcœnico ornatu intra nemus incluſi, qđ cōſitum viretis & ar
buſculis nihil pene diſtabat a vero nemore. Cupidinis ludicrū egerūt homi
nes feri ac ſiluatici clauam ligneā manu geſtātes inſtar Herculis clauigeri. Cantata ſunt carmina argumēto, diſcurſibuſq; reciprocis accommodata. Ex his vnus leonē cicurem exarmatūq; loro trahebat. Erat aūt homo leoni
na pelle veſtitus, tectuſq; adeo graphice ac ſolerter, vt a neſcientibus verus leo crederetur, Exhibitus eſt & in ſaltatione monoceros fictitius. Sequenti die qui dies erat pridie kalē. Februarij, ſimulacrū pugnæ bellicæ in foro ma
xímo editū eſt, ad quod ſpectandum anteq; iretur in aula Bentiuola Ienta
culū regium, dignūq; memoratū principibus matroniſq; exhibetur, quod inter cætera ſpectacula cū primis annumerari meretur. Nanq; per dulcia
rios artifices quos diu domo ob idipſum habuerat princeps Bētiuolus, cō
cinnata ſūt ex ſaccario edulia varij generis, quæ intra triclinīū ex ordine il
lata cūctorū oculos ad talē inſpectionem conuerterūt. Præcedebat carrus cupidinis triūphalis adamuſſim confectus, quē quattuor ex miniſtris ba
iulabant, ſubſequebant ſimulacra oppidorū, imagines elephātorū, effigies volucrū, ſpectabātur & naues cū armentis, inſignia principū & id genus cōplurima, quæ nemo a veris internoſcere poſſet, adeo ingenioſa eſt natu
ra mortalium ad cuncta quæ velit imitanda. Omnia hæc importata fuere magis viſui cū eſui accōmodata, magis oculos ſatiatura cū ſtomachū. Sin
gula ſingulis dono data principibus. Eſculēta vero bellaria atq; tragema
ta omnis generis pro ientaculo inferunt, quorū magna pars in vulgus pro miſſilibus ſparſa. Quum omnes lautiſſime ientaſſent, itum eſt agminatim ad haſticos ludos cōtemplandos, quos ſponſa cum omni comitatu matro

Venetū cœle ſtē dicere po
tuit.

Monoceros vnicornis.

nali ꝓspectauit e speculatorio, quod decẽtissimũ in palatio senatorio ob id ipsum fieri iusserat Minus roscius id tẽporis dictator homo omniũ nobilium doctissimus, omniũ doctorũ nobilissimus. Iam totus ppl'us ac peregrini passim ꝓcurrẽtes forũ cõpleuerãt, & cuneos instar cuneorũ theatraliũ e ligno fabricatos fartim cõstipauerãt, multi cũ periculo salutis culmina tectorũ quib⁹ forũ cingitur, conscenderãt ex imbricibus tegulisq; speculaturi. Tres equitũ turmæ, totidẽq; turmarũ ductores apparatu magnifico spectabiles forum ingrediũtur. Ordo agminis turmatim euntis talis fuit, Primus Hannibal Bentiuolus equo inuehitur, quẽ antecedũt equi bellatores eximiæ magnitudinis, aureis tegumẽtis velati. Circũstant stipatores candidati tanq; petitores magistratuũ Rhomanorum. Turmales regali cultu procedũt, ipse armatus fulget in equo. Arma radiantia aureo paludamẽto contegunt, põpa prorsus regalis opulentiæ. Ex altera fori parte irrumpit Franciscus princeps Mantuanus, qui incomparabili magnificentia omnium óculos in se ac suos conuertit. Præibant lancearij habitu thurcarũ, de quibus ante dictum est. Lancearios sequebantur hipotoxatæ cum scorpionibus. Equi duodecim sine sessoribus ingenti corporatura deducũtur operti velamentis, quæ auro erant purpuraq; distincta, quorum fulgor omnes fori partes illuminabat, de quibus Vergilianum illud dici merito poterat.

Bello armantur equi bellum hæc armenta minantur.

¶Proximi ibant Diriphori (vt ita appellem⁹) gestatores hastarũ bellicarũ. Ipsius vero principis cult⁹ inter p̃cipua spectabat. Namq; equo vectabat exuperãtissimo vigore & inusitata magnitudine, & vectabat paludatus aureo paludamento, ornatuq; haud dispari suos exornauerat bellatores. Præcurrebãt spiculatores induti vestimẽta preciosa, vtpote dimidiata ex auro, dimidiata ex serico cõtexta. Nouissimo loco introcessit Gibertus carpinas principis Bẽtiuoli gener, & ipse visendo decore cõspicuus ornamentis equorũ, equitũq; præfulgẽtibus. Venerũt & alij pro facultatibus ornati, sed super oẽs Mantuanus regulus existimatus est illud decorasse spectaculum, cuius manica paludamẽti carbũculis, hiacynthis, saphiris, & id genus gemmis preciosissimis onusta præstringebat acies oculorũ. Ordo hastici certaminis erat talis, Duo cataphracti e regiõe collocãtur, qui in equo immobili sedẽtes exciperent ictus incursantiũ, quibus post horæ spacium totidem recentes succedere debebãt. Hæc bellicæ pugnæ imago ex militari Rhomanorũ disciplina mihi translata videtur, apud quos tyrones exercebantur ad palum, qui instar bellatoris immobilis excipiebat ictus cõgredientiũ. Pugnatũ est horis amplius tribus cõtinenter, complures hastæ & a bellatoribus procurrẽtibus & a statarijs fractæ, complures ictus armisoni vltro citroq;, & illati & accepti foro/clangẽtibus tubis reboante spectatoribusq; plausu & vociferatione fauentibus. Multorũ eo die viriliter dimicantiũ virtus spectata est, sed in primis Hannibalis Bentiuoli, qui ante annos gerens robur, animũq; virilem specimen amplissimum futuræ virtutis ostẽdit, quæ in pulchro atq; puerili corpore veniens, gratior fauorabiliorq; esse cõsueuit. Gaspar Roberti sãcto seuerinatis fili⁹ paternæ virtutis æmulator functus est officio acerrimi bellatoris, sed inter oẽs excelluit princeps Mantuanus, quẽ post cettamen iudices publico præconio victorẽ pronunciauerunt, brauioq; quod erat argenteum/donauerunt. Transacto ludicro cũcti lætitia delibuti/quum oculorum desideria satiasset, foro facessũt, iam

die in vesperã præcipiti recta ad ædes Bentiuolas pergũt, nouũ infrequẽsq; spectaculũ speculaturi. Nam Florẽtinus quidã machinator egregi⁹ / & mœchanicæ artis sciẽtissimus, machinã solertissimo artificio fabricauerat, quã girandolã vulgus appellat, quæ nostra lingua orbis flammeus dici potest, Vtar em̃ hoc vocabulo quoad inuenero melius, erat hæc machina funibus suspensa sub papilione Bentiuoli fori ingẽtis magnitudinis in rotunditatẽ circũacta, trib⁹ circulis cingebaṫ / medio extremos exuperante, crescebat in ventrẽ labris paulatim se restringẽtibus, cui nihil tã simile est q̃ calathi effigies. Ignis intra machinã furtim inclusus arte mœchanica alebaṫ per fomites incendiorũ discurrens, quibus tota moles erat refertissima, debebatq; hora sub vesperã stata cum crepitu, bomboq; maximo flagrãtes radios eiaculari. Machinator prædixerat post primã horam nocturnã, futurã flãmarum eiaculationẽ. Iam sublato tentorio, reductisq; velis auidissime præstolabaṫ populus numerosus / condictũ tempus cõflagrationis. Iam crepusculum, iam tenebræ densæ, iam hora fatalis aduentat, quũ repente tanta vis flãmæ & incẽdiorũ emicuit, cum crepitu eruptiõis vehementissimo, vt cœlum ipsum flagrare simul & ruere videreṫ, vt multi præ pauore corruerint, fuligine, fumo, odoreq; sulphureo cũcta cõpleri. Radij igniti subinde erumpentes inter spectatores formidolosos volitare, horũ facies afflatu fœdare, illoru vestimẽta cõburere, fuitq; plenũ horroris cũ voluptate spectaculũ, quod nouissimũ inter nuptiales lusus exhibitũ haud quaq; displicuit nouitate blãdiẽte, quæ semp fere solet esse gratissima, quũ ad noua hoĩes libẽtissime veniãt, ad noua cõcurrãt. Exacta est cœna saltationib⁹ nõ inuenustis, & id genus voluptatis Kalen. Februarijs. Quũ iam absoluta esset ex omni parte festiuitas nuptiarũ, quæ quatriduũ celebratæ fuerũt, hospites tã principes q̃ priuati suas quisq; domos repetere, et in patriã repedare cœperũt, oẽs imbuti hac psuasione, vt Ioannẽ Bentiuolũ magnificẽtissime ornatũ, se vero honorificẽtissime acceptos arbitrarenṫ, crederẽtq; reliquos Italiæ principes facilius Bentiuolorũ nuptias imitaturos q̃ superaturos. Et me Hercules nemo nõ vehemẽter admirari incredibilẽ tot rebus pagendis celeritatẽ, secũ quillbet reputare quãtas facturus fuisset princeps Bentiuolus nuptias, si annuũ tẽpus ad ornamẽta cõparanda habuisset, cui bimestri spacio p brumales dies tãta cõficere licuisset. Ad nuptias celebrãdas hospitiũ citer tria milia cõueniss̃e memoranṫ, qui p hospitia ciuiũ diuisi, pastiq; esculenter cibarijs ex aula Bẽtiuola affatim suppeditatis. Cibus potioq; oĩbus esurijẽtib⁹ ac sitientib⁹ exhibita, illic egestosi tanq; in asylũ cereris ac liberi patris cofluebãt. Tubicines tibicinesq; ex oĩbus Italiæ partib⁹ innũeri affuerũt, timpanistæ, vtricularij, choraulæ, & id gen⁹ ferme oẽs organici, musici vndiq; cõuenerũt, audiuim⁹ petulãtias scurrarũ, fatuitates morionum, vidim⁹ præstigia præstigiatorũ, nec pumiliones defuerũt. Ex hoc omni numero nemo nõ donat⁹ a Bentiuolo principe discessit. Inter multa apparat⁹ nuptialis ornamẽta ornatissim⁹, munificẽtissimusq; fuit ordo architriclinorum, quorũ nemo per tot dies eandẽ vestẽ bis induit, eundẽ cultũ iterauit. Quinimmo singuli singulis diebus mutatoria subinde induebant. Idem q̃ a principibus matronisq; factitatum, munera nuptialia certatim ab omnibus collata. Ciues bononienses publice ac priuatim q̃plurima contulerũt, Alij maiora, alij minora pro facultatibus. Agricolæ ac rusticani omnes pagatim, oppidatimq; cũ donis nuptialib⁹ ad Bentiuolũ principẽ accesserũt.

Principes Italici tam reges ꝯ reguli, legatiq; principum ac dinastæ precio-
sissima quisq; munera attulerūt. Summa accepti haud dubie maxima æsti-
matur, sed summa expensi non mediocris. Per eosdem dies clausæ sunt ta-
bernæ, officinatores feriati, & lætitiæ causa indictum est iusticium, quod
prisci Rhomani in luctu ac periculis indicere solebant. Hactenus nuptia-
lem festiuitatem scribendam esse duximus. Alij minutiora scribant & leui
ora, quæ nos consulto prætermisimus præbitura plus fastidij ꝯ oblecta-
menti lectitantibus. Quod superest deos deasq; omnes rogo & oro, vt con
nubium istud velint esse fœliciſſimum ac fortunatiſſimum, sicut nuptialis
apparatus fuit splendidiſſimus, vtq; nouis maritis annos nestoreos cum
Metelli fœlicirate largiantur.

¶ Eiusdem Endecasyllabon.

Quo tu quo properas recēs libelle?
Extra limina cur cupis vagari?
Intra scrinia cur nequis manere?
Cur limā refugis meumq; cœlum?
Cur optas volitare per tabernas?
Vendi plus minus assib° duobus?
Exi, sed video tibi paratos.
Rōchos rhinocerotas & malignos.
Rugoso aut piperi dabis cucullos.
Aut merces olidas salariorum.
Infœlix gremio teges madenti.
Hæc incommoda si sapis libelle
Vitabis, via nam tibi parata est.
In chalci fugito sinum patroni.
Qui iam suppetias feret clienti.
Qui te præsidio suo fouebit,
Qui doctos amat, excolit, venustat,
Hunc quæras, reuerenter hunc adito,
Huic post legitimam osculationem.
Dices protinus, o decus bonorum.
Te saluere meus iubet poeta.
Et te viuere Nestoris senectam.
Et te principibus diu placere.
Optat, sisq; sui memor precatur.
I iam quo properas recens libelle.

¶ Finis.

¶ Philippi Beroaldi Oratio nuptialis habita Mediolani.

INter multa viri præstantissimi ac matronæ venustissimæ quæ iucū
da & vtilia mortalibus comparata sunt, iucundissimum & vtilissi-
mum est maritale cōiugium, quod homines disiunctos vinculo ar-
tissimo cōiungit, quod familias dissociatas mutua affinitate con-
sociat, qđ necessitudines cōciliat, qđ amicitias religiosas cōparat, qđ do
mos numerosa sobole fœcūdat, qđ vrbes legitimis ciuibus replet, qđ de-
niq; efficit, ne genus humanū tēporis longinquitate depereat, sine quo nul-
la ciuitas, nulla gens, nec ipse (vt ita loquar) mundus cōsistere potest. Vnde
Cecrops nō mediocri laude dignus existimādus est Cecrops ille priscus, qui diphy-
es cognominatus esse ferī, hoc est duplicis geminæq; naturæ. Propterea q̄
primus fœminā mari sacro sancto matrimonio copulauerit, q̄ dono nullū
donum maius excogitari posse cōtenderim, qđ non tam humanū ꝯ diui-
num, cuius nō tam Cecropem ꝯ deū conditorē credere debemus, sicuti &
ecclesiasticū dogma præscribit. Merito itaq; ingeniorū fons Homerus po-
pulos in cœlibatu viuentes Abios appellat quasi vita carētes, & mortali-
um vita sine connubio dimidiata, a luculentis scriptoribus nuncupat tanq;
absoluta ac pfecta vita ex maris fœminæq; societate cōficiat. Et quēadmo
dum laudandi sunt illi qui in ordine maritorū numerari cōcupiscunt, ita illi
vituperandi/qui in cœlibatu viuere pseuerant, iugū coniugale detrectātes.
Quibus vero præconijs quave laudatione celebrari merentur illi veteres
Rhomani, quibus nulli vnq; nec sanctiores, nec bonis exemplis ditiores

extiterũt, qui cœlibes puniebãt, mulctã irrogare ſoliti ſi quis vxorẽ ducere renuiſſet. Taleſq; ſubinde cenſoria nota afficiebantur. Qua quidẽ in re mihi videntur Lycurgi & Platonis leges vtpote diuinitus conditas eſſe imitati, quæ iubẽt eos omnis decore afficiẽdos eſſe, pecuniaq; mulctãdos, qui rei vxoriæ nõ fuerint operati. Namq; e Scitis Lycurgi arcebant cœlibes ab inſpectione ludorũ gymnicorũ, & honore illo priuabant, quo iuuenes ꝓſe qui ſeniores conſueuerũt, & illud in dercyllida a iuuene ſpartano dictũ nemo nõ probat, qui aſſurgere illi noluit, q̃q̃ imꝑatori nõ improbo, neq; cedere ſubſellio verbũ illud ꝓmens dignũ memoratu. Ideo tibi non aſſurgo quoniã neq; tu filiũ qui mihi cederet / genuiſti. Platonicæ vero leges tẽpus coniugale præſcribẽtes, mulctã dicunt illi qui a trigeſimo ætatis anno vſq; ad trigeſimũquintũ vxore ducẽda ſuperſederit. Ariſtoteles quoq; cũ præceptore Platone congruẽs, præcipit in politicis fœminas circiter octauũde cimũ ætatis annũ nubere. Mares vero circiter annũ trigeſimũſextũ vxorẽ ducere debere. Hoc em̃ tpe vtrũq; copulari vigẽtibus corporibus. Cæterũ inter nationes oĩs Rhomani cõiugalia ſacra reuerẽtiſſime coluerunt, & q̃ plurimis cerimonijs ornamẽtiſq; honeſtãda atq; decorãda eſſe cenſuerunt. Hinc illæ quinq; faces in nuptijs adhibebant, quas ex ſpina alba confectas pueri patrimi matrimiq; geſtabant. Quo numero haud dubie ſignificabat quinq; geminos vno mulieris puerperio progigni poſſe, vel q̃ par numer⁹ qui fœmineus eſt, & impar qui maſculus, ſimul copulati progenerãt. Hinc aqua & ignis in nuptialib⁹ ſacris afferebant. Quæ duo elementa vitã mortaliũ maxime continẽt, vt videlicet oſtenderẽt ita virũ fœminamq; diſiunctos ſteriles eſſe ac infœcundos, ſicuti ſine calore humor, ſine humore calor nihil gignere poſſunt. Coniunctos vero vim habere generationis aptiſſimam. Hinc nubẽtes colus compta/ & fuſus cũ ſtamine comitabat, quæ res plane demonſtrabat vxorẽ in domo maritali lanificiũ exercere debere. Vnde & Thalaſſij nomẽ quod lanificiũ ſignificare autumãt, eruditi vſurpabat in nuptijs. Quid in præſentia memorẽ quemadmodũ nouæ nuptæ domũ mariti ingredientes adipe ſuillo, ſiue (vt Maſuri⁹ inquit) lupino poſtes per ungebant. ex quo vxores denominatæ creduntur. Longũ ſane foret ſi cauſas rerum omniũ nuptialiũ ſingulatim recenſere vellemus. Quocirca prudens præteribo, cur limen maritale nouæ nuptæ pedibus non tangebant, cur flammeo luteo caput obnubebãt, cur cingulo nodo herculaneo vincto cingebant, qd' mox in cubiculo maritus diſſoluebat. Illud prætereũdũ nõ eſt farreũ nouæ nuptæ præferri ſolitũ, propterea q̃ nihil religioſius eratvin culo confarreationis, quæ ſolis (vt inquit Boetius) pontificibus conueniebat. Vnde & matrimonia farreacea a communicatione farris nũcuparũt, Quãta veneratione connubia Rhomani ꝓſequerent, hinc maxime dinoſcitur, q̃ complures deos nuptialibus peragendis præeſſe voluerũt. Nam de us iugatiuus nominatus inuocabat, quãdo ſpõſus ſeſe ſponſæ coniũgebat iugũq; pariter maritale ſubibant. Domiducus adhibebat, quãdo ad mariti domũ noua nupta ducebat, cui Cumerũ quod nuptiale vas eſt, præferri mos erat. Deã vero Manturnã adorabãt, vt ſcilicet cum viro vxor iugiter maneret, Q. ſi rixæ iurgiaq; cõiugalia aliquãdo interceſſiſſẽt, in ſacello deæ viriplacæ recõciliabãtur. Deamq; virginẽſem idcirco venerabant, vt virgini çona illa ſolueret, de qua eſt illud Catullianũ. Quod çonã ſoluit diu ligatam. Quinetiã Iunonẽ cognomento cinxiam atq; vnxiam. Deum ſubigum

Ceremoniæ nuptiales.

Thalaſius

Farreum.

Iugatiuus.

Domiducus

Manturna

Viriplaca.

Virginenſis

ꝫ premã atq; partundã aliaq; numina compluſcula in coniugalibus
a dhibuerũt. Adeo matrimoniũ ſacroſanctũ atq; venerabile apud il/
rat, vt id nõ ſubvno deo tutelari, ſed ſub plurimis tutãdũ cuſtodiẽdũq;
erent. Præterea eos qui in maritorũ ordine numerabañ honoratiores
qui vitã cœlibẽ degebãt/eſſe voluerũt. Et olim Quintus Metellus numi
cus in cenſura populũ Rhomanũ hortatus eſt ad vxores ducendas cauſa
berorũ creãdorũ luculẽta quadã oratione, quã dein Auguſtus Cęſar quũ
& ipſe de maritãdis ordinibus ageret, & ad matrimonia capeſſenda quiri
tes hortareť, cõmodiſſime vſurpauit. Et mediuſſidius ſi verũ volumus con
fiteri, adiutoriũ vxoris viro neceſſariũ eſt, Nam quemadmodũ vir foris &
ſub dio negociať, cõparatq; labore ac vigilãtia facultates quæ tectis recõ/
dantur, ita mulier res paratas cuſtodit, & illa oĩa curioſe cõficit, quæ domi
debeãt adminiſtrari. Sic alteri⁹ opa a natura cõparata eſt ad exercitationẽ
forẽſem & extraneã, alteri⁹ ad domeſticã diligentiã. Præterea quid dulci⁹,
quid iucũdius eſſe poteſt patrifamilias intra penates domeſticos ſe recipiẽ/
ti, cꝫ habere matrẽfamilias, cui⁹ tutelæ cũcta domeſtica negocia credat, cũ
qua curas partiať, cui cogitationes intimas, cui paruos liberos tradat, quæ
marito iugi exercitatiõe fatigato ſit requies atq; fomẽtũ. Et quũ nihil in do
mo maritali diuiduũ cõſpici debeat, in cõmuni ambo cõſpirãt cõtubernio
dulciſſimo ꝓfruẽtes. Merito igiť vas electionis Tuba euãgeliꝭ & ſanctarũ
ſcripturarũ armariũ apłus Paulus nuptias vocat honorabiles, et cubile im
maculatũ, Merito honorabiles a nobis hodiernæ nuptiæ appellari poſſũt,
quũ ſpõſus & ſpõſa honoratiſſimi cõſpiciañ, quũ ambo ſplẽdido genere,
clariſcꝫ natalib⁹ orti ſint. Quis emm neſcit familiã Pirouanorum in hac vrbe
eſſe vetuſtiſſimã/generoſiſſimamcꝫ, vtpote quæ olim reb⁹ potita eſſe dicať
quã nõ pauci in ſtudiꝭs ingenuarũ artiũ & potiſſimũ medicinæ illuſtraue/
rũt, in qua non ſolũ litteræ & diſciplinæ liberales, ſed religio & cerimoniæ
floruerũt, quũ ex hac iampridẽ gẽte ꝓdierit vir ſanctitate vitæ clar⁹, diuus
Galdinus, cui⁹ nomẽ & ſãctitudo apud Mediolanẽſes eſt venerabilis. Ve/
rum hac tẽpeſtate genus Pirouanorũ illuſtrať, ornaturq; viro ornatiſſimo
Neogamus Gabriele, cui⁹ Neogami, hoc eſt noui ſponſi nuptias hodierno die nuptiali
oꝛone ꝓſequimur. Eſt emm hic multiꝭugis diſciplinis decorat⁹, Aſtrologiæ
Aſtrologia peritiſſim⁹, philoſophiæ cõſultiſſimus, & in primis medicinæ ſciẽtiſſimus,
quæ vel ſingulæ ingenuæ artes quẽuis hominẽ poſſẽt illuſtrare. Aſtrologia
ꝓfilosophia emm ab rerũ terrenarũ contẽplatu mentes nr̃as euocat ad ſpectãda cœleſtia
ad curſus ſyderꝫ/ſtatus penſitãdos, ad ſuperas ſedes noſcitãdas, hæc efficit
vt homines parũ a diꝭs diſtare videañ. Philoſophia q̃ mater artiũ appella
Medicina tur, dux eſt vitæ mortaliũ, animorum morbis medetur, rerum cauſas ſoler/
ter inqrit, & diuinæ maieſtatis arcana rimať, qđ fœliciſſimũ exiſtimat Mã
tuanus vates. Medicina vero qua nulla ars fructuoſior eſſe ferť, ſalutẽ de/
ploratis reſtituit, morbos expellit, afflicta recreat, languẽtia corroborat, &
cũ morte ipſa ſubinde colluctať. Has tãtas/ tamcꝫ preclaras nuperi ſponſi
virtutes exornant ſuauiſſimi mores, ſũma comitas, dexteritas, affabilitas,
quæ res illum haud dubie fecerũt apud Mediolanẽſes omnis fauorabilem,
apud illuſtriſſimos principes gratioſum, in ſumma charus eſt omnib⁹. inui
ſus nemini, omniũ beniuolentiã genuina quadã ꝓbitate demeretur. Cuius
cõſobrinũ eſſe nõ pœnitet magnificũ ac circũſpectiſſimũ virum Bartholo/
mæum chalcũ, de cuius eximiꝭs dotibus ac ꝓbatiſſimis morib⁹ abunde iu/

dicauerunt illuſtriſſimi principes Mediolanēſes,qui eum archigrāmateum hoc eſt principē ſcribarū ex omnibus vnū delegerunt,quem omniū arcano rū participē ac cōſiliariū eſſe voluerūt,ſed hæc obiter pauca de multis. Cæterum quemadmodū ſponſi familia generoſa eſt, ita ſponſæ genus illuſtre & peruetuſtū eſſe creditur,In quo multi in toga,multi in re militari excellētes extiterūt,qui ſuis ipſi virtutib⁹ apud vos cognitiſſimi ſunt,ita vt noſtra laudatione nō egeant.Ipſa vero ſponſa oībus quæcūq; in matronā cadunt dotibus prædita familiæ eſt ornamēto,ingenui mores,matronaliſq; venuſtas fœminā condecorāt.Et quū quattuor ſint quæ in ſponſis quærant̄,Forma,probitas,nobilitas,dos,hæc formoſa,hæc proba,hæc nobilis, hęc dota eſt,q̄uis ipſa non illam ſibi dotem ducat eſſe quæ dos dicit̄,ſed pudicitiā & pudorem,& ſedatū cupidinē, Deorū metū,parētum amorē,& cognatū concordiā.Qualis dos probat̄,& expetit̄ in primis ab Alcumena plautina Deniq; vt ſemel finiā,probata ꝓbatiſſimo,modeſta modeſtiſſimo,laudata laudatiſſimo nubit,quorū cōnubiū ſicuti compar eſt/beneq; conueniēs,ita dñs faxint ſit fœlix,fauſtum,atq; fortunatū,vt diutiſſime viuāt vitā concordiſſimā/iucūdiſſimāq;,& vt dulces natos ſuſcipiāt, & ex natis dulciſſimos nepotulos aſpiciant,quorū luſibus oblectent̄,quorū blandiciis refoueātur quorū fortunis ac fœlicitatibus condecorent̄.Sed iam tēpus eſt vt formulā a maioribus inſtitutā vſurpemus,& vernacula lingua loquētes prefatione religioſa ſponſum ac ſponſam ita interrogemus.

Quattuor dotes mieruſ

¶Ad magnificū Minum Roſcium Senatorē Bononienſem Philippi Beroaldi Bononienſis Epiſtola.

IOannes Boccatius homo in lingua vernacula diſertiſſim⁹,centū fabuloſas hiſtorias ſtilo elegātiſſimo cōpoſuit,ex quib⁹ duas nos potiſſimū excerpſim⁹, eaſq; in latinū ſermonē nuper exercēdi ingenij cauſa trāſtulim⁹.Nā quēadmodū maiores noſtri ex græco ī latinū, & ex latino vtere in græcū,optimū eſſe iudicabāt,id q̄d in primis.L. Graſſus et.M.Cicero factitaſſe tradunt̄,ita nobis cōducibile viſum eſt ex vernaculo/vulgatoq; ſermone aliquid Mythicon,hiſtoriconq; conuertere in rhomanam linguam,ex qua cōuerſione ingenium mediuſſidius vegetatur,eloquutio expolit̄,Supellex verborū optimorū copioſiſſima comparat̄.In hac aūt interpretatiōe fateor me nō vbiq; verbū e verbo,ſed ſenſum expreſſiſſe de ſenſu,quædā prætermiſiſſe/nōnulla addidiſſe.Eaten⁹ vt decotē in trāſlatione pro virili parte cōſeruaremus.Et hoc fecimus ſequuti Horacij præceptum,ita præcipiētis in arte poetica. Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.Quod etiam faciendū docet diuus Hieronymus ſcribens de optimo genere interpretandi.Accipe ergo vir præſtantiſſime,& in ſtudiis humanitatis,litteriſq; noſtris politiſſime opuſculum a Philippo tuo concinnatum,De alieno effigiatū,de alieno noſtrū, quod legas quæſo quū fueris ocioſus,quū animū a Senatorijs muneribus, publiciſq; negocijs pauliſper recreare decreueris,quū te in bibliothecā tuam quæ te ſingulari eruditione decorauit/recondideris. Tunc em̄ animus exuendus eſt curis grauioribus, demulcēdus litteris amœnioribus,et refouēdus voluptatibus hylarioribus Tunc haſce nugas poteris in manus ſumere,poteris inſpicere,et tuo polito limatoq; iudicio pēſitare. Nunquid ad floſculos Boccatij in ſuo genuinoq; ſermone prænitētes aſpirare potuerint noſtra iſtæc latina interpretamenta,

quæ tibi peculiariter dicaui, propterea ꝙ veri amoris, veræq; amicitiæ testimonia sunt locupletissima, quicqd id est boni/cõsule, & me vti soles ama.

QVo tẽpore Octauius Cæsar nõdum cognominatus augustus in triumuiratu rhomanũ regebat imperiũ, Fuit rhomæ. P. Qu. Fuuius homo patricia ac nobilis, qui filium nomine Titum, qui Fuuiũ iuuenẽ singulari ingenio ꝓditũ athenas misit/vt philosophiæ studijs erudiret, eũq; etiã atq; etiã cõmendauit Chremeti viro nobili amico vetustissimo, qui Titũ hospitio suscipiẽs, voluit vt in cõtubernio filij Gisippi familiariter educaret, & vtrũq; Aristipo id temporis philosopho illustrissimo tradidit erudiẽdum, vt hisdem pariter doctrinis imbuerent. Quũ itaq; ambo iuuenes vitam degerent cõmunem, tanta similitudo morum repente apparuit, vt summa germanitas/summaq; beniuolẽtia inter ipsos coaluerit, adeo vt vix morte potuerit dissociari, simul ambo philosophiæ studijs incumbere, ad fastigiũ diuini dogmatis astendere, ambo excellẽtissimi ingenij dotibus pares existere, qui talem vitam duxere circiter trienniũ maxima cum voluptate Chremetis, is vtrũq; pio amore prosequẽs, nec in filiũ q; in Titũ propẽsior, quũ iam esset senio confectus/e vita migrauit, Cuius obitum tanq; cõmunis parentis Titus atq; Gisippus peræque defleueruut & pari lamẽtatiõe ꝓsecuti sunt, adeo vt nec ipsius Chremetis familiares ac cognati satis dignoscere possent, vter eorum iuuenũ magis cõsolandus foret. Post aliquot menses amici necessarijq; gisippi hominẽ cõueniunt, & ad vxorem ducendã pariter hortãtur/puellam se reperisse dictitãtes, ciuem attica incredibili formositate cõspicuã, & generosissima gente ꝓcreatã, Cui Sophroniæ nomẽ erat, & id tpis quintũdecimũ agebat ætatis annũ. Horũ votis gisippus vtpote iuuenili ardore calescẽs libẽter annuit. Iamq; appetebat tẽpus nuptiarũ, quũ spõsus vna cũ Tito ad sponsam visendã ꝓficiscit, iam ambo intra ædes sponsę penetrauerãt, iam inter Gisippũ Sophroniãq; facetissimi sermones serebant, quũ Titus q̃si elegãs spectator fœmineæ formositatis adhibit⁹ cœpit curiosis oculis cuncta ꝓspicere, & singula Sophroniæ mẽbra callẽter pẽsitare, quæ quũ mirandũ in modũ tota cõplacuissent, ipse secũ illã speciosissimæ puellæ venustatẽ, illud decus, illã exuperatissimã pulchritudinẽ, subinde memoria repetẽs tanto amoris incẽdio cœpit æstuare, q̃nto nullus priscis tpibus amator cõflagrauerat. Quũ itaq; domũ repedassent, Tit⁹ intra cubiculũ solus sup Sophronia cogitare, Sophroniã intueri, Sophroniæ nomẽ identidẽ noĩare, tãto magis ardescẽs/q̃nto magis in ea cogitatiõe ꝟsabat, tãdẽ post multiplices curas, crebraq; suspiria ita secũ lamentari exorsus est. Heu te miser, heu erũnosam vitã tuã Tite, Vbi anim⁹, vbi amor, vbi spes tuæ collocant? Nõne vides, nõne sentis hãc tibi virginẽ in ea veneratiõe esse habẽdã qua sororẽ? Hoc exigit munificẽtia & benignitas in te a Chremete collata, hoc exposcit fida/vetusq; amicicia, quæ tibi cũ Gisippo ex huiusce adolescẽtulæ sponso. Quid igit cõcupiscis? quo te a fraudulento cupidine præcipitẽ/trahi sinis? quo a spe blandiente. Reclude aliqñ oculos animi/& temetip̃m infœlix recognosce, obtẽpera rõni/& cohibe illicibilẽ appetitũ. Moderare cupiditates insanas, et aliorsum cogitatiões tuas cõuertito, principijs obsta, & vince teip̃m dũ tps adest, dum dat occasio Istud qđ tu tãtopere affectas, turpe flagitiosum indecorũ est, Istud qđ assequi moliris abs te in primis fugiendũ, si id qđ vera amicicia exposcit, & q̃d teipsum decet/intueri velis. Quidnã igitur tibi Tite factitandũ est? amoris

mediuſſidius illicitus,illaudabiliſq; relinquendus,alioquin inter fidos amicos perfidioſiſſimus iudicabere. Dein quū Sophroniæ reminiſcereť,mutato cōſilio,cūcta quæ dixerat retexens,ſic ſecū ſolus ſermocinabať.Maiores ſunt profecto vires legis cupidineæ,maiorq; potentia q; legū reliquarū. Leges cupidinis frangūt,diſſipantq; nō ſolū leges amiciciæ,ver; quod maius eſt diuinas.Quoties impellente cupidine pater filiū adamauit,frater ſororē nouerca priuignū,quę haud dubie ſunt maiora portenta q; ſi amicus amici vxorem ardenter amet,id quod iam ſexcēties factitatum. Huc adde q ego ſum iuuenis,& iuuēta in primis obnoxia eſt legibus cupidineis. Quod igiť amori placet,mihi quoq; placeat neceſſe eſt,honeſta ſenioribus cōueniunt. Ego id velle cogor/quod amor iubet.Formoſitas huius virgūculæ tāta eſt vt ab omnib⁹ amari mereaťEt quis me merito poterit obiurgare?ſi iuueni li ætate caleſcens tam decorā,tam venuſtam iuuenculam,tamq; amabilem adamauero,quæ a me nō propterea amať,q griſippo deſponſata ſit,immo eam amo,libētiuſq; amarem ſi alteri denupſiſſet. In hoc fortuna obiurgari meretur quæ ſophroniā amico meo griſippo potius q; alteri habendā tradidit. Q; ſi pūella ob incōparabilē formoſitatē meretur amari,ſicut Hercules mereť,debet æquiore animo ferre griſippus,ſi neſciuerit eā mihi eſſe potiſſimū cordi,nō alteri. Hæc & id genus multa ſecum Titus ipſe volutabat animo,qui nutabundus in partes varias diſtrahebať.Itaq; maximo curarum æſtu fluctuans,non ſolū diem illū,noctēq; quæ ſubſecuta eſt/ſuſpirādo conſumpſit,ſed & alias cōpluſculas,adeo vt nec cibū caperet,nec ſomno indulgeret. In lectuloq; prę nimia viriū imbecillitate decūberet, Griſippus vtpote qui Titū iāpridē viderat ſollicitudinibus anxiū,& nūc eundē videbat ęgrotantē,maximo dolore afficiť,omniq; adhibito ſtudio ac diligētia nuſq; ab ipſius latere diſcedēs,hoīem ſæpiſſime conſolať,ſubinde cauſam exquirens & curarū/& ægrotationis.Cæterū titus qui reſpōſiones fallacioſas hactenus cōmentus fuerat ad griſippū aſtu decipiendū. Tandē ſuſpirās ac lachrymabundus. Griſippe inquit ſi dīs placuiſſet,mihi erat mors iādudū vita iucundior cogitāti a fortuna me eo eſſe deductum, vt mihi virtutis meæ periculū faciendū fuerit,quā appetitionibus dominantib⁹ nō ſine maximo meo dedecore ſuccubuiſſe cognoſco . Itaq; præſtolor mortē quæ mihi ſit futura ſuauior turpi vita atq; famoſa.Iā em tibi cūcta denarrabo,iā ex me pudibū do cuncta cognoſces.Quū apud te nihil occulere,nihil diſſimulare nec poſſim nec debeam,nec velim.Et ab initio rerū exorſus detexit Scænā curarū ſuarū.Et quēadmodū ſecum acerrime contendiſſent,hinc amor,hinc honeſtas,hinc dedecus,illinc decorum,et vt tandē animus vndiq; vexatus imperioſo amori ſuccubuiſſet.Deniq; ediſſerit quēadmodū ſophroniā efflictim deperiret,aſſerēs ſe amor⁊ſordidiſſimi,flagitioſiſſimiq; pœnas morte luere conſtituiſſe,ad eāq; citiſſime ſe puentur;.Hoc audito griſippus pauliſp hæſitabūdus,vtpote ſophroniæ cupitor,Dein ſecū ipſe incūctanter decreuit vitam amici anteponendam eſſe virgunculæ,& lachrymis Titi opido cōmotus,ipſe quoq; plorabundus ſic infit,Tite niſi cōſolatione indigeres,ego te apud teipm expoſtularē tanq; amicitiæ noſtræ præuaricatorē,qui tādiu tuos acerbiſſimos affectus mihi ignotos eſſe voluiſti. Quod ſi tibi iſtud inhoneſtum ac indecorū videbať. Scito inhoneſta nō ſecus q; honeſta cū amico eſſe cōmunicāda.Nā qui verus amicus eſt,quantū ex honeſtis amici rebus capit voluptatis,tantū a flagitioſis ac turpibus amici animū abducere co/

natur. Sed in præsentiarū his posthabitis, propiora discutiamus. Si tu spon sam meā Sophroniā ardenter amas, nihil equidē admiror/valde admiraturus, si abs te secus fieret cognita puellę formositate, & animi tui generosita te perspecta, qui tanto est ad passiones amoris subeundas accōmodatior, quāto res cōcupita fuerit excellētior. Et quāto æquius sophroniā amas, tanto iniquius de fortuna cōquereris. Dum tibi videt eā abs te honestius amari potuisse, si alteri potius q̄ mihi denupsisset. Verū si tu prudēs ac circūspectus es/prout esse cōsueuisti, profecto cognoscere debes te plurimū debere fortunæ, quæ Sophroniā mihi q̄ alteri fouendā dare maluerit, Etem̄ quiuis alius maritus suorum potius q̄ tuorū amorum rōnem habendā esse duxisset. Quod minime cadit in meos mores, si me tam tibi / q̄ qui maxime sit, amicum esse credis. Cuius tei argumentū vel hoc sit q̄ ego posteaq̄ sumus inter nos amicicia copulati, nihil habuisse me memini quod non tibi q̄q̄ cōmune foret. Quinetiam hæc res nisi in eum locum adducta esset, vt reuocari nō posset, id in præsentia quoq̄ facerem, qđ reliquis in rebus a me semp antehac est factitatum. Sed quum sophronia in ea sit adhuc apud me conditione, vt tua effici possit, tua mediusfidius per me efficiet. Quū nō videā in quo tu beniuolentiā meam debeas magnifacere, nisi ego quoq̄ nouero tibi morem gerere, & gratificari in eo potissimū quod honeste fieri potest, Non inficior sophroniā mihi esse desponsatā, & a me vehemēter amari, cuius nuptias cupidissime præstolabar. Sed quoniā tu vtpote meipso curiosior rem tam desiderabilē incredibili desiderio desideras. Viuito lætus/& esto securus, propterea q̄ sophronia nō mihi/sed tibi nubet, & in meū thalamū tua futura cōiunx deducetur. Proin exuito curas, desine tristitudinem/ & pristina valitudine recuperata/gaudebūdus temetipsum cōsolare. Et animo defecato operitor fructus amoris tui suauissimos longe amore meo præstantioris. Titus quantū voluptatis capiebat ex hoc gisippi sermone pleno spei blandientis, tantū verecundia afficiebat/ostentante quo maior erat gisippi liberalitas, eo maiorem suam ipsius fore ad eam vsurpandam procacitatē. Quāobrem quum lachrymas cohibere non posset/ita respondit. Tua gisippe liberalis ingenuaq̄ amicicia apertissime ostēdit, q̄d me quoq̄ in mea facere deceat. Itaq̄ hinc deus auertat, vt ego illam vnq̄ abs te recipiā in vxorem/quā tibi tanq̄ digniori fortuna cōcessit. Quæ si nouisset hanc mihi conuenire, neq̄ tibi/neq̄ alteri eam tradidisset. Vtere igitur lætꝰ sorte tua. Vtere fortunæ dono, meq̄ sinito quæso inter iuges lachrymas tabescere, quas mihi vtpote homini tanta cōmoda non merenti fortuna parauit, Quæ Hercules lachrymæ aut a me separabuntur, id quod erit tibi periucundum, aut me separabunt, & ego hoc gliscente indies cruciatu liberabor. Ad hæc Gisippus. Tite inquit si a beniuolētia nostra tantum impetrare possum, vt tu meæ volūtati obsequaris, & si ab eadem tibi persuaderi potest/ vt obsequi nō nolis, hoc illud est in quo potissimum decreui ipsius amiciciæ beneficio vti. Et si precibus meis non reluctaberis, efficiam vt tu sophronia potiaris, eamq̄ vim adhibebo qua in amici bonis vti debemus. Noui quantæ sint cupidinis vires, qui non semel / sed sæpissime amantes perduxit ad obitus miserabiles. Et talibus te amoris pedicis illaqueatum esse sentio, vt neq̄ regredi possis, neq̄ lachrymas vlla ratione cohibitas moderari. Tibi ꝟo impatibiles cupidinis vredines perferre nequeunti, atq̄ ob idipsum obeūti superstes plane esse nolim, teq̄ ocissime subsequar. Quocirca & si nulla alia

inter nos cauſa eſſet mutuæ beniuolentiæ,tamẽ cupio te viuere, vt ipſe q̊q̄ viuã,ſcitoq̄ vitã tuam vel ob hoc mihi eſſe iucundiſſimã.Igitur erit tua Sophronia,quũ haud facile aliam reperire queas quę tihi tantopere placitura ſit,Et ego amorem meũ non ſane difficulter in alteram tranſferens, & tibi & mihi ſatiſſecero, cui negocio obeundo fortaſſis nõ ſic propenſus forem, ſi tam raro/tamq̄ difficulter vxores reperirent̃,q̄rara/ q̄q̄ difficulter amici veri reperiũtur.Ideoq̄ quum ego poſſim facillime vxorem alteram inuenire,amicum vero alterum difficillime.Malo vxorem amittere q̄ amicum Immo nec vxoris iacturam patiar/ſi eam tibi cõceſſero,ſed ex bona in meliorem fortunam eam trãſtuliſſe,neq̄ amicũ perdidiſſe exiſtimabor. Proin ſi quid apud te pollẽt preces meæ,te rogo/quæſoq̄ vt hac ægritudine depoſita,te meq̄ ſimul cõſoleris.Et optima ſpe fretus conſtituas eam capere voluptatem,quã tuus feruẽtiſſimus amor exoptat,Titus partim pudore ſuffuſus/q̄ indecorum eſſe exiſtimaret/vt ipſi Sophronia deſponſaretur,partim ſtimulante cupidine & hortamentis Giſippi vigoratus ſic loquitur. Nutabundus ſum Giſippe & incertus,vtrum magis tuo an meo deſiderio obſequar,vtrum id facere debeam quod tibi tantopere roganti placiturum eſſe confirmas.Et quoniam tua erga me benignitas eſt/vt meam exuperet verecundiam,id efficiam quod rogas,Tibiq̄ ſit exploratiſſimum me tibi nõ ſolum optatiſſimam ſpõſam,ſed ipſam vitam acceptam referre. Dij faxint vt ego olim partim in fortunis tuis amplificandis,partim in honoribus cumulandis poſſim tibi oſtendere meam erga te beniuolentiã & fidem,& tu cognoſcere queas q̄ mihi gratũ fuerit hoc tuũ in me ſingulare beneficiũ,in quo tu meipſo/erga meipſum miſericordior extitiſti. Ad hæc Giſippus, Tite inquit vt hoc negocium adamuſſim peragatur,mihi ita agendum videt. Optime noſti quemadmodũ mihi Sophronia poſt diutinas meorũ neceſſariorum cõſultationes fuerit deſponſata.Ideoq̄ ſi nũc eam vxorem repudiauero,pturbatio me Hercules maxima & tumultus exorietur inter vtriuſq̄ conſanguineos,neq̄ ego id magnifacerem,ſi vel ſic ipſa tibi vxor traderetur,ſed vereor ne ſi hoc pacto res agatur,cognati eam alteri ſtatim deſpondeant,amboq̄ puella cupita ſimus viduati. Quocirca mihi videtur,ſi modo tibi idem videat̃,vt ego in id incumbã/ quod iampridẽ inchoaui,hoc eſt vt Sophroniã tanq̄ vxorem meã domũ ducam,& nuptias ſponſali ritu cõficiam.Tu dein furtim ſicuti cõmodiſſime inter nos cõcinnabimus,cum illa perinde atq̄ cũ vxore tua concumbes.Mox vbi viſum fuerit tempeſtiuũ rem oẽm patefaciemus.Quod ſi a cognatis non improbabit̃,bene erit. Sin minus,tu tñ voluptati tuæ ſatiſſeceris.Et quũ id quod factũ eſt fieri infectũ nõ poſſit,neceſſum erit vt illi velint nolint/rẽ ipſam approbare cogant̃.Placuit tito tale cõmentũ.Quapropter giſippus Sophroniã perinde ac cõiugẽ ſuã domũ ducit/iã tito incolumi & ex ęgrotatione cõfirmato,Celebratiſq̄ nuptijs quũ iã adueſperauiſſet Matronæ paranymphæ nouã nuptã in thoro geniali collocãtes cubiculo propere faceſſunt.Erat thalamus Titi cũ Giſippi thalamo cõiunctus,et aditus inter vtrũq̄ erat peruius. Itaq̄ giſippus luminib⁹ diſſimulanter extinctis clanculũ Titum adit,eũq̄ admonet vt cũ vxore ſua cubitũ eat. Quo audito Titus pudore ſuffuſus voluit ab incepto deſiſtere. Sed Giſippus qui nõ minus re q̄ verbis ꝓpenſus erat ad explẽda Titi deſideria,poſt diutinã diſceptationẽ tandẽ hoiem intra cubiculum ingredi cogit,qui quũ primum lectum genialem cõſcendiſſet,nouã nuptam

familiariter interrogat, an ipſius vxor eſſe velit. Puella exiſtimãs illum eſſe Giſippum, ſe velle reſpõdet. Tunc Titus Sophroniæ digito anulũ pronubum induit faberrime factum ac luculentum. Eamq; his verbis affatur, & ego volo tuus eſſe maritus. Inde quum veneri coniugali ambo operarent incredibili voluptate afficiũtur, neq; vnq; Sophronia ſatis diſplicere potuit nõ giſippum eſſe, ſed Titum qui ſecum ſingulis noctibus concumberet. Quum hoc pacto procederet Titi Sophroniæq; coniugium, moritur Rhomæ publius Titi pater, extẽploq; ad illum litteræ afferuntur, quibus admonetur vt ſine cũctatione Rhomã remigraret, ad res ſuas omnes componẽdas. Quo accepto deſtinat Titus ſecum ducere Sophroniã, remq; cum giſippo cõmunicat. Hoc autem nõ facile, nec ſatis cõmode fieri poterat, niſi Sophroniæ prius rem omnem detexiſſet. Quapropter illam in cubiculum introductã de rebus omnibus prout traſactæ fuiſſent, ambo cõmonefaciunt, validiſſimiſq; argumẽtis Titus cuncta confirmat. Tunc Sophronia cũ toruo obtutu vtrũq; cõſpiceret, paulum indignabũda, prupit lachrymas, & vbertim flens, dolum in ſe giſippi deteſtatur. Et mox nullo ſuper hac re emiſſo verbo, domum paternam repetens, parentibus cuncta denarrat, et quemadmodũ ipſi ambo fraude giſippi fuerint circũuenti, ſeq; non giſippi (vt opinabãtur) ſed Titi coniugem eſſe. Hoc patri acerbum, indignum, cõtumelioſum videri, ipſe cum ſuis giſippiq; affinibus ſup hac re dolenter cõqueri, hinc contentiones rixæq; inter vtroſq; non modice fieri. Inuiſus erat iam Giſippus nõ ſolum ſophroniæ neceſſarijs, ſed etiam ſuis omnes aſſerere eũ nõ ſolũ reprehenſione, ſed atroci punitione eſſe digniſſimũ, Giſippũ rem ſe honeſtiſſimã feciſſe cõtẽdere, ob quã Sophroniæ cõſãguinei ſibi gratas gratias meminiſſe deberẽt, quũ illa meliori generoſioriq; nupſiſſet. Titus hæc omnia intelligens, maxima anxietate afficiebatur. Idem cognoſcebat morẽ peculiarẽ eſſe græcorũ, vt tantiſper vociferationibꝰ minaſq; contendant, donec aliqui reperiantᵉ qui fidenter ac viriliter cõgrediantᵉ, tũc nõ ſolũ illos meticuloſos, ſed viliſſimos ſiertiſſimoſq; exiſtere. Itaq; exiſtimãs illorũ cõtumelias atq; cõuitia nõ vlterius eſſe tolerãda, animo Rhomano præditus, & prudẽtia attica decoratꝰ, cognatos Giſippi atq; Sophroniæ in vnũ oẽs cõuocat, quo in cœtu ipſe ſolo giſippo comitatꝰ ita diſſeruit. Opinantᵉ cõplures philoſophi oẽs oĩm mortaliũ actiones deorũ immortaliũ prouidentia fieri atq; gubernari. Ideoq; affirmãt quicquid a nobis fiat, id omne fato & neceſſitate fieri. Alij vero autumãt hãc neceſſitatẽ fato eſſe attribuẽdã. Quæ philoſophorũ opiniones ſi diligẽter penſitatæ fuerint, ſatis aperte demõſtrabitᵉ eos prudẽtiores dijs immortalibus videri velle, qui volũt illa refellere, quæ neq; corrigi poſſũt neq; mutari. Enimuero credere debemus ab ipſis dijs optima rõne errore nullo nos noſtraq; regi ac gubernari. Eſt eĩ mediuſfidius ſtulta ac beluina temeritas, velle reprehendere deorũ operationes. Et artiſſimis illi catenis vinciendi plane ſũt, q impudẽtiſſima pcacitate ad fata deorũ criminãda p̃cipitãter ruũt, inter q̃s (ſicut ego ſentio) vos eſtis annumerãdi, ſi vera ſũt illa quæ audio, vos iãpridẽ dixiſſe & q̃tidie dictitare. Culpatis eĩ vehemẽtiſſime q; ſophronia mihi nupſerit, quam vos Giſippo deſpõderatis. Enimuero cõſiderãdũ vobis fuit & curioſiſſime pẽſitãdũ, quẽadmodũ fata a principio cõſtituerãt, vt ſophronia nõ Giſippo, ſed mihi in matrimonium collocaretur, ſicut ipſa res in præſenti apertiſſime oſtendit. Cæterũ quia multis anceps & difficillimum videtur loqui de

diuina ꝓuidẽtia aſſerẽtib⁹ deos nullã agere curã rerũ humanarꝝ, mihi pla-
cet deſcẽdere ad hoim cõſultatiões. Vnde ſuꝑ his reb⁹ ſermocinatur⁹ duo
efficiã neceſſe eſt/morib⁹ meis minime cõgruẽtia, Vnũ eſt, vt me ipſe lau-
dem & oſtentẽ, Alterũ vt alios vitũꝑatione cõſecter. Verũ id faciã mode-
ſtiſſime, hoc eſt quaten⁹ cauſa ipſa exigere videbit, neqꝫ digitũ (vt dicitur)
trãſuerſum ab ipſa veritate diſcedã. Veſtræ cõtumeliæ furore magis qꝫ ra-
tione ſtimulatæ atrociſſimis criminationib⁹ vituperãt, lacerãt, inſectãturqꝫ
Giſippũ, ꝓpterea q ea mihi vxorẽ ſuopte cõſilio tradidit, quã vos illi veſtra
ſentẽtia cõceſſeratis. In qua re ego exiſtimo Giſippũ eſſe laudãdũ, idqꝫ plu-
rib⁹ argumẽtis cõfirmabim⁹. Prio fecit Giſipp⁹ id qđ amicũ ꝓ amiciſſimo
facere decet. Deinde ipſi⁹ factũ prudẽtius cõſultiuſqꝫ qꝫ veſtrũ iudicamus.
Mitto in præſenti enarrare quod ſanctiſſimæ leges amicitiæ præcipiãt, qđ
moneãt ab amico in amici cauſa eſſe factitandũ. Hoc ſolũ dixiſſe, cõtentus
ſum, q vinculum amicitiæ artius validiuſqꝫ humanos animos connectit qꝫ
ius cõſanguinitatis, qm̃ amicos eos habemus quos ipſi diligimus. Affines
vero & neceſſarios fortuna & caſus aſſignat. Proinde nemo veſtrũ debet
admirari ſi Giſippus qui mihi eſt intima familiaritate copulatus, pluris
fecit vitã meã qꝫ veſtrũ oim beniuolẽtiã. Sed iam ſecũdũ argumẽtũ explice-
mus, quo demõſtrãdũ eſt Giſippũ vobis fuiſſe prudẽtiorẽ, quũ de deorum
prouidẽtia vos vt mihi videt nihil prorſus intelligatis, & multo minus cal-
leatis quid efficere poſſit amicitia. Dicim⁹ itaqꝫ q veſtra cõſideratio, veſtræ
ſolertia, veſtrũqꝫ cõſiliũ deſpõderãt Sophroniã Giſippo, qui & iuuenis eſt
& philoſoph⁹. At Giſippus eã tradidit mihi iuueni pariter & philoſopho.
Vos eã vxorẽ dediſtis homini attico, Giſippus homini rhomano. Vos ſpõ
ſo generoſo, Giſippus generoſiſſimo. Vos diuiti, Giſippus ditiſſimo. Vos
iuueni Sophroniã deſpõdiſtis, illã nõ ſolũ amãti, ſed pene faſtidiẽti, Giſip-
pus iuueni qui eã ſupra ſuas fortunas omnes amabat, quæ illi erat ipſa vi-
ta iucũdior. Q autẽ veriſſima ſint cuncta quæ dicimus, qꝫ Giſippi factũ
magis ſit laudabile qꝫ id quod vos factitaſtis, ſingula ſingillatim penſiten-
tur. Me iuuenẽ eſſe & philoſophũ ſicut ipſe Giſippus eſt, habitudo mea &
ſtudiũ ſine longa ſermocinatione oſtẽdere poſſũt. Eadẽ eſt mea & Giſippi
ætas. In ſtudijs litterarũ ambo pari ſemꝑ gradu pariqꝫ volũtate ꝓfecimus.
Hoc vero inficiari nec volo nec poſſũ, illũ atheniẽſem, me eſſe rhomanũ, qꝫ
ſi de patriæ nobilitate & gloria diſputandũ eſt, dicã liberæ ciuitatis me eſſe
ciuem, Giſippi vero patriã eſſe vectigalẽ ac ſtipẽdiariã. Dicam me in ea na-
tum eſſe vrbe quæ toti terrarũ orbe dominet, illum in ea quæ patriæ meæ
obſequatur. Dicã illi⁹ vrbis me eſſe alumnũ quæ armis imperio & ſtudijs
litrerarũ ſit florẽtiſſima, quũ Giſippi patria ſolis litteris cẽſeat. Præterea qꝫ
uis vos hic me ſcholaſticũ eſſe deſpectiſſimũ ſordidũqꝫ exiſtimetis, nõ ſum
ꝓpterea generat⁹ ex fœce populari imaqꝫ plæbecula. Aedes meæ in vrbe
rhoma illuſtriſſimæ refertiſſimæq ſũt vetuſtiſſimis maiorũ meorũ imagi-
nib⁹. Et annales maximi ſcatẽt titulis triũphorꝝ, qꝝs ꝓaui mei egerũt in capi
toliũ, neqꝫ imꝑ ſẽtiarꝝ glia nr̃i noĩs extincta lãgueſcit, ſed indies magis ma-
giſqꝫ iuueneſcit. Omitto præ pudore enumerare diuitias meas luculẽtas,
quũ animo meo infixũ ſit honeſtã pauptatẽ vetus eſſe copioſũqꝫ patrimo-
niũ nobiliũ ciuiũ rhomanorũ, q ſi paupertas apđ vulg⁹ ignobile probroſa
iudicat, ſed diuitiæ in honore ac precio habentur. Ego poſſideo opes am-
pliſſimas, vtpote fortunæ alumnus. Non me præterit vobis affinẽ charum

fuisse & esse debuisse Gisippū, sed nō ego minus vobis charꝰ esse debeo, si cogitaueritis rhome me vestrū futurū hospitē frugi ac diligentē, & in rebꝰ tam publicis q̄ priuatis optimū strenuissimūq; patronū. Quis igit posthabito appetitu, & adhibita rōne, cōsilia vestra Gisippi mei cōsilijs anteponet? pfecto nullꝰ. Est ergo Sophronia bene nupta Tito Quintio Fuluio nobilissimo, antiquissimo, locupletissimo ciui Rhomano, Gisippiq; amicissimo. Quapropter quisquis ob id dolet atq; ingemiscit, nō id facit quod eū facere æquum est, & quid faciat, nescit. Erunt fortasse nōnulli qui dicēt Sophroniā nō tantū ob id indignari q̄ Titi sit effecta, quantum dolere, ac lamentari sup fraude ac dolo, quo maritum Titum sortita sit, q̄ clāculum & furtim nullo amicorum conscio, omnibus consanguineis ignorātibus Tito denupserit. At qui hoc neq; mirandum est, neq; nouum inauditumq; cō tingit. Prætermitto illas quæ inuitissimis patribus, ac reluctantibus maritos sibijpsæ repererūt. Prætereo eas quæ amatores suos sequutæ larē familiarem, ac ipsos parentes deseruerūt, & ante concubinæ fuere, q̄ nuptæ. Prætermitto illas quoq; quæ priꝰ pregnatione & fœtu q̄ verbo & ore matrimonia sua impudica detexerunt. In quibus necessitate id euenit quod in Sophronia non accidit. Immo ordine & ritu nuptiali solerter & sancte eā Tito Gisippus vxorem in legittimum matrimonium collocauit. Scio nonnullos futuros qui querātur Gisippum maritasse Sophroniam id quod ad ipsum minime pertinebat, stultæ profecto tales sunt cōquestiones atq; fœmineæ, & a nulla prudētia prouenientes. Nonne hoc tempore fortuna vtitur varijs nouisq; consilijs? Nonne instrumentis multiplicibus res deducit ad exitus constitutos? Quid ad me si sutor potius q̄ philosophus, negocium meum optime confecerit, idq; vel clam vel palam factitauerit, dummodo finis sit ipse probandus, meum est opus prouidere, ne deinceps sutor, maxime si imprudēs est, possit meis se rebus ingerere, sed pro eo qđ fecit, gratias illi agere debeo. Similiter si Gisippus Sophroniam mihi desponsauit vobis nescientibus, stulticia superuacanea est, ob id conqueri & indignari quod conducibiliter factum est. Si diffiditis Gisippi prudētiæ, in posterum prouidete, ne ipse eādem amplius maritādi habeat facultatem. Et pro eo quod fecit homini gratias agite. Cæterum hoc in primis scire debetis, me neq; per fraudes, neq; per vaframēta voluisse afficere ignominia ac nota nobilitatem ac generositatem vestræ familiæ. Nam q̄uis Sophroniam furtim ac dissimulanter vxorem acceperim, attamen non sicut raptor eam violaui, neq; sicut hostis impudice habui & cōtumeliose, neq; affinitatem vestram habui despicatui. Verum quum ego Sophroniæ exuperāti formositate inflāmatus æstuarē, viderēq; me nequaq; illius cōnubio posse potiri, si eā a vobis (prout fieri solet) depoposcisse, propterea q̄ vos timuissetis, ne a me rhomano rhomā deportaretur illa, quæ a vobis mirandum in modum diligebatur. Vsus sum fateor arte clandestina, quæ nunc vobis facta est manifestaria, effeciq; vt Gisippus meo nomine nuptias cōficeret, quas suo facere renuebat. Præterea q̄uis ego afflictim Sophroniam deperirem, non tamē vt amator, sed vt legitimus cōiunx suos optatissimos amplexus concupiui. Etenim ipsa locupletissimū exhibere potest testimoniū, non prius cum ea me concubuisse q̄ verbis solitis atq; conceptis, & anulo arabone legitima mihi vxor efficeretur. Quū eam interrogauerim, an mihi nubere vellet, & ipsa se nō nolle respōderit. Q. si deceptā esse se existimati,

non ſum ego coarguendus, ſed ipſa obiurganda quæ quiſnam ego forem quærere ſuperſederit. Hoc ergo vt ſemel finiam, eſt illud atrox delictū, hoc eſt illud maximū flagitium, hæc eſt illa capitalis fraus quā ego amore tabeſcens, vnacum Giſippo cōmentus ſum, vt ſcilicet Sophroniā clanculū atq; ſecreto ignara nuberet Tito Quintio, ob hoc Giſippum obiurgationib⁹ inceſſitis, Giſippo inſidias paratis, Giſippo minitamini. Quid amplius quæſo faceretis, ſi eam homini ruſticano, ſi ſeruo, ſi nequiſſimo tradidiſſet? Quę catenæ, qui carcer, quod patibulum ſufficerent ad Giſippum puniendū? ſed iam hęc miſſa faciamus. Venit tempus quod a me nondū expectabat, videlicet vt pater meus moreretur, propter cuius obitū mihi neceſſariū eſt Rhomam migrare. Quocirca quū mihi in animo ſit Sophroniā in patriam mecum ducere velle, vobiſcū ea cōmunicaui/ quæ alioquin adhuc occuluiſſem ſi prudentes eritis, hoc animo æquiſſimo feretis. Nam ſi vos fallere/aut contumelia afficere voluiſſem, poterā Sophroniā vobis illuſam/ludificatāq; relinquere. Sed hoc dij prohibeāt, vt in rhomano ſpiritu tanta labes, tantaq; nequitia queat hoſpitari. Erit igitur mea Sophronia partim propter voluntatem deorum/& auctoritatem legum humanarū, partim propter laudabilem Giſippi mei ſollertiam, & meipſius aſtutiam amatoriam. Cæterū qui voſmetipſos dijs/hominibuſq; ſapiētiores eſſe cenſetis, hoc omne negociū vituperationi ac probro inſipienter dare videmini. Idq; duabus potiſſimū de cauſis. Quarum vna hæc eſt, q̄ Sophroniam mihi eripientes/nulla probabili ratione polletis. Altera q̄ Giſippum perinde ac inimicū habetis, cui haud immerito vos omnes eſtis obnoxij. Qua in re quanta ſit veſtra inſipientia, quantaq; temeritas, nolo impræſentiarum enarrare copioſius. Verū vos tanq; amicos amicus amice moneo & hortor, vt omnes indignationū turbellas deponatis, vt omnis iracundia abijciatur, omnia conuitia abolēantur, et mihi Sophronia reſtituat, vt ego gaudebūdus vobiſq; affinis non inuiſus hinc poſſim in patriam repedare, vbi viuam vobis ſemper deditus & mancipatus. Nam quod a me factū eſt, id infectum nullo pacto fieri poteſt, ſiue vobis gratum futurum ſit/ſiue ingratiſſimum. Quod ſi votis meis refragari deſtinaueritis, ego vobis eripiam giſippum, & ſi rhomā vnq; appulero, illā mediuſſidius vobis inuitiſſimis recuperabo, quæ vxor mea legitima eſt. Et inimicitias vobiſcum truculentiſſimas exercēs, vobis planum faciam q̄ ſint vehemētes animorū rhomanorū indignatiōes. Poſtq; lōga ſatis & luculēta oratione Titus perorauit, ex ſubſellio ſurgēs vultu triſtiſſimo et frōte corrugata giſippi manū apprēdit. Et cūctos illos ſe puifacere ſimulās quaſſanti capite minitabūdus inde faceſſit. Illi vero q̄ int⁹ cōmorabant ptim argumētis Titi ꝓuocati ad affinitatē amicitiāq; ipſi⁹ ineundā, ptim nouiſſimis illi⁹ verbis pauefacti, int' ſe cōſtituerūt vtili⁹ fore & cōducibili⁹ Titū recipere affinē, quū giſippus affinitatē recuſauerit, q̄ giſippū amicū ꝓdidiſſe, et Titū inimicū cōpaſſe, quāobrem ſimul oēs egrediētes Titū cōueniunt, ſeq; nō nolle demōſtrāt, vt Sophronia ipſi in matrimoniū colloceť, & illi⁹ affinitatē ſe plurimi facere oſtēdūt. Giſippū aūt vt amicū optimū cōplectunť, & quū feſtiuitati atq; læticiæ, qualia affines decēt, genialiter indulſiſſent, inde diſceſſerunr, Sophroniā Tito remittētes, quæ vt prudentiſſimā matronam decebat, conuerſa in virtutem, vt dici ſolet neceſſitate omnē extēplo amorē quo Giſippum proſequebať, trāſſudit in Titū, & cū eo rhomā profecta eſt vbi honorificentiſſime a Titi neceſſarijs/familiaribuſq; accipiūtur. Interea

Giſippus Athenis relict⁹ fere ab oibus floccipẽdebaꝫ; qui intra breuiſſimũ tempus ꝓpter ciuiles aliquot cõtrouerſias in egeſtatem atq; calamitatem delapſus, et mox athenis exterminatus in exiliũ ſempiternũ relegatur. Vbi egeſtoſus vitam erumnoſiſſimã agens, tandem Rhomã cõmigrauit, hoc conſilio, vt Titi benignitatem experiretur. Cognitoq; eum eſſe ſuperſtitẽ, & apud rhomanos omnes gratioſum ac fauorabilem, ad ædes eius accedit, quæ haud dubie erãt magnificentiſſimæ, & ante veſtibulum conſiſtere quoad Titus domũ rediret/præſtolatur. Iam redierat e foro Titus, iam domum ingrediẽ. Sed quũ Giſippus nõ audet affari, memor illius qua vexabaꝫ calamitat⁹, nauiter tamẽ operã dat, vt a tito viſaꝫ, & recognit⁹ introducatur. Cæterũ Titus introgreſſus haud quaq; Giſippũ recognouit, vtpote ſqualidũ/ſentũ atq; pannoſum. Quapropter Giſippus quũ exiſtimaret ſe a Tito fuiſſe recognitũ, & propter ſordes reiectum, memor priſtini beneficij quod in Titum ipſe contulerat, indignabundus rebuſq; deploratis inde diſcedit. Et quũ iam adueſperaſcit, eſuritiõe cõfectus, pecunia defectus, mortis cupidus, ad locũ vrbis rhomæ incultũ deſolatũq; peruenit. Vbi tenebricoſam ſpeluncam ingreditur, illic eam noctem quieturus, Vbiq; humi cubans iugibus fletibus debilitatus, tandẽ ſomno ſuccũbit. Forte ad hũc ſpectum nocte intẽpeſta aduentãt fures duo cũ præda, quã ea nocte cõpilauerant. Exortaq; inter eos nocturna rixa, alter qui valentior erat, infirmiorẽ alterũ trucidat. Hoc ſentiẽs videnſq; Giſippus, exiſtimauit ſe viã ad mortẽ optatiſſimã, facillime reperiſſe, neq; opus eſſet vt ſibimet necẽ gladio manu ſua cõſciſceret, illicq; ſe tantiſper cõtinuit, donec familia prætoris eo recognita ꝓuenit, a qua Giſippus tanq; reus homicidij vinciꝫ, iniectiſq; cateris furenter abduciꝫ, qui quũ in quæſtione de reb⁹ ſingulis interrogaretur, haud cuuctãter ſe homicidã eſſe cõfeſſus eſt. Quãobrẽ prætor cui. M. Varroni nomẽ erat, iuſſit vt ex more rhomano in crucẽ tolleret. Forte id horæ venerat Titus ad prætoriũ tribunal, qui curioſiſſime cõtemplans cõdemnati faciẽ, tanq; noſcitabũdus ad hominẽ ꝓpius accedit, admiratuſq; ærumnoſam hoꝭ amiciſſimi fortunã, quũ vehemẽtiſſime cuperet Giſippo periclitãti opitulari, nec vllã rõnem ipſi⁹ ſaluti accõmodatã videret, Tale cõmentũ cõminiſciꝫ, Accedit ꝓxime ad cellã prætoris, & voce cõcẽtiſſima clamitãs, ait. Marce varro/iube infortunatũ hominẽ reuocari quẽ tu morti adiudicaſti. Eſt em̃ inſons & huius homicidij penit⁹ expers, Ego ſatis ſuperq; ſatis deos immortales offendi, illũ iugulãdo, quẽ miniſtri tui matutino iugulatũ repererũt, nec æquũ ſane eſt vt maiori nũc iniuria deos afficiã, ꝑmittẽs hominẽ innocentẽ trucidari. Varro vehemẽter admirat⁹, maximo dolore affectus eſt, q; Titi verba ab oĩbus palatinis excepta fuiſſent, qui quũ nõ poſſet habita honor⁹ ſui rõne diſcedere, ab eo quod leges ac iura præcipiũt. Iubet Giſippũ iã in orci familia numeratũ reuocari, Et corã Tito, Quid tu inquit tã ſtult⁹ eras, vt ſine vllis tormẽtis te id feciſſe fatereris quod nuſq; ꝑpetraueras, maxime quũ talis cauſa foret capitalis, dicebas te illũ eſſe qui ꝓxima nocte feceras homicidiũ. Ecce Tit⁹ adeſt q vltro fateꝫ ſe eſſe parricidã, aſſerẽs illũ nõ abs te, ſed a ſeipſo fuiſſe ꝑemptũ. Giſipp⁹ curioſe ꝓſpectãs/Titũ recognoſcit, & facile intelligit iſtud a Tito fieri ſaluti⁹ ſuæ cã, vtpote hoĩe nõ imemore priſtini bñficij. Quapropt⁹ præ nimia pietate lachrymabũdus Varro inquit, Ego hominẽ occidi, Et iã Titi pietas nimis ſera eſt. Econtrario Titus (prætor) aiebat, Hic quẽadmodũ vides, peregrin⁹ eſt, &

ſine telo iuxta cadauer occiſi repertus, ex quo cõiectare potes hũc hominẽ erũnis oppreſſũ mori cupere. Proinde eum impunitũ dimittito,& me qui deliqui morte mulctato. Admirabat nõ parũ prætor iſtor duorũ magnã cõſtantiã,& iam præſagibat animus neutrũ ſontẽ eſſe debere. Et quũ ſecũ quo pacto vterq; abſolueret / animo agitaret, ecce ſupuenit quidã iuuenis nomine publi⁹ hõ vitæ ꝓfligatiſſimæ, & apud cũctos rhomanos ob furta cognitiſſim⁹,qui illud me Hercule homicidiũ ꝓpetrauerat,hic quũ ꝓculdubio ſciret neutrũ illorũ eſſe conſcium criminis,cuius ſemetipſũ participem eſſe vterq; arguebat, tãta cõmiſeratione affectus eſt ꝓpter vtriuſq; inſontis innocentiã, vt ipſe ſuapte ſponte prætorẽ adiuerit. Eumq; his verbis ſit allocutus. Mea prætor facinora me impellũt ad difficillimã horũ quæſtionẽ explicandã. Neſcio quis deus præcordia intus exagitat, & mentẽ extimulat, vt ego meipſũ deferã,& crimẽ meũ patefaciã. Scito igitur neutrũ iſtorũ eſſe huic culpæ obnoxiũ, ego mediuſſidius is ſum qui illũ hominẽ de cuius cæde altercatio iſtæc exorta eſt, occidi matutina hora circiter diluculum,& iſtum infortunatũ,qui hic adeſt vidi ipſe dormientẽ,dum furta cũ illo partiebar,quẽ paulopoſt interemi. Nõ opus eſt vt ego Titũ excuſem,ſua illũ fama ſatis excuſat,quæ vbiq; gentiũ ſplẽdidiſſima eſt eum nõ tam turpi labe eſſe maculoſum. Itaq; vtrũq; abſoluito,& me ſontẽ ea pœna afficito quam leges præcipiũt. Iam hæc res ꝓuenerat ad aures principis Octauij, qui cunctis accitis ſingula curioſe cognouit,& quũ ſingillatim quiſq; denarraſſet, Princeps duobus (quia inſontes erant) libentiſſime pepercit,& tertiũ (qui ſons erat) cauſa Giſippi ac Titi incolumẽ iuſſit abire. Titus vero quũ Giſippi diffidentiã, timiditatẽq; clæmenter obiurgaſſet, mira lætitia hominẽ cõplexus ad ædes ſuas deducit, vbi Sophronia vxor piẽtiſſimis lachrymis giſippũ perinde ac fratrẽ hoſpitaliter ſuſcipit,& ſuſceptũ honorificẽtiſſime ꝓſequit ac fouet,cũ q̃ iam refocillato,iã bene veſtito, iam in habitũ ſuæ virtuti congruentẽ reformato, Titus oẽs ſuos theſauros prædiaq; cõmunicat, eiq; ſororẽ nomine Fuluiã adhuc virgunculã in matrimoniũ collocat. Poſt hæc cũ Giſippo ita ſermocinat, In tua iam manu atq; arbitrio eſt Giſippe, ſiue velis hic apud nos cõmorari,ſiue athenas remigrare cũ rebus his omnibus quas tibi dono dedimus. Giſippus quũ hinc exiliũ a patria ꝓcul ei⁹ animũ vellicaret, inde beniuolẽtia qua Titũ ꝓſequebat/cõmoueret, Tandẽ cõſtituit Rhomæ viuere velle/efficiq; rhomanũ. Vbi ipſe cũ Fuluia, Titus cum Sophronia in eadẽ domo iucũdiſſime,diutiſſimeq; vixerũt,indies magis ac magis gliſcẽte inter ipſos mutua beniuolẽtia. Eſt mediſſidi⁹ ſanctiſſima res amicitia,& nõ ſolũ ſingulari veneratiõe digna,ſed æterna laudatiõe decorãda, vtpote genitrix optima magnificẽtiæ & honeſtatis,germana beneficẽtiæ ac charitatis,Inimica odij & auariciæ,ſemp ꝓmpta,ſemperq; ꝓpenſa ad ea pro altero ſtrenue pagenda,quæ ꝓ ſe alterũ vellet operari,neq; preces expectãs,neq; blãditias expetẽs. Cuius effectus ꝓbatiſſimi hodierno die rarẽter int' mortales cõſpiciunt,cui⁹ rei cauſa eſt hoĩm cupiditas inexplebilis, qui ꝓpriæ tantũmodo vtilitatis rationẽ habẽtes,amicitiã ad penitiſſimas orbis terras exterminarũt,extorrẽq; fecerũt. Quæ res,quæ diuitiæ,quæ affinitas efficere potuiſſent, vt lachrymæ, æſtus, ſuſpiria Titi intra præcordia Giſippi ita penetraſſent,vt ipſe ſponſam ſuam formoſiſſimam, generoſiſſimam,optatiſſimã alteri cõdonaret? niſi amicitia. Quæ leges,quæ minæ, qui pauor potuiſſet cohibere brachia Giſippi in locis tene-

Amicitiæ laudes.

bricosis ab amplexibus speciosissimæ puellæ ipsum nonnunq; fortassis la/ cessentis? nisi amicicia. Quæ cõditio, quæ merita, quod emolumentum Gi/ sippo persuasissent, vt iacturam suorum/Sophroniæq; propinquorum floc cifaceret, vt rumusculos populares contemneret, vt conuitia/illusiones/vel licationesq; maledicentissimorum pro nihilo penderet, dummodo amico obsequeretur? nisi amicicia, Et contra quid Titum promptissimum, para/ tissimumq; facere potuisset ad mortem appetendam, vt Gisippum libera/ ret a tormento patibuli, quum præsertim posset honeste dissimulare se non nouisse Gisippum? nisi amicitia. Quid Titum fecisset adeo munificũ/ade/ oq; liberalem, vt sine cunctatione suum patrimonium cum Gisippo diui/ deret, quem fortuna omnibus opibus spoliauerat? nisi amicitia. Quid Ti/ tum inflammare potuisset, vt sororem Gisippo sine mora desponsaret ho/ mini egentissimo & in extrema calamitate collocato? nisi amicicia. Optẽt itaq; miseri mortales multas vxores, fratres copiosos, sobolem filiorum numerosam, & pecunijs augeant numerum famulorum, neq; respiciant/ cogitentq; quemlibet ex his magis seipsum amare, q; alterum, magis pro/ prium vel minimum formidare periculum, q; curare vt maximum infortu nium a patre, aut a fratre, aut a domino propulsent, quum amico erga ami cum omnia secus fieri videamus.

¶ Mythica historia in latinum e vernaculo sermone conuersa.

Cymon.

Cyprus insula est quondã nouem regnorũ sedes (oppidis nobilib⁹ inclyta) & agrorũ fœcunditate nulli pene insularũ postferenda, in qua sicuti priscis cyprioꝝ annalibus proditũ est, fuit olim Aristip pus homo haud dubie nobilissim⁹, & omniũ populariũ longe lo/ cupletissimus, poteratq; & esse & dici merito fœlix, nisi eius fœlicitatẽ vni ca in re fortuna obnubilasset. Namq; inter cõplusculos filios vnus illi erat, qui proceritate staturæ & eximia toti⁹ corporis pulchritudie reliquos om/ nis adolescẽtes longe anteibat, verũ insanus & væcors, cui Galeso nomen inditũ a parentibus fuerat. Sed quia neq; doctrina præceptoris, neq; casti/ gationibus patris, neq; solertia educatoris litteras, aut bonos mores vnq; percipere potuerat. Eratq; voce rudi & crassa, moribusq; beluinis magis q; humanis præditus, ludibrij causa ab oĩbus Cymon nuncupabatur, quo nomine lingua cypria besti⁹ significat. Quũ pat filij væcordiã ægerrime fer ret, videretq; illius spem omnem esse penitus deploratam, ne præsentario quotidie dolore afficeretur, Cymonẽ amãdatum villicari iubet, & procul a rebus vrbanis cum villicationibus exercere agriculationem. Quę res Cy moni fuit perq; iucunda, vtpote homini minime politico, amantiq; magis mores rusticanos q; ciuiles. Is ergo dũ res villaticas curat, & in prædijs co lendis operæ plurimum studijq; consumit, forte die quadam accidit vt ho ra postmeridiana solus obeundo paternos agros vnico tantum Scipione comitatus ingrederetur nemus pusillum quidẽ, sed quod in illis regionib⁹ amœnissimum foret, & tũc quum esset mensis maius, vernaq; temperies, frondibus vestitissimũ visebatur. Quũ istic ociose inambularet, Cymon fortuna duce, pedetentim intrat pratulum perq; exiguum, quod procerissimæ arbores vndiq; sepiebant, in cuius angulo fons lympidis aquis, frigi/ disq; spectabilis scaturiebat, iuxta quem videt supra virẽtes herbas puel/

Scipio est baculus.

lam dormientem,perfecta formositate conspicuam, quæ veste adeo tenui atq; pellucida erat induta,vt nihil pene niuei coloris tegeretur,infra cinctu ram velabatur linteo candidissimo/tenuissimoq;, prope eam ancillæ duæ, etiam pedissequus vnus pariter somnum capiebant. Hanc vbi conspicatus est Cymon,non aliter q̄ si nullam vnq̄ prius fœminam vidisset,attonitus hæsit,& baculo innixus/nulla ædita voce etiam atq; etiam mulieris faciem contemplatur,& mirabundus oris lineamenta sollertissime rimatur. Inde paulatim in rudi pectore/crassisq; præcordijs,intra quæ nullum politicæ vr banitatis vestigium per mille antehac documēta penetrare potuerat,exor/ ta est noua cogitatio quæ in animo alioquin pingui incultoq; discurrens sic ratiocinabatur,Nihil inter mortales hac formositate puellari visum esse for mosius,cœpit dein luculentæ fœminæ omnem habitudinem diligenter ex/ plorare,& particulatim/singillatimq; decorissima membra laudare. Capil los imprimis flauos admirari,quos aurei coloris esse censebat. Idem lauda re frontem,nasum,os,ceruicem, brachia,pectus, repenteq; ex rusticano & agricola factus arbiter & spectator elegantissimus formarum,vehemen/ ter concupiscebat visere oculos quos illa somno marcētes ac languidos ha/ bebat occlusos,quos Cymon(vt contueri posset)sæpius voluit puellam ex pergefacere,sed quum pulcherrima ac venustissima supra reliquas omnis mulieres quas vllo tempore cōspexisset sibi videretur,vereri cœpit ne vna foret e numero dearum,neq; erat tam hebeti/obtusoq; ingenio quin dijudi caret diuina mortalibus,cœlestia terrenis venerabiliora esse debere. Ideo/ q; seipsum cohibens præstolabat/vt suapte sponte puella expergisceretur, & cuius ista cunctatio nimis longa esse videretur,tamen insolita voluptate pellectus/& spectaculo nouo captus,illinc abire nō poterat. Spectāte itaq; Cymone/& hac spectandi voluptate perfruente,post interuallum non mo dicum expergiscitur puella,cui Iphigeniæ nomē parentes indiderant. Quæ sublato capite patefactis oculis conspicata, Cymonē bacillo innixum ante seipsam consistentē vehementer admiratur,eumq; his verbis affatur. Quid tu Cymon id horę per hoc nemus inquiris? Erat Cymon cyprijs fere omni bus cognitus,partim sua fatua simplicitate, partim nobilitate/diuitijsq; pa ternis,qui ad Iphigeniæ verba nihil respondens,oculos figit in oculos puel lę,eosq; obtutu inconuenienti contuetur,existimans ex illorum fulgore ma nare suauitatem exuperantissimā,quæ ipsius animā afficeret inexperta vo/ luptate/gaudioq; incredibili, quod quū virgo aniaduerteret,vereri cœpit ne ille obtutus incōueniens & immobilis mores hominis incultos & inci/ uiles excitaret ad aliquid moliendum,quod in suum ipsius dedecus redun/ daret. Quocirca excitatis pedissequis festinātер exurgens,vale inquit o Cy mon,& abijt. Ad hæc subiecit Cymon, Ego vero puella te libentissime co/ mitabor Iphigenia,cuius illi° comitatum atq; cōmercium aspernaretur,ta/ men hominem a se abigere nō quiuit, donec ad virginis fores peruētum fo ret. Post hæc Cymon domū paternam repetens,obstinate affirmat sese nol le amplius villicari,et vitam rusticam culpans incipit vrbanam amplexari. Hoc patri/reliquisq; ppinquis molestū esse cœpit,qui tamē tantisper expe/ ctandū esse cōstituūt, donec intelligāt causam tam repētinæ in homine mu tationis. Quum itaq; intra Cymonis præcordia,intra quæ nullæ doctrinę/ litteræq; vllo vnq̄ tēpore penetrauerant/cupidinis sagitta penetrasset,quū Iphigeniæ pulchritudine captus, mores repēte mutasset,nō parua admira/

tione parentẽ,ſuoſq; omnes neceſſarios affecit.Primum petit a patre vt veſtitu nõ minº nitido cũ fratres veſtiatur,quo facillime impetrato vitam ducere parat cum politicis adoleſcentibus,ſingula diligenter inquirere,& ſtudioſe rimari,quæ amatoribus cõueniant.Idem cunctis vehementer admirantibus,intra breuiſſimũ temporis interuallum nõ ſolum litteras didicit elemẽtarias,ſed inter philoſophos excellentiſſimus extitit. Cauſa vero tantarũ rerum ſolus erat amor Iphigeniæ,quo dũce nõ ſolum linguæ heſitantiam emẽdauit,& vocem ex aſpera ac fuſca claram/ſuauẽq; effecit,ſed etiã muſicæ diſciplinæ factus eſt peritiſſimus. Idem equitanti doctiſſimus,in re militari ſollertiſſimus,in maritimis/terreſtribuſq; expeditionibus experiẽtiſſimus exiſtere,breuiterq; ne particulatim ỽtutes eius enumerẽ,intra quadriennium iuuenis euaſit indolis probatiſſimæ,ita vt modeſtior/elegãtior/pluribuſq; animi dotibus decoratus,cũq; oms̃ alij cyprij adoleſcentes exiſtimaretur. Quid ergo de amore prædicabimus? quibus præconijs amorẽ extollemus? equidẽ quum in animã Cymonis generoſiſſimã ſydera natalitia, ỽtutes egregias infudiſſent,fortũna inuida vinculis illas firmiſſimis vinxerat,incluſeratq; intra præcordia, vt nullo pacto emergere poſſent & ſeſe oſtẽtare,ſolus amor nodos illos diſſoluit/refregitq; vtpote ipſa fortuna valentior atq; potentior.Quicq; ingenia ſopita atq; marceſcentia excitare ſub inde conſueuerit,eaq; tenebris inuoluta craſſiorib⁹ ſua vi in lucem lucidiſſimam educere,& me Hercules cupido ſæpiſſime ſolet ex locis tenebricoſis extrahere ſpiritus generoſos,& in loca illuſtriſſima ſuo fulgore perducere. Igitur quum Cymon amore Iphigeniæ exæſtuans nonnunq; (prout iuuenes amorabundi facere conſueuerunt)a recto/æquoq; diſcederet,nihilominus Ariſtippus æquo animo cuncta ferebat in filio,quem videbat propter amorem ex veruece & ruſticano factum eſſe politicum et vrbanum. Quin etiam illum nonnunq; hortabatur,vt omnibus ſuis cupiditatibus obſequeretur. Cæterũ Cymon qui vero nomine Galeſus dicebatur,reminiſcens ſe ab Iphigenia Cymonẽ quaſi nomine cõtumelioſo fuiſſe nuncupatum,hanc notam tollere/ac maculam abolere cõſtituit. Et quum flagrãtiſſimas amoris vredines cuperet emoderari,frequẽter Cypſeum appellat Iphigeniæ patrem,vt ſibi filiam deſpondeat.Ille vero aſſerere ſe eam iampridem deſponditſſe Paſimondæ iuueni inter rhodios iuuenes generoſiſſimo,neq; datã fidem velle præuaricari, Iamq; appetebat tẽpus pactarum nuptiarum,iam ſponſus ſponſam miſerat accerſitum. Tunc hæc ſecum Cymon, Iam tempus inſtat quo tibi Iphigenia demonſtrem, quanto te amore complectar, quanto tui deſiderio ęſtuem. Tu me hominem ex bruto feciſti,tu me politicũ reddidiſti,quod ſi mihi dij conceſſerint vt ego te vxore potiar/tuóq; ſuauiſſimo contubernio fruar,nihil reor quin deo ſim futurus cũſimillimus. Et profecto aut moriar,aut poſſidebo te cõiugem,hæc ſecum ratiocinatus/aliquot amicorum nobili genere natos furtim conuocat,cum quibus cuncta cõmunicat,& quid fieri vellet/ oſtendit. Mox clanculo nauigium ornat,rebuſq; omnib⁹ inſtruit ad pugnam naualem accõmodatis,quibus adamuſſim perfectis/nauem cõſcendit, & ventis vela committit præſtolaturus in mari nauigium,quo Iphigenia ad maritũ in inſulam Rhodon tranſportari debebat.Iam ſpõſę pater honorifice atq; hoſpitaliter acceperat rhodios homines miſſos a ſpõſo.Iam noua nupta nauem ingreſſa maritimum iter capeſſebat,& rhodum verſus proram/velaq; flexerant, Ecce Cymon qui ad

hoc vigilāter excubauerat, die proximo aggreditur nauē Iphigeniæ suo nauigio ad prælianduū ornatissimo, & in puppi stās ferociter in eos inclamat/ qui spōsam comitabant, State viri, vela colligite, aut omnes naufragio occūbite. Aduersarij Cymonis iam strinxerant gladios, secꝫ nautico certamine præparabāt, quo animaduerso Cymon manū ferream (quē harpagonē vocitant) in puppim Rhodiorū strenue iniicit, nauemcꝫ remorans nauigio suo rostrato arctissime cōnectit. Mox leonis iubati instar nō expectato sociorū auxilio, solus rhodiorū nauem insiliens cuncta perturbat, & amore vires suggerēte, stricto mucrone in medios hostes viriliter incursat, & quū hinc vnus, inde alter, mox plures vulnerētur, Rhodij suis viribus diffidentes, quū necꝫ repugnare/necꝫ effugere possent, sese Cymoni dediderūt, qui deditos sic affatur, Rhodij homīes necꝫ prædæ cupiditas, necꝫ vllū in vos odiū mihi persuasit, vt ex cypro discedēs vos in medijs fluctibꝰ inermes ipse armatus aggrederer. Sed res illa quæ me ad hoc impulit, quæ a me amplissima existimat, quā acquisiuisse operæpreciū esse censeo, ea a vobis facillime & cū pacificatiōe cōcedi pōt, ea aūt est Iphigenia qua mihi nihil est necꝫ charius/necꝫ iucūdius, quā quū ego a parētibus amice & comiter impetrare nō potuissem, amor me coegit vt a vobis hostiliter & armatus auferrem. Destinaui ipse mecū succedere vicarius muneri Pasimōdæ, & agere Iphigeniæ maritū. Proinde eā mihi tradite, & dijs bene fauētibus in patriā remigrate. Rhodij quos vis magis cꝫ volūtas vltronea cogebat, lachrymabundi Iphigeniā Cymoni tradūt. Quæ quū vbertim fleret, Noli (inquit Cymon) generosa puella teipsam macerare, nil est quod verearis, ego sum ille tuus Cymon qui te diutissime ardētissimecꝫ depetiui, qui propter æstū amoris torrentissimū magis merui habere te vxorem cꝫ Pasimondas propter paternā pactionē. Quo dicto ad socios reuertitur, & rhodios tradita Iphigenia cū rebus omnibus inuiolatos dimittit. Cymon qui se beatiorem cunctis mortalibus existimabat, auctus tam opulēta ac prorsus regali præda, cum socijs cōsultat in præsentia nō esse in cyprū redeundū, quocirca cōmuni consilio Chretā versus nauigare moliūtur, vbi omnes & potissimū Cymon sese tutos fore credebāt, quum illic cognatos & amicos plurimos haberēt. Sed fortuna quæ Iphigeniā Cymoni fuerat gratificata, vtpote dea mobilis, cōfestim gaudia vertit in luctꝰ lamētabiles, vix horis quattuor ab discessu rhodiorꝫ exactis/ superuenit nox, quā Cymon sciēter pīstolabatur, quāqꝫ sibi noctibus omnibus dulciorē fore iam mēte cōceperat. Ecce procellosa tēpestas exoritur, cœlū fit nubibus atrū, mare ventis furētibus vndabundū, nemo quid vtile factu foret satis dispicere, cuncti trepidare obliti nauticorū ministeriorꝫ. Quis verbis idoneis posset explicare, quāto mœrore id tēporis Cymon esset affectus. Ipse secum reputabat ideo suos sibi amores indulgere deos voluisse, vt mortē sentiret asperiorē, quā prius sine Iphigenia nō magnopere recusasset. Dolent, lamētanturꝫ Cymonis socij, sed Iphigenia vbertim flēs, supra oēs dolore cōficitur, ad singulos vndarū fluctus tremebūda, & Cymonis amorē, audaciamꝫ plorabunda detestatur, tancꝫ turbo ille ꝓcellosus nō aliunde sæuiret, cꝫ ex indignatione deorū nolentiū Cymonem puellæ raptu cum gaudiali voluptate potiri, volentiumꝫ ambos simul ærumnabili morte defūgi. Inter hos puellares eiulatus nautæ, remigesꝫ quo se verterent/ nesciebant, & vento in horas magis magisꝫ increbrescēte, nauis appellitur ad insulam rhodon, quā illi rhodon

Harpago.

esse præ tempestate scire nō poterāt. Hic viribus annixi, vt ex vndis ad ter
ram quoquo mō descendāt de sola salute cogitantes, ad eum forte locū, ita
volētibus fatis ꝓuenere, quo rhodij illi quos Cymon abire ꝓmiserat, pau/
loante ꝓuenerant, nec prius se rhodon delatos fuisse nouerūt, q̄ aurora ex
orientevidērūt nauē ab ipsis pridie dimissam vix teli iactu distantē, quāob
rem Cymon supra q̄ dici potest anxius timere cœpit, ne id sibi quod mox
accidit accideret. Iubet confestim omni adhibito conatu illinc educi naui/
giū quocūq; alio deferātur paruifaciēs, nullibi em̄ se periculosius q̄ istic es/
se posse existimabat. Conatus remigū sociorūq; maximi/sed inefficaces ex
titere reflātibus ventis, quorū vi vel inuitissimi in littus detrudūtur, vbi e
vestigio recogniti sunt a nautis rhodiorū. Tūc ex illis repēte vnus curricu/
lo it ad villā haud longe dissitā, quo globus ille rhodiorū nobiliū se contu/
lerat, isq; ex ordine denarrat Cymonem cū Iphigenia eadē qua ipsos tem/
pestate ad idem littus deportatos fuisse. Quo audito rhodij adolescentes
statim gaudio ꝓsiliūt, agricolisq; cōplusculis vocatis ad mare ꝓcurrentes
Cymonem vna cum Iphigenia iamiam fugā meditātem intercipiunt, ca/
ptosq; ad eandem villā ilico ducunt. Venit eodem paulopost Lisymachus
qui illo forte anno summus erat magistratus rhodiorū stipatus globo mi/
litari, qui Cymonē socios q̄ in carcerem duci iubet. Sicuti Pasimondas vbi
rem omnē resciuisset, quum senatu rhodiensi cōstituerat, sic infortunatissi/
mus amator quā pauloante lucrifecerat Iphigeniā amittit, cui⁹ præt paucu
la suauia nihil dulce gustauerat. Hāc summates matronæ cōplures comiter
accipiūt, fomētis refouent, solatijs mitigāt, partim ex captiuitate subtristē,
partim ex maritima fatigatione defessam. Mansitq; apud illas vsq; ad cō/
dictam diem nuptiarū. Cymoni socijsq; vitam carcerariam viuere conces/
sum est, ob eam quā ipse rhodijs iuuenibus indulserat abeundi facultatem.
Pasimondas aūt pro virili parte vrgere instare vt in carcere necarētur, quo
in perpetuū damnati fuerūt vitam ærumnosam (sicuti par est) degētes om/
ni prorsus voluptatū spe viduati. Interea dum Pasimondas apparatū nu/
ptialē pro facultatibus instruit, fortuna perinde ac pœnitudine affecta com
miniscitur suppetias Cymoni salutares. Erat Pasimondæ frater natu qui/
dem minor, sed virtute nō minor, nomine Hormisdas, qui post diutinā cō/
sultationē decreuerat ducere vxorē puellā quandā nomine Cassandrā, quā
forma scitulā efflictim deamabat Lisymachus. Igitur Pasimōdas nuptia/
lem festiuitatē maximo apparatu celebraturus, optimū factu duxit fratri ꝑ
suadere, vt eodē quoq; & ipso die vxorē ducere vellet, ita em̄ sese supsessu/
ros impēsis nuptiarū duplicatis. Itaq; negociū cū parētibus Cassandræ cō
ponit, vt puella Hormisdæ fratri despōdeatur, vtq; eodē die quo ipse duce/
ret vxorē Iphigeniā, Cassandra itidē a fratre duceret. Hæ cōsultationes mi
randū in modū displicuere Lisymacho ab omni iam spe decidēti, cui ꝑsua/
sissimū erat Cassandrā sibi nupturā si Hormisdæ nō nuberet. Sed qđ pru/
dentis viri officiū est, premit altū corde dolorē secum ipse volutās quo pa/
cto hasce nuptias disturbaret. Nec vlla inuēta ratione de puellæ raptu deli/
ber abūdus secū agit id quod illi facile factu haud dubie videbatur, vtpote
summū agēti magistratū. Cōtra hoc incepto hominē reuocabat dignitas
honoris, cuius decus auget facinoris dedecus. Tandē post multiplices con
sultatiōes amori cessit honestas, & ratio succubuit appetitui. Namq; Lisy/
machus festinat vel cum discrimine salutis rapere puellam, & dum animo

pertractat quo ordine quibuſve opitulatoribus hoc negociū cōficiat, forte Cymonis reminiſcitur, qui vna cū ſocijs carceris publici cuſtodela cōtinebatur. Re diligēter penſitata, it nō minus animo q̄ pedib⁹ in hāc ſentētiam, neminē neq; fideliorē, neq; probatiorē ipſo Cymone ad hoc munus obeundum poſſe reperiri, quē proxima mox nocte intra cubiculum ſuū furtim introductū ſic affatur, Quēadmodū o Cymō dij ad bona hominibus largienda ꝓpenſi ſunt, ita hominū quoq; ỳtutes ſolerter expendūt. Et quos in tolerādis calamitatibus fortes offenderint, illos vtpote magnanimos maioribus beneficijs ꝓſequūtur. Voluerunt dij experimentū tuæ virtutis capere ſplēdidius certiuſq;, q̄ q̄ intra larē patriū diuitijs copioſum tu ꝑ temetipſum præſtare potuiſſes, & ſicut fando audiuimus te ex bruto atq; inſenſato ingenioſum, ſolertēq; effecerūt. Dein quū fortuna colluctātē & nūc carceri tetro mācipatū experiūtur, nūquid alius in præſentia ſis, atq; tūc eras quū ꝓda parta patiebaris. Quod ſi idē qui iampridē fuiſti, nihil vnq; ab immortalibus dijs tibi ante hac datū eſt iucundius optatiuſq; ea re, quā in præſentia largiri moliūtur. Quid id ſit vt priſtinas vires animoſitatēq; recipias / paucis edocebo. Paſimondas infortunio tuo lætus ꝓcurator q; necis tuæ vigilātiſſimus feſtinat nuptias Iphigeniæ celebrare, vt capiat voluptatem ex ea ꝓda, quā fortuna tibi primo benigna cōceſſerat, mox turbata ſurripuit. Quāto aūt tibi hæc res dolori eſſe debeat, ſi vero amore flagras, plane cognoſco. Hoc eodē die Hormiſdas Paſimōdæ frater ſimilē in me ac pene eandē iniuriā cōcinnare molitur, volens & ipſe vxorē ducere Caſſandrā, quæ mihi rebus omnibus eſt precioſior. Ad hæc incōmoda contumeliaſq; ꝓpulſandas, ſola nobis a fortuna virtus relicta eſt. Eia age hac duce, ſtrictiſq; gladijs fiat nobis via vi, tibi ad ſecundā, mihi ad primā puellæ rapinam. Q; ſi me ducē pulcherrimi facinoris ſtrenue ſequi nō recuſaueris, in manibus tuis eſt & libertas & Iphigenia. Quibus duab⁹ rebus nihil apud te expetibilius eſſe debet. Hæc Liſymachi verba Cymonis animum haud dubie refocillarūt, erexeruntq;, qui ſtatim citra cōſultationē reſpondens ſic infit, Neminē Liſymache neq; fideliorē neq; fortiorē me potes inuenire ad hoc facinus peragendū, ſi modo quod memoras factum fortuna ſequatur. Quocirca quid mihi agendū ſit, tuipſe proſpicito, & ego te duce incunctāter ſubſequar, neq; imbellis, neq; meticuloſus. Ad hæc Liſymachus perendie inquit, Nouæ nuptæ ad ædes maritales ducētur, intra quas nos vna cū ſocijs fideliſſimis armati circa primā noctis vigiliam irrumpentes, illas ex ipſo conuiuio rapiemus, raptaſq; ad nauem (quā ob idipſum clanculo fieri iuſſi) perducemus nemini parcentes eorum qui obſiſtere & negociū nobis faceſſere tentabūt. Placuit ordo rei gerendæ Cymoni ad præſtitutam vſq; diem in carcere diſſimulanter cōmoranti. Iam venerat dies nuptijs deſtinatus, quæ pompaliter atq; magnifice celebrabātur, dum tota duorū fratrū dom⁹ regali luxu ſplendicat, & nuptiali feruet apparatu. Interea Liſymachus omnibus rebus negocio accōmodatis inſtructus Cymonem, Cymoniſq; ſocios necnon & ſuos tectis ſub veſte gladijs trifariam diſperdit. Namq; alij furtim mittūtur ad portū, ne quis cōſcendentibus nauigiū impedimēto eſſe poſſit, Alij in veſtibulo locātur Paſimōdæ domus, ne a quopiā exitus intercludi queat. Cū reliquis ipſe vnaq; Cymon nuptialia tecta ſub condictū tempus ingrediūtur, ſcalas cōſcendunt, cœnationem irrumpunt, vbi nouæ nuptæ vna cū pluribus ſummatibus matronis ordinatim

iam discumbebant. Ibi mensis præcipitanter inuersis, suam quisq; corripiunt, easq; assectis mandant ad nauim e vestigio deducendas. Sponsæ reliquæq; matronæ fletu/ lamentis & eiulatu fœmineo cuncta complere. Cymon & Lisymachus strictis gladijs viam sibi facientes, nemine reluctante audente, raptim descendentes scalas emetiuntur, vbi illis obuius fit Parisimondas, qui hoc tumultuoso strepitu excitatus, enormi baculo dextram obarmauerat, quẽ Cymon ictu in caput librato obtruncat, ad cuius pedes corruit moribundus, Hormisdas quoq; periclitãti fratri suppetias ferre conatus, vulnere Cymonis interimitur, alijq; non pauci interempti cecidere, qui ausi fuerant manũ cominus conferre. Igitur illi relinquentes, Pasimondæ domum totam sanguine redundantem, plangoribusq; atq; tumultu reboantem, ad vnum incolumes sine interpellatoribus ad mare perueniunt. Ibiq; in nauigio raptas puellas collocantes, ipsisq; cum socijs pariter conscendentes oram soluunt, & ventis vela committentes, remigumq; opera naua vtentes, q; ocissime abscedunt a littore iamiam plurimis referto, quia auxilia/ sed serotina ferebant captitijs puellis. Ipsi vero in chretã hospites peruenere, vbi ab amicis atq; propinquis hospitaliter atq; comiter excipiuntur, ibiq; celebrantes festiuitatem nuptialem vxores ducunt, expetitas diuino ex ea rapina gaudio perfruentes, apud Rhodios Cyprioq; varij super hac re tumultus variæq; perturbationes exortæ. Postremo amicis necessarijsq; vtrobiq; deprecantibus effectũ est, vt post tẽporariũ exiliũ Cymon cũ Iphigenia, Lisymachus cũ Cassandra/ hic Rhodon, ille Cypron in suã quisq; patriã remearent, vbi cum suis fœliciter concorditerq; vixerũt.

¶Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratione Verrinarum.

VEtus verbũ est viri præstantissimi, & instar prouerbij apud eruditos celebratũ, quod sic ait, Leges bonæ ex malis moribꝰ procreãtur. Etenim nisi vitia agminatim erupissent, nisi mores mali velut herba irrigua (vt inqt Plautꝰ) vberrime succreuissent, profecto leges supuacaneæ fuissent, quæ ad coercẽdas cupiditates vitiaq; ex mortalibus tollẽda latæ sunt. Et quẽadmodũ morbos ante extitisse necesse est q; remedia eorũ atq; medicamenta, ita prius nequitia nata est & scelus exortũ q; leges cõditæ, quæ obuiã irent nequitiæ sceleriq; flagitioforum. Et quẽadmodũ medelæ plures ad innũerabiles ꝓpe corporũ morbos excogitatæ sunt, ita leges innumeræ ad infinitas animorũ iprobitates amputandas, surdesq; emaculandas conditæ fuerunt. Hinc lex pompeia, quæ parricidas vna cum cane, gallo gallinatio, vipera et simia viuos insui culeo, dein in mare flumenve deijci iubet, vt quos natura ipsa retinere in officio nõ potuisset, hi magnitudine pœnæ a maleficio summouerẽtur. Hinc lex Cornelia, qua venefici siccarijq; atrocibus pœnis puniuntur. Hinc leges Draconis emanauerũt asperæ, illæ quidem & truculentæ, sed tamen salubres & vitijs tollendis accõmodatæ, quibus pœna capitis in omnis fontes erat cõstituta, etiã si vel tantillũ deliquissent. Vnde Demades orator dicere solebat Draconis leges nõ atramento, sed sanguine esse cõscriptas. Verum ne longum faciam, tot ex malis moribus apud rhomanos senatusq; cõsulta/ tot plæbiscita, tot edicta prætoria, tot imperatoriæ, tot politicæ, tot sacratæ leges prouenerunt, quot singillatim recensere esset infinitum. Ex hacipsa gli/

Lex Põpeia.

Lex cornelia

Lege x dra conis.

ſcentium indies vitiorū labe vt reliqua prætereā, leges non paucæ de pecu/
niis repetundis productæ ſunt, ad moderandaſq; cupiditates prætorū pro
conſulum reliquorumq; magiſtratuum, qui cum poteſtate atq; imperio ad
prouincias gubernandas miſſitabantur, qui identidem conſueuerunt pro/
uinciales deſpoliare, pecunias ob iudicandum vel non iudicandum accipe
re, quin auariciæ mancipati, auroq; inhiantes cuncta prædabātur nundina
to iure, nundinatiſq; ſententiis. Igitur vt obuiam iretur huiuſcemodi rapi/
nis & ſpoliationibus, leges repetundarum cōſtitutæ ſunt, quæ a luculentis
ſcriptoribus ſociales appellant, quoniā ſociorū prouincialium cauſis patro
cinantur, atq; amicorū populi rhomani cauſa patratæ ſunt. Lucius ille piſo
frugi cognominatus legem de pecuniis repetundis primus tulit poſt Piſo/
nem, Acylius glabrio inter rhomanos inclytus legem tulit alteram de repe
tundis, & eam quidem ſæueriſſimā, quam Acyliā vocitauerūt. Mox lex Iu
lia repetundarum eſt promulgata, cuius iuriſconſulti meminerunt. Præter
ea veteres illi rhomani, quorū rebus domi foriſq; geſtis, veluti quibuſdā
ſtellis latina micat hiſtoria, accuſatores eſſe ī ciuitate multos nō inutile eſſe
cenſebant, vt hoc videlicet metu improbitas malorū coerceretur. Mos aūt
fuit nequaq; improbandus, quo iuuenes gloriæ laudiſq; ſitientes accuſa/
bant magnos quidem viros, ſed flagitiis maculoſos. Ira aliquo inſigni iu/
dicio incipiebant a ſuis ciuibus noſcitari, & eloquentiā in foro auſpicaban
tur. Sic olim publius Sulpitius nothanū. Caius furius Marcū aquiliū. C.
curio Quintū metellū accuſauerunt, ſic vndeuigeſimo ætatis anno L. Craſ
ſus C. carbonē, altero & vigeſimo aſinius pollio Catonem, nec multo æta/
te antecedens Caluus vatiniū luculentis orationibus inſectati ſunt. Sic pu.
Clodius ſergium Catilinā. Sic Iulius cæſar dictator vno & vigeſimo æta
tis anno Cordolobellā virum conſularē/ triumphalemq; repetundarū po/
ſtulauerunt. Sic & M. Tullius Cicero edilis deſignatus, iamq; quæſtorius
Caium Verrem ſiciliæ prædatorē/ ſpoliatoremq;, ſuſcepto ſiculorū patro/
cinio in iudicium vocat, vocatumq; de repetundis accuſat, non minus dili/
genter q; eloquenter his orationibus, quæ quia in Verrē ſcriptæ ſunt, Ver/
rinarū nomine nuncupantur. Ex quibus plane cognoſcitur Ciceronē non
minus ad accuſandū q; ad defendendum fuiſſe accommodatum. Sed cum
eloquentia ſicuti medicina magis ſaluti hominum q; exitio reperta ſit, ma/
luit Cicero patrocinio ſuo defendere bonos q; ore accuſatorio malos inſe/
ctari, Etenim quū accuſatoris nomen ſordidū ſit & deteſtabile, defenſoris
vero pulchrū atq; plauſibile, elaborare curioſe debemus vt defenſores pa/
troniq; dici mereamur, ne odioſo accuſatoris nomine dedecoremur, quod
olim nomen contigit M. Bruto illius bruti filio, qui iuris ciuilis fuit peritiſſi
mus. Accuſandū quidem interdū, ſed non ſemper accuſandum/reipublicæ
cauſa, vt duo luculi feciſſe memorantur, accuſandum pro patrocinio, vt Ci
cero pro ſiculis factitauit, quorū cauſa deſcendit ad accuſandū Caiū Ver/
rem, quē depeculatorē ærariī, vexatorē Aſiæ atq; pamphiliæ prædonem
iuris vrbani, labem atq; pernicieē prouinciæ ſiciliæ fuiſſe dicit, Cæterū Mar/
cus Tullius in reliquis orationibus defenſor magis futurus q; accuſator in
hac vna cauſa, omnem vim artis accuſatoriæ totumq; accuſatoris offici/
um luculenter explicare decreuit, vt bene intelligentes omnem virtutē ora/
toriam quæcunq; in criminationibus, reoq; opprimendo conſtituta eſt, hic
expreſſam cum admiratione cognoſcerent. Quum itaq; de Verre in iudi/

Repetunda/
rum leges.

cium vocato, iudicum ſententijs damnato nobis dicendum ſit, Non erit abre nonnulla in medium hodierno die proferre, quæ iſagogica quaſi quædam, hoc eſt introductoria futura ſint enarrationi Verrinarum, & quædã explicare de ritu formulaq; iudiciorum rhomanorum, quod dum a me fit, vos quæſo diligenter attendite. Dixi.

¶Ad ornatiſſimum Chriſtophorum Vaitimillium ſcholaſticum Boemum/ Philippi Beroaldi Bononienſis Epiſtola.

OMpluſculi ex Boemia ſcholaſtici ad capiendum ingenĩj cultum, linguamq; comandã in hoc noſtrũ gymnaſium litteratoriũ quotannis cõmigrare cõſueuerũt, nitidi prorſus atq; elegãtes. Sed omnium ſane nitidiſſimus extitit atq; elegãtiſſimus Vldricus Roſenſis inter inclytos Boemiæ proceres famigeratus, cuius nomini annotationes noſtras nũcupatim dedicaui. Ioannes vero vartinbergenſis omni præconio bonitatis ornatus inſtar gemmæ radiantis, in cœtu ſcholaſtico refulget, ad quem opuſculũ de ſeptem ſapientibus compoſui. Fuit indidem & Martinus crumnouienſis, quo nil candidius, cuius nomẽ liber orationum mearum in liminari pagina geſtat inſcriptũ. Poſt hos tu ex eadem regione haud magno ſane interuallo adueniſti Chriſtophore mi ad ingenium excolendũ, in quo nihil culpabile cõuiſitur. Tu virginali corporis filo ſpecioſus iuxta ſocraticum documentum impendio procuras, ne corporis pulchritudinem morum turpium dehoneſtamẽto dedecores. Tu claritudine nataliũ inſignis familiæ Vaitimilliæ apud Boemos honoratiſſimæ, es ornamento, minimeq; a patria virtute degeneras. Siquidem Benedictus, hoc enim erat nomine parens, in magna exiſtimatione apud maximos reges quũ conſilio polleret, ſæpe ad exteras nationes in negocijs principalibus obeũdis, regius eſt deſtinatus Orator. Et quũ eſſet patrĩj ſermonis affabilitate cultiſſimus, ſæpe redĩit exorator. Qui tanq; Ariſtoteles Xenophontiſq; œconomicum legiſſet, agebat bonũ patremfamilias, qui ampliora faciens, quæ a parentibus acceperat luculẽtiorem hæreditatem liberis reliquit. Ex quibus tũ frugalitatem quidem domeſticam probans, tanq; ea ſit optimum vectigal, exiſtimans tamen paterna bona ſine animi bonis eſſe veluti manca & inutilia ad nos cõceſſiſti, vt bonis animi ſuffarcinatus paternam hæreditatem faceres cumulatiorem, vt pigmento eloquentiæ latialis coloratus, vt cote muſæ liberalis expolitus, vt noſtro dolatorio leuigatus elegãtior, opulentiorq; ad tuos in Boemiã reuertaris. Itaq; gymnaſiũ litterariũ frequens inuiſis, audiſq; quotidie nos ex promptuario muſico depromentes quippiam dignum memoratu, daſq; operam, ne bonæ horæ male collocentur, ne bona ætas per incuriam effluat, atq; deſidiam. Quas ob res ego ſubinuitatus libellum hunc proxima fœtura natum apud me tibi nominatim dedicaui, quo prouerbia non pauca ſcite & moraliter explicantur, quem ſub eadem incude litteratoria formatum facile agnoſcas, qua id genus opuſculum iam plurima a nobis procuſa ſunt, quæ illuſtribus ſectatoribus noſtris trãſmontanis dicata circũferũtur. libellus eſt ſuccoſus, fartilis, cõdimẽtiſq;

Laus Chriſtophori.

Benedictus. Chriſtophori pater.

Eloquentiæ affectator Chriſtopho.

doctis multiphariæq; esculentioribus ita conditus/concinnatusq;,vt & ad palatum faciat & ad stomachum. Tu mi Christophore munusculum id qualecunq; est, hilare vultu libens cape, nec ex eo q; chartarium, sed ex eo q; litteratum sit, metiaris atq; perpendas. Nam sicut in vasis fictilibus thesauri persæpe precioſi reconduntur, ita in his libellis opes plærumq; lucu/lentæ includuntur. Et perinde atq; in Dactylothecis gemmæ litterarum continentur. Vale & dilige doctorem.

Thesauri in fictilibus.

Gemmæ in libellis.

¶ Prouerbialis Oratio Philippi Beroaldi.

SOcrates ille philosophorum fons viri clarissimi, quem oraculum apollinis sapientissimum mortalium esse prodidit, quum ad ethicen transiret, dixisse fertur. Quæ supra nos/nihil ad nos, ex hoc socratico documento commonemur, omissis rebus sublimioribus circa humiliora versari, & a cœlestibus ad terrena descendere, & diuinis sepositis humana scrutari. Ex hac sapientissimi philosophi sententia quasi aurem vellicante commonitus/ decreui hodierno die repere humi, & per aream popularem expatiari, hoc est aliquot vulgares sententias excutere, enucleare, perpendere. Pulchrum est mediusfidius nec omnibus obuium re bus protritis dare splendorem, & conculcatis triuialiter, dictis id gratiæ, id venustatis inferere, vt noua, vt splendida, vt indicta esse videātur. Quid est autem tam protritum, tam vulgare, tam promiscuum q̄ prouerbium? Atqui prouerbia nonnulla tam græca q̄ nostratia, hodierna disertatione a nobis explicabuntur. Sed quum nihil ferme sit tam sordidum & obsoletum quod non ornatu fiat splendicās & speciosum, elaborabo atq; pro virili parte contendam, Oratorijs illa pigmentis excolere, & Myrotecio socratico venustare, ita vt quæ quasi fastidita poterant repudiari, ea fiant maxime expetenda. Faciā quod cosmetæ & ornatrices in comanda matrona, quā ita interpoliant ita mundo muliebri, alijsq; id genus rebus expoliunt, vt longe alia familiaribus & vicinis appareat. Ingens est ac prope infinita tam apud græcos q̄ apud nostros silua prouerbiorum. Ex qua pauca quædam interlegi/excerpsiq;, quæ ianuā repandāt publicis lectionibus, quorū enarratio sit veluti ꝓdromos atq; præcursoria curriculi nostri litteratorij. Sunt autē prouerbia vt docente diuo Augustino didicimus, sentētiæ vulgares, quas græci paroemias, latini alijs quoq; vocabulis, mō adagia, modo verba, modo adagiones appellant, quæ ego subinde mecū pensitans inuenio nō minus succosa esse, nec minus vitæ conducentia, q̄ sanctiora philosophorum volumina. Ad hæc habent prouerbia quiddam simile legibus, quarum scriptum angustū est, interpretatio latissima. Siquidē summa breuitate cōclusa, intellectū vberiorē complectūtur, & sentētialiter vitā instruunt, ita vt q̄ ad moralē philosophiā pertinēt ingenijq; elegantiā, nō minus ex ꝓuerbijs cognosci possint, q̄ ex doctrinis & voluminib⁹ socraticorum, Non credis hoc mihi? crede diuo Hieronymo scribēti, q̄ Salomon in libro prouerbiorū moralem docuit disciplinam, succinctis vt decuit breuibusq; sententijs vitæ institituta componens. Quod vt planius fiat & manifestius, prouerbia aliquot explicare auspicabor/ad vitæ humanæ cultum, & mores mire facientia. Vos quæso diligenter attendite, spero enim quæ a me

Quæ supra nos nihil ad nos.

ornatu squalētia nitescūt

Prouerbium quid.

Paroemia.

Adagium.

Adagio.

Verbum.

Hieronym⁹.

dicentur futura,& aurium oblectamento ob varietatem,& animorū emolumento ob eruditionem. Quod si in huiuscemodi antiloquijs placere antehac consueuimus, in hac hodierna disertatione haud quaq; displiciturum me esse confido. Hinc autem potissimum ordiemur.

Prouerbium Varronianū Hō bulla est

¶M, Terentius Varro, Ille togatorum litteratissimus,& (vt verissime dictum est a Terentiano) vndecūq; doctissimus. Prouerbium hoc quum primis celebrat, homo bulla est, eo magis senex, Scitis (vt opinor) omnes bullam dici in aquis tumorem repēte natum, repente euanescentem. Vidistine vnq; (etenim persæpe videre contingit) ex largo hymbre & subitario id genus bullas quasi sufflatas intumescere? Mox vbi respexeris, e vestigio euanuisse? Talis nimirum est homo, Hodie vt bulla turget, crastino nusq; erit. Nulli prorsus rei potuit scitius & verius homo q; bullæ comparari, videlicet friuolus, momētarius, nugatorius, & instar bullæ repente deficiēs.

Homō quid Seneca.

¶Quid est homo? inquit Seneca, Quodlibet quassum vas, & quodlibet fragile iactatu. Quid est homo? imbecillissimum corpus, & fragile / nudum suapte natura, inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam proiectum, Frigoris est & laboris impatiēs, ex infirmis fluidisq; contextum. Odor illi saporq; & lassitudo, & vigilia, humor & cibus, sine quibus viuere non potest, mortifera sunt. Quocunq; se mouet, infirmitatis suæ statim cōscius. Tenuissimis causis atq; offensionibus morbidus ac putris, Merito itaq; cecinit sapientissim⁹ poetarum, οἵη περ φύλλων γενεὴ τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν Tale quidē gen⁹ est hominū, quale est foliorū.

Versus Homericus.

¶Tu qui satellitum cuneis stipatissimus incedis, qui in excelsissimo humani generis fastigio positus numinis vice coleris & obseruaris, qui te deum terrenum credis, bulla es. Tu qui immortalia animo volutas, cuius cupiditati orbis ipse non sufficit, cui nihil est satis, bulla es. Scito homine nihil esse fragilius, quum eodem nihil sit superbius.

Bulla es.

Flos typus hominis. Plinius. Esaias.

¶Typus humanæ vitæ & imago est flos, qui mane viresces ante vesperam aresc it. Qui quum sit speciosissimus, ocissime intermoritur. Magna (vt inquit Plinius noster) hominum admonitione, quæ spectatissime floreant, celerrime marcescere, hinc prophetes in canonicis scripturis exclamat. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Cæterum quum nō minus oratorium sit parua copiose / q; grādia breuiter exprimere, libet hic paulum consistere, & vt dici solet, fimbrias diducere, & peristromata complicata latius explicare.

Fimbrias dilatare

Tēpus præsens non est.

¶Tria tempora prædicant omnes & norunt, Præteritum / præsens / & futurum. Sed qui curiosius & subtilius ista pensitarūt, præsens tempus sustulerunt, quod in fuga semper est, quod fluuij more cursu rapidissimo fluit / ac præcipitatur, quod ante desinit esse q; venit, nec magis morā patit q; mundus, cuius vertigo inenarrabilis est, inde fit vt homo nūq; in vno statu vel tantillū permaneat, hinc illa Ouidiani pythagoræ acclammatio. Nostra q; ipsorū semper requieq; sine vlla corpora vertuntur, nec quid fuimusve fumusve Cras erimus. Consimiliter Seneca, Nemo nostrum inquit est in senectute / qui fuit iuuenis, nemo nostrum est mane / qui fuit pridie, corpora nostra rapiuntur fluminum more. Nihil ex his quæ videmus / manet. Ergo

Pythagoras apud Ouid'. Dū loqmur immutamur

ipſe dum loquor immutari immutatus ſum,hoc eſt quod ait Heraclitus,In idem flumen bis deſcendimus & non deſcendimus. Manet enim idem flu/minis nomen,aqua tranſmiſſa eſt,quotidie homo moriť, quotidie demitur aliqua pars vitę,& dū creſcit/vita decreſcit,quotidie ex noſtro corpore par ticulæ decedunt ex quibus conſiſtimus,vt philoſophi tradunt,& memorat Alphenus iuriſconſultus titulo de iudicijs. Singulæ horæ immo momenta aliquid de nobis prædantur & carpunt, punctum eſt quod viuimus/ & ad huc puncto minus. Meritoqꝫ μερόβιοι dici poſſumus,hoc eſt diales,quū vita nobis vniº vix dieculæ tributa ſit,& dies noſtri(vt iquit Iob)ſicut vm/bra prætereāt. Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam,vt in quit veriſſime Flaccus. Nos tamen in longum ſpes noſtras cogitationeſqꝫ protēdimus. Inquit vnus anno quinquageſimo ædificabo, honores geram fundos emam. Ait alius,A ſexageſimo feriatus ociabor/& mihi viuā. Ait & tertius ſenex,Referam me in ruſticum receſſum,ibiqꝫ in cōſilio habebo agricolationis cōſultiſſimos/qui me docebunt in quincuncem arbuſta diſ/ponere,populos vitibº maritare,arbores inſitione frugiferas efficere,agrū paſtinare,terram pullam ac teneram quæ optima eſt a carioſa diſcerniculo quodam internoſcere. Libet exclamare cum Lucretio, O ſtultas hominum mētes,o pectora cæca. Libet ridere cum Democrito,cui negocia mortaliū omnia ridicula videbantur. Quid tibi de futuro polliceris,Quid propagas vota in ſæculum,quum minime compertū habes de anno. Neſcis hominē bullam eſſe,qui ſcis an adijciant hodierna craſtina ſummæ tempora dij ſu/peri,Nimis hoc eſt,vnde habes exploratū te ad veſperā eſſe victurū. Nam vt inquit veriſſime Lucianus,A tenuiſſimo filo pendemus oēs,quod citi/us dicto dirumpitur.

Heracliti di/ctum

Alphenus

Pūctum eſt qđ viūimus Hemerobij Diales ho/mines

Flaccus

Spes longa

De agricola/tione

Lucretius

Lucianus

A filo pende/mus

¶ Catonianū puerbiū eſt inter os & offam, multū interuenire poſſe quo admonemur,ne ſpes noſtras in longum protrahamus, quum inter os & ci bum iam paratū multa interuenire poſſint offendicula. Et quoniā prouer/bia tractamus,non pigebit prouerbialiter fabulari.

Inter os & offam

¶ Græcus eſt verſus παροιμιώδης id eſt prouerbialis,idem ſignificās quod hoc noſtrum inter os & offam. πολλα μεταξύ πέλει κυλικοσ και χειλεοσάκρου, latine dici poteſt, Multa cadunt inter calicem ſum/maqꝫ labra. Dicitur autem hæc paroemia ex tali cauſa. Ançaus Neptuni fi/lius quū vineam ſereret,imperauit nequis familiariū eam ingrederetur,ne quis attingeret,interdixitqꝫ pene veſtigijs ſeruulorū, ex quibus vnus aſſe/uerauit,Haud quaqꝫ inquit dominº muſtum guſtabit,nec fructum carpet ex ea vinea quā tantopere cuſtodit. Vbi autem vuæ ematurauerūt,exultās Ançeus,muſtum ex illis preſſum poculo indit. Mox ſeruū illum accerſi iu/bet qui negauerat ei fas eſſe fructus vineaticos/ muſtumqꝫ guſtare. Iamqꝫ poculum ori admoturus, eſto inquit memor verbi quod iamdudū dixiſti. Et ille fidenter verſum ante dictum retulit/inquiens,Multa cadunt inter ca licem ſupremaqꝫ labra. Ecce tibi famulus alter id horæ/eoqꝫ momento,ex/animatus repente ingrediens,nunciat aprum fulmineum formidandæ va/ſtitudinis vineam populari/et cuncta ſubuertere. Tunc Ançeus abiecto ſta tim poculo,quod in manibus habebat,in aprum concitatus fertur,ab eoqꝫ peremptus,muſtū vineti (prout famulus prædixerat) guſtare non potuit, Vnde ortum hoc prouerbium.

Verſus pa/rœmiodes

Inter calicē & labrum

Hiſtoria re/motior

Ançeus in/terimitur

¶ Alij tradunt hanc paroemiā ductā eſſe ex Antinoi infortunio. Fuit autē

An'cinoi caſº

hic Antinous vnus ex procis Penelopes, qui abſente Vlyſſe in ipſius auſa indulgebant genio, & luxurioſa conuiuia percolentes prandiorum/cœnarumq; gurgitibus, Vlyſſea patrimonia helluabantur. Verum quum poſt diuturnam peregrinationem Vlyſſes clāculo ſub mendici habitu domum reueniſſet, μνηστηρασ/id eſt procos comeſabundos, morte mulctatos, iuſtis pœnis affecit, inter quos Antinous calicem aureum tenens, iamq; illi labra admouēs, corruit moribundus ſagitta ab Vlyſſe in gutture lætaliter ictus. Calixq; e manibus excuſſus eſt, vt canit Home. xxij. odiſſeæ, et ita ex eo guſtare non potuit. Quidam narrant q; chalcantem vites ſerentem augur neſcio quis vicinus præteriēs dixit errare, non enim ei fas eſſe/nouum vinū inde guſtare, & cætera conſimiliter. Ex hoc prouerbio græco, quacūq; de cauſa inſtituto ductum eſt Adagium apud latinos alterum minime triuiale/mīnimeq; protritum, quod eſt inter manum & mentū, idem pollens quod inter os & offam.

Antinoum Vlyſſes peremit.

Chalcas vitem ſerens.

Inter manū & mentū.

¶Quid igitur nos homunculi, & vt ait Lucretius, homuli, quū ſimus animæ ſalillum, vt inquit Plautus, Quid infinita concupiſcimus? quid ſpes noſtras in ſpacia longiturna diffundimus? quid ſæcula diſponimus? quū poſſit homo ex offa quam manu tenet non veſci/ex poculo quod labris admouet non bibere. Deniq; quū poſcit tam repente deficere q; bulla ſubito euaneſcit.

Homuli

¶De andragora dixit epigrāmiſta, lotus nobiſcum eſt hilaris, cœnauit, et idem inuentus mane eſt mortuus Andragoras. De Cor. ſenectione ait Seneca, q; quū hilaris cœnaſſet, Angina præcipiti arreptus compreſſo artatis faucibus ſpiritu ante lucē deceſſit, oſtenditq; veriſſimū eſſe illud Hippocratis ꝓgnoſticon quo maximus medicorū ſignat ſynanchen, ſic em̄ græci dicunt Anginam, quæ vulgo ſquinantia/homini mortiferā eſſe, eāq; ociſſime ſtrangulare, quæ intrinſecus graſſatur, nullo in gutture forinſecus exiſtēte veſtigio. Et quia exēplis homines maxime ducūtur, ſuntq; ad fidem faciendam potētiſſima, Agitedum exemplis oſtēdamus/q; nihili ſumus, & q; homo bulla eſt, & ſi quid bulla fragilius.

Martialis

Hippocrates.

Synanche Angina

¶Repētina morte obiere cæſares duo, dum matutino calcianť ſani ac tempeſtiui. A. Pompeius in capitolio quū deos ſalutaſſet. Legatus rhodiorum perorata in ſenatu rhomano cauſa in limine curiæ protinus expirauit. Iulius medicus dum inūgit ſpecillum, quod medici inſtrumentū eſt, ꝑ oculum trahens. L. Valla dum mulſi potionē haurit. Ap. Saufeius dum ſorbet ouū, repentino omnes fato occubuere. Anacreon poeta acino vuæpaſſe. Fabius ſenator in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus, quoſdam craſſior ſaliua ſuffocat, vt illud ſerio dici poſſe videatur Ambulat, & ſubito funus miranſtur amici.

Repentinæ mortes.

Specillum

¶Iam ſatis opinor conſtat ac liquet hominē bullam eſſe, en Agedum deinceps diſcutiam⁹, quanto magis ſenex bulla ſit. Quod quidē inconfeſſo eſt Etenim ſenis anima in labris primoribus habitat. Senex viuit mortuus inter viuos. Senex eſt & non eſt, Senile corpus putridum eſt ędificium, in quo oīmis iunctura diducitur, & dum alia fulcitur/alia diſcinditur, Senilis ætas non deſcendit/ſed cadit.

Bulla magis ſenex.

Senex putridū ædificiū

¶Verſiculus ille prouerbij vice celebratur, Non eſt viuere/ ſed valere vita Quo ſignificatur vitam non eſſe in homine vitalem, niſi proſpera valitudine perfruať. Proinde ſenex minime dicendus eſt viuere, quum minime va/

leat,quũ ſenectus ipſa ſit morbus,vt inquit noſter Comicus. Quod ex Appolodoro decẽter trãſtulit,ſcribẽte Τό γὴραος ἐστὶν αὐτοφυὲς νόσημα Ariſtoteles libro.v. de generatione animalium. Recte inquit dixeris ſenectutẽ morbũ eſſe naturalẽ,a Seneca elegãter ſenectus dicit morbꝰ inſanabilis.

Senectꝰ ipſa morbus eſt

Appollodorus.

Ariſtoteles

¶Muſæ græcorum canunt οὐκ ἔστιν ὑγείας κρεῖττον ἐν βίῳ εὐεξία καὶ νοῦς σεσωσμένος τῷ βίῳ δυοῖν. Nihil eſt in vita melius ſanitate. Sanitas & mens duo vitæ bona,vtroq; hoc bono caret ſenex,quum & infirmus ſit & delirus. Et q̃uis plautinus pater dicat in trinũmo,Sapiẽtię ætas condimentum eſt,tamen magna ex parte delirant ſenes. Vnde & ſenilis ſtulticia deliratio appellari ſolet. Hinc quoq; græco prouerbio dicitur, Δὶς παῖδες οἱ γέροντες,id eſt bis pueri ſenes, quoniã videlicet repueraſcere credunt, & in priſtinã redire puerilitatem, Idq; Plautum dicere videmus in mercatore his verbis. Senex quum extemplo eſt,iam nec ſentit/nec ſapit. Aiũt ſolere eum repueraſcere,ſubſcribit huic ſentẽtiæ Ariſtoteles ſcribens in ſecundo politicorum, Vt corporis,ſic etiam mentis eſſe ſenectutem. Q̃z autem ſanitas procul ſit a cõtubernio ſenum, q̃ morboſa ſit ſenectus quis ignorat? Circumfulſit agmine facto morborum omne genus, vt inquit Satyrographus,in ſenecta hebeſcũt ſenſus,præmoritur viſus,auditus,inceſſus,torpet palatum,memoria labat,dentes decidũt,quæ ſunt ciborum ac ſermonis inſtrumenta,fiuntq; edentuli ſenes & balbi,membra torquentur,fiuntq; ſilicerni,quaſi ſilices ex dorſi curuitate cernentes. Non ab re fuerit apud auditores beniuolos, minimeq; faſtidioſos percẽſere exemplũ Berzelai galaditæ,qui quũ eſſet γεροὺσιάρχης ſenexvalde rogatus a rege Dauide,vt ſecum iret hieroſolymã,eſſetq; regius comes,fertur regi ita dixiſſe prout ſcriptum legimus libro ſecundo βασιλεῶν, id eſt Regum ſiue regnorũ. Quot ſunt dies annorum vitæ meæ,vt aſcendam cum rege in hieruſalem,octogenarius ſum hodie, nũquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue aut amarum? aut delectare poteſt ſeruũ tuũ cibus aut potus? vel audire poſſum vltra vocem cantorum/atq; cantatricũ? Quare ſeruus tuus ſit oneri domino meo regi,hiſce ſenis galaditæ verbis cõcinit Licinius caluus homo rhomanus exactæ ætatis & magno natu ſenex,qui tribunatum militum deprecatus ita verba fecit ad quirites. Me iam non eundem,ſed vmbrã nomẽq;. P. licinij relictum videtis,vires corporis effœtæ,ſenſus oculorũ atq; auriũ hebetes Memoria labat,vigor animi obtuſus.

Ariſtoteles

Senectꝰ morbus inſanabilis.

Incõmoda ſenectutis.

Edentuli

Silicerni

Exemplum Betzelai

Ex lib.ij. Regum.xix.

¶Merito ſenectus ætas mala ab auctoribus nuncupat̃,quam inter cętera morborũ genera,vt inquit veridicus Hippocrates,& Hippocraten ſecutus Cor. Celſus maxime infeſtãt Dyſpnoea & ſtrangurea,hoc eſt ſpiritꝰ et vrinæ difficultas. Coriza,id eſt grauedo & pituita. Nephrytis et paralyſis,ita græce dicunt renum dolores,& neruorũ reſolutiones. Adde & cacexiã/id eſt malũ corporis habitũ. Lyenteriã/id eſt inteſtinorũ leuitatẽ,cæteraq; fuſi ventris mala,quibus ſenes vexantur.

Aetas mala

Dyſpnoea.

Stranguria

Coriza

Nephrytis

Paralyſis

Cacexia

Lyenteria

¶Somnus,vt nemo nõ nouit,curarũ abolitor,viriũ ſtabilimentũ eſt,membrorumq; laſſeſcentium refocillatio atq; fotura,& vt græci dicunt, ὑπνος πέφυκε σωματος σωτηρία,ſomnus corporis ſalus exiſtit,hoc quoq; bono caret ſenectus,quã torquent nocturnæ vigiliæ,quas inter mala vniuerſi corporis numerat Plinius noſter. Hinc illud non tam poeticũ q̃ veridicum oraculum, Somno iam deteriore ſenectus.

Somnꝰ ſalus corporis.

Galenus.

¶ Galenus libro secundo περι τροφων, id est de alimentis, scribit se quū grandior natu foret in somnia vexante, θριδακας, id est lactucas esitasse conciliādi somni causa, idq; sibi vnicum αλεξιφαρμακον αγρυπνιων, id est medicamētum vigiliarum depulsorum extitisse, quibus infestabatur. sumebat autem id holus in fine cœnæ. Sic enim lactuca somni est conciliatrix, & ob id cœnas auorum clausisse traditur, quum esset esca nouissima, quod & maronianum carmen testatur. Gratacq; nobilium requies lactuca ciborum. Nunc vero dapes inchoat in acetarijs, & cœnæ principiū fit, quia cibi facit appetentiam, & a stomacho fastidium aufert.

Alexipharmacon.

Cur lactuca in fine cœnæ

Cur inchoat dapes.

¶ Quinetiam versus græcus senectutē ita infamat, χαλεπον το γηρας εστιν αρ ανθρωποισβαρος senectus inquit onus est hominibus, oppido q; graue & ingestabile, hinc plautina anus, Tantum inquit hoc est oneris quod fero, quid oneris? Annos septuaginta & quattuor.

Senect⁹ onus ingestabile.

¶ Ad hæc iuuenis cito mori potest. Senex diu viuere non potest, q; q; nihil in vita hominis potest esse diu. Quid enim non modo esto senex annose & polychroniæ si recorderis? Modo puer fuisti sub pedagogo, modo adolescentior sub grammatico manum ferulæ subduxisti, modo iuuenis discipli nam scæuolarum discere cœpisti, modo vir eandem profiteri, modo senex desisti velle, modo desisti posse, incredibilis est vitæ humanæ rapiditas.

Quid nō mō

¶ Meta viuendi est, vt phisici autumāt, annus septuagesimus, quando sci licet heptas decadi copulatur, Hoc idē sensit psalmographus scribens, Anni hominis septuaginta. Si autem in potentatibus, octoginta. Supra autē κοπος και πονος, id est labor & dolor.

Meta viuēdi.

Dauid psalmographus.

¶ Plato finem vitæ legitimum annum octogesimum primum esse existimauit, habuitq; legitimum. Siquidē illo ipso anno vita decessit natali suo extinctus, ideoq; magi defuncto Platoni perinde ac deo immolauerunt, q; annum vnum atq; octogesimum sine vlla deductione impleuisset, cōsum massetq; numerū perfectissimum, quē nouē nonies multiplicata cōponunt.

Plato naturali suo defūctus.

¶ M. Varro longissimum spacium senescendorum hominum centum annos esse tradidit. Vnde & sæculum a sene dici spacium centum annorum, cui sententiæ subscribit/astipulaturq; Caius iurisconsultus, qui titulo de vsufructu sic refert. Placuit centum annis tuendos esse municipes, quia is finis vitæ longæui hominis est.

M. Varro sæculum a sene

Caiꝰ iurisc̄onsultus.

¶ Doctissimi mathematicorum, vt Berosus & Petosyris & Necepsos annos homini ad viuendum datos, plus, minus centum viginti ex syderali scientia iudicarunt, quot Argatonium Gaditanum vixisse accipimus, qui annos octoginta regnauit, quum quadragenarius regnare cœpisset.

Berosus.

Petosyris.

Argatonius longæuus

¶ Illud quoq; accipimus Mosen, qui vulgo moyses nominatur solum dei familiarem, vt iudæorum libri loquuntur centum vigintiquinq; annos vixisse, qui quum quæreretur q iuuenis interiret, respōsum ei ferunt ab incerto numine hominem neminem plus esse victurum.

Anni moysis

¶ Prudens prætereo quæ conditores canonicarū scripturarū tradiderūt, primogenios homines longe viuaciores/ diuturnioresq; fuisse, finemq; humanæ vitæ præscriptū, pluribus annorum sæculis transcendisse. Namq; si credimus Plinio, anni illi fuere lunares mēstruo spacio terminati, vt nō mirum sit quosdā prodi, milia annoꝝ vixisse, sed nos credamus vera esse quæ

Primigenij hoies diuturniores mille annorū vixisse īmo astruit

in instrumento veteri fide historica traduntur, quæ diuus Augustinꝰ astruere conatur.

¶ Quid posteritas ipsa cõmisit? quid nepotes peccauerunt? quid nos deliquimus, vt tantillo spacio, tamq; artis cancellis vita nostra includeretur? Cur nos quoq; sicut tritaui illi primordiales/mille annorũ nõ viuimus? & vita diuturniore nõ fruimur? Sed hæc quum non sint operis instituti, transeunter attigisse sat est.

¶ Ergo agedum homo impleat annos septuaginta, quæ est meta viuendi octogesimũ primũ excedat, qui est longissimus Platonis vitę terminus fiat sæcularis/ & centũ annos relinquat a tergo, viuat argathonij annos, viuat & moseyeos centum vigintiquinq;, quos ex diuino responso nefas est excedere, fiat trisęclis Nestor, vt anni dextra cõputandi sint. Viuat ætatem Tithoni, de quo est græcum prouerbiũ Τιθωνου γήρας, id est Tithoni senectus, Nonne tamen hic senex Macrobius & Polychronius bulla erit? & nihil sunt dies eius. Nonne friuola est hæc ætas, & quã quadrupedes aliquot volucresq; transcendant.

Trisæclis Nestor
Prouerbiũ Tithoni senectus

¶ Audite quæso Hesiodum canentẽ εννέαζοι ζώει γερέας λακέρυσα κορώνη ανδρών η βώτωρ έλαφος δ' ε τετρα κορωνος τρεις δ' έλάφουσο κοραξ γήράσκεται, id est garrula cornix nouẽ hominũ viuit ętates, Ceruus aũt quattuor cornicũ, Coruus vero trium ceruorq; ætate seneſcit. Hesiodicã hanc sententiã Plinius noster elegãtius, breuius, purius explicauit hisce verbis. Hesiodus cornici nouẽ nostras attribuit ætates. Quadruplũ eiꝰ ceruis. Id triplicatũ coruis. Plutarchus in libro περι τών εκλελει ποτων χρήστήριων, id est de oraculis quæ defecerũt subtiliter & scite differit super hoc Hesiodi carmine, quid sit γηρας, & quot annos cõplectatur, quã nostri ætatẽ interpretant, quã quidã vnius, quidã plurium, quidam pauciorũ annorũ esse definiunt,

Hesiodus
Cornix viuax.
Cerui & corui ætates.
Plutarchus
Geras quid

¶ Quum igitur corui sint homine diuturniores, quum cornices & cerui sint nobis viuaciores, de quibꝰ sunt græca prouerbia ὑπέρτας κορωνας βεβίοκως ὑπέρτας ἐλαυφύς, id est vltra cornices, vltra ceruos vixit. Merito Theophrastus ille in familia peripatetica elegãtissimus, cui ex diuinitate loquendi inditũ nomẽ, moriens accusasse naturam dicitur, q; ceruis & cornicibus vitam diuturnã, quorũ id nihil interesset, hominibꝰ quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset, quorũ si ætas potuisset esse longinquior futurum fuisse, vt omnibus perfectis ætatibus omniũ doctrina hominũ vita erudiretur.

Prouerbia de cornicibꝰ & ceruis
Querela theophrasti

¶ Cæterũ credamus hæc esse fabulosa, assentiamurq; Aristoteli & Aristotelico Alberto magno scribẽtibus hominẽ viuere plus temporis q; reliqua aniãlia omnia/excepto elephanto, tamẽ homo bulla est, & eo magis senex. Cuiꝰ vitæ tanta rapiditas est tam inenarrabilis velocitas, vt prius trãsacta sit q; inspecta, vt dum viuere nos speramus iam vixisse cum suspirio respiciamus, qua in reputatione subit illud ridiculum, q; quidã de ætate gloriantur, & annos numerant iam amissos. Vnde non ineleganter Milesius sapiens dicenti cuidam, Sexaginta annos habeo, hos inquit dicis sexaginta te habere quos non habes, etenim præteriti dies non magis in nostro mancipatu sunt/q; futuri.

Albertꝰ magnus.
Rapiditas vitæ
Scitum Milesij sapientis
Annos præteritos non habemus.

¶ Præterea quẽadmodũ ex amphora, sic ex vita quod sinceriſſimũ est primo effluit, quod turbidum feculentũq; in imo subsidit.

Analogia Septem ætates a septem planetis.

¶ Septem hominiætates a numero erraticarū ſtellarū philoſophi diligētiores aſſignāt, & Hippocrates medicus in ſeptē gradus ætatum diſtribuit vites a ſeptem planetis. Prima ætas lunarem ſequitur poteſtatē, tunc enim ſecundū vegetalē/alentēq; viuimus facultatē. Secūda mercurialē, quādo litterarum, cytharæq; & palæſtræ, ſimiliūq; ludorū ſtudium exercemus. Tertia veneriā, quando turgent genitalia, & ad genituram incitamur. Quarta, ſola rem, tūc enim regnat vigor, ætatiſq; ꝓfectio, ꝓperat ætaſq; media. Quinta marti ancillat, in qua opes & victorias cōcupiſcimus. Sexta Iouiale ſydus affectatur, quę prudentiā & vitam actiuā/ciuilēq; deſiderat. Septima vero quæ fœculēta eſt ætas & frigida/Saturnū habet ducem, in qua a generatione deſiſtimus, quæ vitæ meta nouiſſima eſt. Sunt autē hæc curricula ſeptena tam breui ſpacio terminata, vt homo quū ad metā ſeptimā ꝓuenerit, in primo adhuc ſtadio eſſe ſe credat, vt priꝰ curſum peragat/q; ad curſurā ſuccinctus acceſſerit, deniq; vt prius mori ſe ſentiat/q; viuere inchoauerit. Audite quo rem deducā, ſi annus ille verus eſt annus/quē magnū vel potius maximum vocāt, quo ea dē poſitio cœli, ſyderūq; curſus exiſtit, qui horum quos nō vocamꝰ, annorū milia aliquot complectit homo, nemo q; tumuis annoſus & ſenex dimidiatū vitę menſem vixiſſe exiſtimabit, & ita nullus annꝰ, nullus menſis ex æuo hominis/vel diuturno numerabitur.

Prima ætas lunæ.

Secūda Mercurij.

Tertia Veneris.

Quarta Sol.

Quinta Martis.

Sexta Iouis

Septima Saturni.

Liber ne ſenescāt hoīes.

¶ Quidā olim ex numero philoſophoꝝ librū condidit, quo docebat quēad modū homines nō ſeneſcerēt, & iuuēta perpetua iugiter fruerent. Vellem nobis aliquid ex eo medicamēto propinari, quo nullum foret precioſius, ſi vſq; reperiretur, ſed quū nuſq; reperiatur, nihil illo fabuloſius. Meritoq; Galenus in libro περι του μαραϲμου, id eſt de tabe Philoſophum illū tanti muneris promiſſorem, vt ridiculum/nugatoriūq; deridet, atq; ſubſannat qui de hominibus non ſeneſcendis diſciplinam profeſſus, tamen ipſe conſenuerit, ſimilis a Democrito promiſſa vanitas de corporibus hominū reuiuiſcendis/qui non reuixit ipſe.

Galenus.

Vanitas Democriti

Epilogatio

Bullæ Vixi

¶ Ergo homo quū bulla ſit, eoq; magis ſenex, immortalia ne ſperemꝰ, quū nihil ſit mortalitate noſtra mortalius, ne ſpiremus ſuperbiam/quū nihil ſit noſtra fragilitate fragilius. Singulos dies, ſingulas vitas putemꝰ. Eūtes cubitum, dicamus vixi, & quē dederat curſum fortuna peregri, ille enim beatus degit, cui licet ī diem dixiſſe, vixi. Quiſquis dixit vixi, quotidie ad lucrū ſurgit. Sit mens noſtra haud quaq; de craſtino ſollicita, Nam qui pendet ex craſtino, perdit hodiernū. Tu quācunq; deus tibi fortunauerit horā, Grata ſume manu, nec dulcia differ ī annū. Viue memor q; ſis æui breuis, Deniq; ſimus memores illiꝰ oraculi famigerati quod inquit, γνωθι σεαυτωρ cognoſce teipſum. Quod q; late pateat, q; multiformit interꝓtet, anno ꝓximo ſcite opinor/copioſeq; diſſerui. Itaq; laudabimus prouerbialē hāc/q; homo bulla eſt, diſputationē cum Plinio dicētes. Is demū ꝓfecto vitā æqua lance penſitabit, qui ſemꝑ fragilitatis humanæ memor fuerit. Sed iā tempeſtiuū eſt, vt exequamur reliqua ꝓpoſiti, & ꝓuerbia (prout cœpimus) morali ſuculentaq; explanatiōe penſitemus. Vos (vt cœpiſtis) attendite, ſuccinctior enim/breuiorq; in ſingulis deinceps ero, vt ſiquid nauſeæ ex primi ꝓlixitate collegiſtis, id reliquorū breuitate diſcutiam.

Quid dicat Pliniꝰ/ſeduło animaduertas.

Paroemia Genu crure propius.

¶ Paroemia græcorū eſt γονι κνημησσγγιον, id eſt genu crure ꝓpius eſt. Dicitur autē de his qui ſeipſos magis q; amicos diligunt, cui conſimile eſt illud apud noſtros vetus verbum, Oēs ſibi eſſe melius malle q; alteri.

Et illud, Egomet sum ꝓximus mihi. Consimilis quoq; est illa prouerbialis plautina sententia, Tunica pallio ꝓpior est. Tunica ꝓpior pallio.

¶ Narrant græci quendā quū videret fratrem, & fraternum, hoc est fratris filium bello oppressos periclitari, ꝓtexisse ex duobus fratrem, dixisse hoc ꝓuerbium γονυκρεμησεγγιον, id est genu crure est propinquius tanq; frater potius iuuandus fuerit q; fratris filius, cuius ꝓximitas & gradus est arctior. Docemur autem hoc Adagio, vt in nobis sit charitas ordinata, sicuti ecclesiastica documenta præcipiunt, ne ordine præpostero posteriores prioribus anteponamus. In plurimis aūt (vt inquit scitissime Origenes in cantici homelijs) charitas inordinata conspicit. Quicquid in primo loco diligere debēt, diligūt In secūdo. Quid in secundo, diligūt in primo. Et quod oportet amare quarto, amāt tertio, & rursus tertiū in quarto. Et sic in plærisq; ordo est in amore præposterus atq; cōfusus. Vñ fit vt aliquādo palliū tunica, & crus genu sit ꝓpius. Fraternus Origenes. Charitas inordinata.

¶ Lex natutæ deposcit, vt secundum nos diligamus parentes dei filios, mox domesticos nostros. Propior est colligatio interiorq; societas cum ciuibus q; cum externis. Hinc illud exemplum dignum memoratu, Alcamenes Athenienſis & Agoracritus parius in scalpendo marmore significes clarissimi, phidiæq; discipuli inter se ambo certauere in signo veneris faciēdo, vicitq; Alcamenes suffragijs athenienſiū, q cōtra ꝓgrinū ciui suo suffragati sunt veluti cōcinnētes, Tunica pallio ꝓpior est. Ciuis externo anteponēdus. Exemplū Alcamenis Signifer

¶ Natura rerum parens induit nobis, inoleuitq; in ipsis statim principijs quibus nati sumus, amorem nostri & charitatem ita prorsus vt nihil quicq; esset charius, propensiusq; nobis q; nosmetipsi, vt quisq; in seipso, suisq; rebus prouerbium comprobet γονοκυημησηγγιον genu crure proximius. Nihil nobis charius q; nos

¶ Interdum tamen vsuenit vt nimio nostri amore, & (vt græci dicunt) philautia peccemus, quæ veluti obcæcatos reddit, & a recta semita transuersos trudit, vt vitia nostra excusare malimus q; excutere, vt dum illud ꝓtinaciter asserimus, Tunica pallio ꝓpior est, nec tunicæ nec pallij verā rationem habeamus, Philautia

¶ Ex hac nimiq; philautia fit, vt vnusquisq; se primūm eius artis quam ꝓfitetur artificem iactitet, vt sese inter summi subsellij viros ostentet, in secūdis, tertijsq; consistere erubescens. Hoc agitedū exemplis illustribus nec in uulgatis ostendat. Exemplij notabile Xersis

¶ Xerses ille potentissimus Persarum rex, qui (vt omnes nouere) maria in ambulabat, terras nauigabat, cuius copijs militaribus flumina non sufficere, cuius classibus angusta fuerunt maria, qui multitudine sagittarum cœlum obumbrabat, indicto bello terribiliter græcos inuasit, Sed sicut introitus in græciam fuit formidandus, ita exitus erubescendus. Siquidem nauali apud Salaminā prælio ꝓfligatus fugitiuo similis e græcia turpiter aufugit.

¶ Græci post partam inclytam victoriam, & prædam hostilē dispertitam ad isthmū nauigauere, daturi præcipuū præmium græcoq; meritissimo, q in hoc bello præclarissime rem gessisset. Itaq; iussi duces sunt suā quisq; sententiā scriptā deferre in aram neptuni, quē nam ex omnibus primū, & quē secundum iudicarent. Ecce tibi philautia, ecce tunica pallio ꝓpior. Quisq;

Quis prim⁹. Quis secūd⁹ Quisq; se primū scribit.

se primum scripsit, sese illum qui præstantissimus omnium extitisset existimans. Sccūdas vero partes ferme omnes dedere themistocli, ex quo is primus recte iudicatus est, qui cæterorum iudicio secundus habebatur.

Themistocles secūdus iudicatur.

¶Consimilis Philautia, & nimius sui amor apparuit in illis quoq; laudatissimis artificibus, qui venientes in certamen, fecerunt ex ære amazonas, quæ quum in templo ephesiæ Diane dicarētur, placuit eligi probatissimam ipsorum artificum qui præsentes erant iudicio. Quisq; suam primam iudicauit, quum omnes secundam a sua amazonem polycleti iudicassent. Itaq; illa cunctis prælata est, & prima merito habita quæ omnium iudicio secūdas obtinebat. Idcirco illi castigatione censoria digni videntur, qui seipsos maxime amant, qui græco vocabulo φιλαυτοί, id est sui amatores appellantur. Si equidē in beneficijs dandis tunica pallio propior sit, & genu crure proximius, vt scilicet in amicū magis q̄ in ignotū benefici simus, vt domesticū, vt necessariū, vt familiarē extrarijs anteponamus, vt nostris prius q̄ alienis opitulemur. Hæc est ordinata charitas, hic ordo diligendi, sed sæpe multa interueniūt propter quæ magis peregrinus q̄ ciuis, extrarius q̄ domesticus sit foucēdus, subleuāduſq;. Quod nisi feceris, male audies, infamiaq; pulsaberis. Apud maiores hoc obseruatū est, vt in opera dāda, officioq; faciūdo hospites cognatis, affinibusq; añponerent̄, essentq; potiores.

Amaçon polycleti cūctis anteposita. Philauti.

Hospites cognatis anteponebātur.

¶Et sane Rhomani quorum exemplis latina micat historia, tātopere alienigenas fouerunt, vt peregrini Rhomæ regnauerint, vt claudia gens exsabinis in patritios coaptata sit, vt Portu tusculo corūcani camerario in senatum asciti sint, vt Cor. Balbus maior, homo externus & in extremo oceano genitus, hoc est Gaditanus ad fastigium consulatus aspirauerit, deniq; vt iuridicum magistratum rhomæ esse voluerint, qui ius diceret peculiariter peregrinis. Vnde & peregrinus prætor nuncupatus.

Peregrini electi in senatu. Cor. Balbus maior. Prætor peregrinus.

¶Itaq; decet virū prudentē solerter cūcta perpēdere & ꝓuerbij meminisse, quatenus res, ratioq; permiserit. Alioquin si dixeris. Tunica pallio propior est, ita retaxari poteris. Nec pallīū, nec tunica quid sit, satis ꝓbe nosti.

Aequalitas amicitia. Amicorum omnia communia.

¶Aristoteles in. ix. Ethicorū meminit huiusce ꝓuerbij græci γονυκρηπεσσέγγιον, memorat & illa ισοτησφιλοτης, id est æqualitas & amicitia, & μιαψυχται των anima vna, & φιλων παντα κοινα amicorum omnia cōmunia. Ostendens hæc vniuersa cōpetere ad eum qui maxime sibi est amicus, & ꝙ seipsum maxime amare oportet. Quod totum discerniculo philosophico dijudicat, & philosophica grauitate perpendit, hoc modo, Bonum inquit virum oportet φιλαυτον ειναι, id est sui esse amatorē. Nam & sibi ipse & cæteris proderit agendo honesta. Prauum autem non oportet, namq; & sibi nocebit, & propinquis affectus prauos sectādo. Demus ergo operam vt boni simus, vt & nobis & cæteris ꝓdesse possimus, vt φιλαυτοι, id est nostrimet amatores cū laude dicamur. Deniq; vt possimus decenter dicere & conducenter, γονυκρηπεσσέγγιον, genu crure propinquius, & Tunica pallio propior est.

Prouerbium lex & regio. Ius municipale.

¶Paroemia apud græcos inclyta est νόμος καιχώρα, id est lex & regio qua significat ꝙ nō omnib⁹ vnus est viuēdi mos, nō lex, nō cultus, sed singulas nationes ꝓprijs vti legib⁹, & singulis gētibus suos esse ritus peculiariaq; instituta. Vnde ius ciuile vocat a iurecōsultis ius ꝓpriū cuiusq; ciuitatis, quæ & iura mūicipalia dicūtur. Verū quū varietas abstergat auriū

faſtidiū ſitq; vt camœnæ græce canūt, omniū iucundiſſima hac vtemur, varias capitulatim memorātes priſcarū nationū leges & ritus.

¶ Gothorū populorum lex eſt. vt regem eligant eum qui ſit ipſorum pinguiſſimus/habitiſſimuſq;. Vbi ſtrigoſus & macer de regno nō cogitat Syracei regem faciunt proceriſſimū/grandiſſimūq;. Vbi pomilionibus & pygmeis nulla aſpirandi ad regium faſtigium ſpes. Carthaginēſes imperatorem eligunt, non ſecundū nobilitatē/ſed ſecundū virtutem. Vbi ſtemmata imagineſq; famoſæ nil proſunt nobili/ignauo & inerti. Iidem pueros patritios/ingenuoſq; ſaturno immolant, vnde fit vt apud illos malis celebs eſſe q; maritus, orbus q; pater. Hanc legem tetram & inhumanæ crudelitatis plenam/ſignat Sillius his verſibus. Mos fuit in populis quos cōdidit aduena Dido. Poſcere cæde deos veniam, ac flagrantibus aris. Infandum dictu paruos imponere natos.

Rex eligitur pinguiſſim⁹. Rex fit amplisſimus Imperator ob virtutē. Pueros Saturno victimant.

¶ Perſæ inter vina magnis de rebus cōſultāt, quas firmiores putāt q; quæ in ſobrietate tractantur. Vbi hydropotæ, id eſt aquæ potores vt mali conſiliatores explodūtur, vbi cōſiliarijs abſtemijs/& inuinijs nō eſt locus. Item reges vt deos venerant ea adoratione quæ προσκυνησις vocatur. Apud eoſdē filius ante quinquennīū in conſpectū patris non venit more ꝓbatiſſimo. Siquidē decedēs inter educationem ætate illa infantili, nullum vel minimum affert patri mœrorē/triſticiamq;. Conſimilis quoq; gallorū mos, qui ſuos liberos niſi quū adoleuiſſent palam ad ſe adire nō patiebant, filiūq; in puerili ætate, in publico in conſpectu patris aſſiſtere turpe ducebant. Apud eoſdem pro victimis homines immolabant.

Perſæ Hydropotæ inter vina cōſultatio. Inuinij. Proſcyueſis. Filiꝰ añ quimatum a patre non viſit

¶ Apud Parthos plures vxores vni viro maritant. & quū cōmodiꝰ ſit vt vna duobus nupta ſit, q; vt vni duæ nubant. Illi per innumeras cōiuges voluntantur inſtar gallinaceorū ſalaciſſimi. Neq; ſalacitate nimia fatiſcētes, quibus herba illa Theophraſti habenda foret, cuiꝰ tactu auctor ille grauis tradidit ſeptuageſimo cōcubitu durare libidinem.

Parthi Herba theophraſti ad coitum.

¶ Apud eoſdem lex erat, vt filias, ſorores, matres quoq; ipſas in matrimoniū ducere liceret, & quæ apud nos infanda ſunt coniugia, apud illos legitima habebātur. quod totum vt barbaricū ac deteſtabile prorſuſq; ferinū ſic ſigillat & execratur lentulus apud Lucanū. Nam barbara vobis eſt ignota ven⁹, quæ ritu cæca ferarū. Polluit innumeris leges & fœdera tedæ, Cōiugibus: thalamiq; patent ſecreta nefandi. Inter mille nurus, epulis veſana meroq;, Regia nō vllis exceptos legibus horret Cōcubitus, tot fœmineis complexibus vnū, Non laſſat nox tota marem, iacuere ſorores. In fratrum thalamis/ſacrataq; pignora matris.

Lucanus in inceſtū parthorum.

¶ Magi quoq; qui philoſophi ſunt Perſarū/ex ritu diræ ſupſtitiōis naſcunt ex infando matris filijq; cōcubitu, quod & Catullus oſtendit illo verſu. Nā mag⁹ ex matre & gnato gignat oportet. Si vera eſt perſarū impia religio, apud eoſdē fas non eſt expuere in mare, lauare corpus in flumine & meiere in amnicas aquas, naturā eam talibus vſibus violari exiſtimātes.

Magi ex concubitu matris & filij.

¶ Trauſi qui ſunt thraciæ populi, habēt luctuoſa puerperia funera lætabūda. Namq; edito puero, propinqui eum circūſidentes comploratione proſequūtur. Recenſentes quaſcunq; neceſſe eſt illi q; vitam ingreſſus ſit perpeti humanas calamitates, eum vero qui fato functus deceſſerit per luſum, læticiāq; ſepeliūt referētes quot malis ſit liberatus, tanq; mors eripiat hoīes a

Trauſi Luctuoſa puerperia

Hi vitæ ærumnas deflēt. malis/nō a bonis. Res hæc in ædibus Bentiuolorū in ambulacro viridarij graphice depicta est Monochromateo genere picturæ, cui subscriptū legit nostrum hoc monosticon. Hi vitæ ærumnas deflent, hi funera plaudūt.

Exemplum Crates. ¶Massigetæ in via in ꝓpatulo sine pudore cōcumbunt tanq; cynicorū dogmata ꝓbent, & Cratis sectent exemplū, Qui in porticu in loco celebri coram luce clarissima cū vxore hipparchia concubuit, quos Zeno iniecto palliastro a circūstantis coronæ obtutu defendit/protexitq;.

Alani creophagi. ¶Alani creophagi sunt, hoc est carnibus aluntur pane nō vescentes, a dogmate pythagorico deuij/penituscq; abhorrētes.

Ichthiophagi. ¶Ichthyophagi solis piscibus victitant, vnde & nomē tanq; illorū sectam emulentur, quorū vita pisculenta est, æsu carniū interdicto.

Galactopore. ¶Galactopote lacte nutriūtur, quod & nomen ostndit.

Mos egyptiorum Ede, bibe, lude. ¶Agyptiorū mos iste cōuiualis memorat, Ex ligno simulacrū mortui factū longitudine cubitali, simillimū vero confert vn⁹ in cōuiuio, ostendensq; id singulis coepulonū ait. Tu in hunc intuens, ede, bibe, lude, talis post mortem futurus. Quē ritum signat & Silius canens, Aegyptia tellus corpora, & a mensis exanguem Haud separat vmbrā.

Circūcisio Sabbatum Dies Saturni. ¶Idem ægyptij sed & æthiopes & colchi circūcidunt genitalia, quod nūc prope peculiariter iudæi obseruant, qui octauo die cultro petrino ex mosaica lege pueros circūcidunt. Idem quolibet die Saturni, hoc est singulis sabbatis feriati ociantur. Quod illudit Seneca ostendens septimā vitæ partem perdere iudæū, cui (vt inquit Satyrographus) Septima quæq; fuit lux ignaua, & partem vitæ Nō attigit vllam.

Germanorū vita. ¶Germanorum vita omnis antiquitus in venationibus consistebat, omnes instrumēto venatorio instructi feras vestigabant, ita duriciei corporis firmitudiniq; studentes. Quod genus exercitationis vt virile maxime probat Plato libro septimo de legibus.

¶Possem exempla hoc genus prope infinita cōgerere, sed occurrēdum est satietati, quū satis superq; cōstet ex antedictis verum esse prouerbiū quod ait ꝩo μοσκαι χωρα lex et natio. Ex quo illud quoq; commonemur plus in hominib⁹ pollere leges & ritus q; vim syderalē, qua mathematica cūcta cōfiteri est ꝓsuauissimū. Nec em̄ vlla positura stellarū et radiatio esse potest quę oēs iudæos impellat ad circūcisionē octaua die faciendā/vbicūq; nascūtur. Nec possibile est oēs eundē habere horoscopū/eandēq; geniturā, sed ex prescripto legis hoc fieri certū est. Sic & christsani tincti fiunt, hoc est baptiçati, nō ex sydere natalicio/sed ex dogmatis nostri instituto.

Plus lex pollet q; sydera.

Tincti christiani ex lege Magussei q Germani. ¶Nec apud Parthos ac Persas Magussei (sic enim appellant incesta matrimonia ineuntes) habēt omnes in natiuitate Venerē in domo Saturni cum Saturno cōiunctam, quæ radiatione Martis maleuola aspiciatur. Nec Germani omnes habēt horoscopum in quarta parte leonis, nec oriente canicula nascūtur, quibus syderibus horoscopātibus ex syderalis scientiæ placitis venatores producūtur.

Lex gætulorum. ¶Apud Gætulos lex est a mulierib⁹ agros coli, domos ædificari, oia odoramenta/vnguentaq; aspernātibus, vestes quoq; infectu coloris preciosas fastidientibus. Econtrario viri hisce omnib⁹ oblectātur, quū sint tamen bellicosissimi. Nec tamē dicendū est fœminas omnes gætulorū in Capricorno aut Aquario male affectam venerē habuisse, nec viros oīs in Ariete vnacū

Marte venere cõstituta natos esse. Quod fortes simul & delicatos efficere viros chaldeorũ siue mathematicorũ decreta cõclamãt.

¶ Cętera de genere hoc adeo sunt multa q̃ loquacẽ delassare valẽt fabiũ. Sat nobis sit summatim ista libasse, nec in hæc diuertisse fuerit alienum p̃pter inuulgatam assertionem qua traditum est, omnia quæ agũt homines & minutissima quæq; fieri vi syderali fatiq; decreto. Nos potestati stellarũ multa, immo maxima tribuimus, non inficiamur terrena cœlestibus ancillari, essecq; ipsius fati necessitati obnoxios mortales, quod & mox paulo planius liquebit. Sed & libertatem arbitrij & legem & consuetudinẽ plurimũ pollere in hominibus alacriter asserimus id quod præter cæteros sentit Apolonius Tyaneus, qui ait apud Philostratũ homines naturæ legiq; seruire. Aliogn si homines nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciant, sed ducẽtibus stellis et aurigãtibus, nõ plane homines, nõ λογικαξωα, id est rationalia animalia, sed ludicra quædã præstigiatorũ & ridẽda neruis mobilia esse videbunt.

Terrena cœlestibus ancillantur

Libertas arbitrij pluri mũ possidet in homine Apollonius.

Homines seruire legi

¶ Ex hoc eodẽ puerbio quod est ρομοσκαιχωρα lex & natio admonemur pulchrũ esse multas terras pagrare, multarũ nationũ leges & mores inspicere. Pars sapiẽtię nõ minima ẽ nouisse gẽtes multijugas et gentiũ ritus. Sic poetæ heroas illos singulari præditos sapiẽtia fuisse declarãt, qui peregrinatores extitissent, multaq; loca erroribus diuturnis pagrassent. Sic ille ingenior̃ fons Homerus Vlyssem præconio virtutis extollit, q̃ mores hominũ multorũ nouit & vrbes. Ex hac laude cẽsendus est Prothonotarius meus Bentiuolus, q̃ susceptа Hierosolymaria pegrinatione, voluit præsens oculis contẽplari loca religiosissima, quæ auribus absens celebrari quotidie inaudiebat, q̃ cũ Plautino milite congruẽs dicẽte, pluris ẽ ocula tus testis vnus q̃ auriti decẽ. Duce religiõe intrauit maria magnas terras obeũtia, & penitissimas iudææ gentes accessit. Hierosolyma quem iudææ vmbilicũ tradũt/introiuit, vbi templũ illud Salomonis famigeratũ, & cætera monumẽtis historicorũ loca celebrata pspexit. Sion ascendit, quæ arx vel specula interp̃tat. Vbi sepulchrũ dñi sanctitudinis & veneratiõis plenũ venerabũdus salutauit, & sane sacrã scripturã lucidius intuebit (vt inquit diuus Hieronymus) q̃ iudææ oculis cõtemplatus est, sicut græcorũ historias magis intelligũt q̃ viderint athenas. Laudabile est fuisse Hierosolymis, etsi laudabilius est Hierosolymis bene vixisse, Cõmonefaciat nos frugiferæ hoc ꝓuerbiũ ρομοσκαι χωρα, vt ex contẽplatione variarũ nationũ & morũ, quæ laudabilia sunt & sancta æmulabundi sectemur, quæ culpabilia & obscœna factu vitabũdi repudiemus.

Peregrinatio laudabilis.

Prothonotatius Bentiuolus petijt Hierosolymã

Pluris oculatus testis q̃ auritus.

Vmbilicus iudææ.

Sion specula.

Cõcludẽs interp̃tat hoc ꝓuerbiũ Lex & natio.

¶ Paroemia græcorũ est τρυγοροσλαλητερος, turture loq̃cior, quæ de loquutuleis & blacteronibus atq; in verba ꝓuectis hominibus dicitur q̃m turtures non solum ore, sed etiam posterioribus membris resonare ac obstrepere creduntur. Docemur hoc prouerbio salubriter & scite, ne simus futiles & immodici loquutores, ne os nostrum scateat verbis lapsantibus/ne loquacitatis neruo deuenustemur, cui consimile est alterum illud τοδωδωναι ον χαλκειον, lebes dodoneus cuius meminit Menander. Fuit enim dodonæ lebes æneus supra columnã io sublimi positus, puer autem & ipse ex ære fabrefactus in altera cominus colũna constitutus flagellũ æreũ tenens flante vento lebetem æneum ꝓsæpe circũactus percutiebat & ita diu lebes ille resonabat. Vnde adagium hoc ortũ est de garrulis &

Prouerbium Turture loquacior

Lebes dodoneus,

nimiū diu tinniētibus, Quod ne de nobis merito dicaī, etiam atq; etiam ca-
uendum est. Natura nos tacita quadā institutiōe formauit ad parciloquiū,
quæ duas homini aures dedit, os vnum, vt plura videlicet audiret q̄; loque-
retur. In multiloquio (vt inquit Salomon in Prouerbijs) peccatum nō de-
erit. Cōtra sermoni parcere multis de causis salutare est, vt inquit pruden-
tissime Plinius, Multi impēdio loquaciores sæpenūero voces effutiūt, quæ
mox per iugulum reuertūtur, & sæpe lubricum linguæ trahitur ad pœnam
q̄uis iureconsulti non trahēdum esse præcipiant ad legem Iuliam maiesta-
tis. Et vt inquit ille, Nescit vox missa reuerti. Et semel emissum volat irre-
uocabile verbum.

Natura ad pciloqui homines instituit.

Lubricū lingua

Horatius

¶ Hinc laudatus Xenocrates ille Platonicus, qui cū maledico quorundā
sermoni taciturnus interesset, vno ex his quærente cur solus taceret, scitissi-
me respōdit, quia dixisse me inquit aliquādo pœnituit, tacuisse vero nunq̄.
Græci dicūt ψίθυρον αγδρακβαλετησ οικιασ, id est hominē loquacē
ex ædibus tuis explodito, cui cōcinnit symbolū illud Pythagoræ, hyrundi-
nem in domo nō suscipiendā, quod significat garrulos & verbosos hoīes
sub eodem tecto nō habēdos. Hic est ille Pythagoras primus philosophiæ
nūcupator, q̄ loquacitatem improbās discipulos elinguabat. Nihil eos pri-
us docēs q̄; tacere. Vbi autem erāt silētio eruditi & εχεμυθιαν, id est taci
turnitatem bene didicerāt, tunc verba facere & quæ opinarentur exprome
re potestas erat, sed hoc erat primū sapiētiæ rudimentū, meditari cōdiscere
loquitari dediscere, nec oēs pari tēpore elingues, sed alius plus, alius minus
tacebat. Loquaciores in quinquēnium velut exilio vocis puniebātur, bonū
est auditores optimi nōnunq̄; pythagorissare & εχεμυθιαν pythagori-
cam p̄discere, id facere quod mellissium mœcenatem factitasse accepimus,
qui silentiū triēnio sibi imperauit.

Xenocratis responsum.

Symbolum Pythagore

Hirūdo elimāda

Silentiū Pythagoreorū.

Primū prudentiæ rudimētū apud Pythagoricos

Aīaduersio Pythagoræ in loq̄ces

¶ In sacris priscorū ethnicorū hoc est gentilium silētium tanq̄; salutare præ
cipitur, in quibus notissimū est illud verbū, Fauete linguis, quo silentiū im-
peratur, vt rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepēte. Alterū est
sacrificale verbum, minus vulgo notum in eandem sententiam, pascito lin-
guā, hoc est coerceto/contineto/taceto. Namq; vt scitissime refert Hierony-
mus, & in decretis canonicis dist. v. de consecratione repertum est. Verbo-
rum multitudine nō flectit deus, q̄ nō tam verbis q̄; corde est adorandus.
Hinc in cerimonia Rhomanorū diua angerona digito ad os amoto, silētiū
denūciabat. Huc quoq; p̄tinet Arpocrates ægyptiacæ religionis deus, qui
figurabaī ore obsignato vocem premēs, digitoq; silentium suadens. Quū
igit silentium salutare sit, garrulitas stulta & detrimētosa, caueamus ne de
nobis p̄uerbia duo merito dicātur, τρυγονοσλαλιστερωσ, id est turtu
re loquacior & δωδωναῖον χαλκειον. Dodoneus lebes. Ne similes si-
mus mulierculis, quæ lingulacæ sunt & largiloquæ. De quibus dictum est
nullam inuētam esse mutam in omni sæculo, & quū nil æque fœminas for-
net ac silentiū, quod græce dicit γυναικοσμιοτησ φερει. Fœminæ
nostri sæculi hæc ornamenta nō norunt, cultum hūc repudiāt, & schola Py-
thagoræ ob turata gymnasiū loquacitatī aperuerūt, vbi sine doctore doci
les, immo vbi omnes magistræ sunt, tam veteranæ q̄; tyrūculæ, vbi tot pa-
riter peiues & tintinnabula dicas pulsari. Etēm vt inqt veriss̄ime Plautus,
Suppellex mulieris est clamor.

Angerona.

Arpocrates

Lingulacæ fœminæ

Gymnasiū loq̄citatis.

Supellex mu liebris

¶Nos vero decet meminiſſe, quemadmodum natura vallum dentium oppoſuit petulantiæ verborꝫ coercendæ. Quod Homerus appellat, ερκοσ ολοιτωιν, vt ita verba quæ volātia poetæ appellāt detractis pinnis intra ſepimentū hoc cohiberent. Bene em̄ exiſtimatū eſt orationē nō in ore naſci debere, ſed in pectore, linguāq; qbuſdā quaſi vinculis ſuffrenandam. Nam vt inqt Heſiodus, γλωσσησ τοι θησαυροσ εν ανθρωποισιν αριστοσ, id eſt optimus eſt homini linguæ theſaurus.

Vallū dētiū

Heſiodus

¶Ennius in homine graphico abſolutoq; laudat imprimis linguæ parſimoniam, illo verſu. Secunda loquens in tempore cōmodus & verborum vir paucorum. Oratio Flacco datum eſt vaticinium, Garrulus hunc quando conſumet cumq; loquaces, ſi ſapiat, vitet. Nos ergo ne garrulorum garrulitate conficiamur, vitemus loquaces, & ipſi procul ſimus a Therſita Homerico, quem αμετροεπη, id eſt ſine fine verba fundentem, Maximus poetarum eſſe ſcribit. Tacendum ſemper eſt vt olim dixit Maro noſter, niſi quum aut taciturnitas ſit obfutura, aut oratio profutura. Græci canunt, κρειττον σιωπαν η λαλειν α μη πρεπει. Et ουδεν σιοπησεσται χρησιμωτερον, id eſt melius eſt tacere q̄ loqui indecora, Nihil ſilentio eſt vtilius.

Ennius

Therſites Homericus

¶Ego adeo prouerbium hoc cauēdum cenſeo, Turture loquacior, vt ſuadeam potius illud alterum, τεττιξ ακανθιοσ, id eſt cicada acanthina, & illud, βατραχοσ σεριφιοσ, id eſt rana ſeriphia, quod de mutis dicitur, & taciturnis. Siquidem mutas eſſe ferunt, minimeq; canoras acanthinas cicadas, & item ranas in ſeripho inſula obmuteſcentes progigni. Malim equidem dici vt eſt in alio græcoꝝ prouerbio, κωφοτεροσ κηχλιοσ, id eſt taciturnior turdo q̄ turture loquacior. Sed quū virtus ſit quædā, vt græci dicūt, μεσοτησ, id eſt mediocritas, nolim tamē ita ſeruare ſilentiū, vt ſilētio peream, id quod amyclis ferūt contigiſſe. Vnde ſcite Lucilius. Mihi neceſſe eſt loq, nam ſcio amyclas tacendo perīſſe. Scitum quoq; eſt illud, Caput ſine lingua pedaria ſententia eſt. Et vt inquit Flaccus, Quum vitāt ſtulti vitia in contraria currunt. Ego in me cupio ꝓbari illud Horatianum, Dīſ bene fecerunt inopis me, q̄q; puſilli finxerunt animi raro & perpauca loquentis. Lingua quæ animi interpres eſt, vt ait Lucretius, animi ſenſa expromat non ineptias. Occurrit hoc in loco fortaſſis auditor cautus & ſollers, inquiens, Quid tu magiſter qui tantopere ꝓbas laconiſmon, & laudas linguæ parſimoniam tam linguax es & largiloquus, cur quod in alīs carpis, id in te inſigniter oſtētas?

Cicada acā.

Rana ſeriphia

Taciturnior turdo.

Amyclæ ſilētio periere

¶Audi auditor bone, loquacitatem futilem & inſcitam taxamus, multiloquium carpimus, in quo nulla ſubiecta ſententia eſt, nec ſcientia. Sed ſi orator ex promptuario litterario erudita depromit, idq; longa facit oratione, nō tam loquax q̄ facundus eſt habendus, nec illa tam loquentia exiſtimanda q̄ eloquentia. Ciceronis oratio vt proximo vtar argumento ea dicitur eſſe optima/quæ eſt ꝫōgiſſima, q̄d ita? Quia eloquētiſſimus/eruditiſſimus/eloquētiſſimus eſt. Hæc autem fandi copia & dapſilis dicēdi vbertas quū in cæteris Tullianis voluminibus elucet, tum in orationibus eſt eminētiſſima. De quibus dicere poſſumus id quod de Platonis oratiōe phauorinus dicere ſolebat, ſi ex Ciceronis oratiōibus verbum aliquod demas mutesue atq; id commodiſſime facias de elegātia tamen detraxeris, Nō ſunt longa

Loquētia Eloquētia

Phauorinus de oratione Platonis.

quibus nihil est quod demere possis. Et sicut arbores nihil pinde ac proceritas atq; altitudo cõmendat, ita Ciceronianas orationes nihil magis q̃ copia atq; vbertas exornat, quar̃ virtutes multijugæ singillatim quotidianis lectionibus explicabuntur, & sole clarius apparebit, q̃ prouerbium, Ἰρυγοροσλαλιστερος. Turture loquacior, nõ cadit in Ciceronẽ, nec in alter̃ quempiã, qui fluento eruditæ ac lepidæ orationis inundet. Sed in eos qui quũ loqui nesciant/tacere nõ possunt, q̃ futili garrulitate diffluẽtes ea loquitant̃ atq; deblacterent, in q̃bus nec pes nec caput appareat. De q̃bus dici potest tertiũ quoq; illud frequẽs apud græcos adagium. γραωῤ υθλος, id est anicular̃ deliramenta & nugæ. Quod vitium ꝑcul abfore dictis nostris scriptisq; ꝑmittimus. Quod vt in præsentia re magis q̃ verbo præstem/ cõpendiosiora ꝓcurram, & q̃tũ ad hoc ꝓuerbium ꝑtinet verbum nõ amplius addã.

Vetular̃ nugæ.

Necessitati cedũt dĳ Liuius Palladius. Dionysius. Iosephus

¶Prouerbium est Platonicum, ἀῤ ἀγκηοὐδὲθεοῖ μἄχονται, id est aduersus necessitatem nec dĳ quidem pugnant, quo significatur necessitati nihil resistere ac reluctari posse. Apud Liuium ait. L. Lentulus, pareat̃ necessitati, quam ne dĳ q̃dem superant. Apud eundẽ inquit Messius volscus necessitate quæ vltimum & maximum telum est superiores estis. Scite & eleganter a Palladio dictum est, Necessitas feriĳs caret, Dixit Dionysius. Necessitati etiã dei cedũt. Iosephus de bello iudaico inquit, Nihil est necessitati putagnatius.

Parcæ filiæ necessitatis Apuleius.

¶In decretis canonicis dist. i. de consecratione, Necessitas legem non habet. A Valerio maximo, Necessitatis leges amarissimæ, & imperia truculentissima optimo epitheto nuncupantur. Plato & Plotinus Platonicus doctissime scripserunt parcas, αῤακηος, id est necessitatis filias esse, quæ vna cum matre fusum torqueant, & in cuiusq; generatione conuoluant. Hinc Platonicus alter, Non minus nobilis Apuleius noster. Deum inquit vltrix necessitas semper & vbiq; comitatur. Ille quoq; ter maximus, vt nomine ipso apparet Trimegistus, docet quemadmodum, ε μαρμενιῤη, id est fatum & necessitas ambæ sibĳ nuicem indiuiduo cõnexæ sunt glutino, quarum prior, ἐι μαρμενῤη, rerum omnium parit initia. Necessitas vero cogit ad effectũ.

Trimegistus

Philosophandũ paucis.

¶Ver̃ quum philosophandũ sit iuxta Neoptolemũ ennianũ paucis. Iam a sublimioribus ad humiliora, a philosophicis ad historica transiliamus, quæ oppido iocũdiora sunt. Et quum multa sint veter̃ memoriar̃ documenta quibus manifestissime demonstrat̃ necessitatem esse ineluctabilem inuincibilẽq;, erimus in præsentia cõtenti hoc vno exemplo, quod præ manibus est, quod ab re quã molior haud quaq; est alienum & αῤαγκη, de qua loquor accõmodatissimũ.

Historia recondita memorabilis. Conuiuiũ Attagini

¶Attaginus Thebanus cõuiuio magnifice lauteq; apparato, Mardoniũ ducem Persar̃, & cum eo honoratissimos Persas numero quinquaginta, totidẽq; Thebanos inuitauit, eosq; in mẽsa alternos Persam & Thebanũ discumbere iussit. Aderat & huic cõuiuio Therſander orchomenius claritudine nataliũ insignis, q̃ secundũ cœnã quum liberopatri parentarent, et poculis indulgerent, Persa ille qui iuxta therſandrũ recumbebat hominẽ, vt fit in cõuiuali hilaritate, interrogat cuiatis eẽt. Ille respõdet se orchomenium esse. Tum Persa, qm̃ inquit tu mihi mensæ consors & comprãsor es effectus, volo tibi sententiæ meæ relinquere monumentum, vt ipse quoq;

præſcius huiꝰ rei queas tibi cõſulere,cernis hos perſas cum mardonio acce
ptos in cõuiuio opipare ac magnificenter? Et copias quæ in caſtris noſtris
relictæ ſunt,horum omniũ paruo poſt tempore pauciſſimos cernes ſuper/
ſtites,& interloquendum lachrynas vbertim effudit. Tunc Therſander ea
oratione attonitus ad perſam inquit,Nonne Mardonio hæc expedit dicere
& his Perſis,qui ſecundum eum ſunt in exiſtimatione? Ille autem ſubiecit
verbum dignũ memoratu. O hoſpes inquit,quicquid ex deo fieri oportet
id homini ineuitabile eſt. Nam ne credibilia quidẽ dicẽtibus credere quiſq;
vult. Hoc permulti perſarum ſcimus,& tamen Mardonium ſequimur illi/
gati neceſſitate. Hæc ꝓfa therſandro orchomenio denarrauit veridicꝰ pror
ſus vates. Siquidem mox paulo apud platæas prælio iuſto victi & magna
occidione occiſi, euidenter oſtenderũt neceſſitatem eſſe ineffugibilem,& il
lud eſſe veriſſimũ,quod velut ex oracullo cecinit Cleantes. Ducunt volentẽ
fata,nolentem trahunt.

¶Ex hac neceſſitatis lege quæ impotẽtiſſima eſt,factum eſt vt ego nõ apu
leium prout volebam/deſtinauerãq;,ſed. M. Tullium de quo nihil penitus
cogitaram,cogar publice profiteri cur hoc? dicam ſi potero, Dederam cõ/
mentarios meos apuleianos Benedicto bibliopolæ primi nominis, eidẽq;
archichalcographo/hoc eſt impreſſori elegãtiſſimo iampridẽ imprimẽdos,
vt opus abſolutum hoc maximo tempore quo ſtudiorũ culturam auſpica/
mur,in publicum exiret atq; promulgaret,idq; ſe facturũ impreſſor ipſe re/
ceperat,iamq; res bene ſuccedebat,quũ ecce penuria chartæ quis crederet?
opus hæſit inchoatũ. Etẽm proxima æſtate quã torrẽtiſſimã perpeſſi ſumꝰ,
ſiccitate tanta laboratũ eſt,vt chartarij officinatores chartas glutino ꝓcur/
rere/& conſequenter peragere nequiuerint. Itaq; hæc ciuitas quæ alioquin
chartam finitimis populis affatim ſolet ſubminiſtrare, inopiam chartæ ſen
ſit,cuius vſu cõſtat immortalitas hominũ. Nec hoc cuipiam mirũ videat cũ
Tiberio principe ſterilitatẽ chartæ,Rhomana q̃q; ciuitas ſenſerit,factumq;
ſit rei tam neceſſariæ inopia,vt e ſenatu darent arbitri chartæ diſpenſandæ
aꝰ in tumultu vita erat. Ergo igitur quum Apuleius a carcerib⁹ ad metas
impreſſorias progredi nequiuerit ex animi noſtri ſentẽtia,feci iuxta vetus
verbum illud,vt quimus aiunt,quando vt volumus non licet, & iuxta il/
lud alterum. Si non poteſt fieri quod vis,id velis quod poſſis Dedi manꝰ,
ἀναγκη,id eſt neceſſitati,cui velis nolis parendũ eſt,quã ne deus quidẽ ſu/
perat. Verũ memor veteris prouerbij quod ait,gladiatorẽ in arena capere
conſiliũ,nec illius ſententiæ oblitus/qua aiunt,Conſiliũ ſub manu naſci de/
bere,e veſtigio meipſum conſului,neſcio an bonũ cõſiliariũ,cõſilioq; dome
ſtico vſus ſtatim cenſui nihil fieri poſſe congruẽtius,nihilq; auditoribus vti
lius,q̃ vt maximo poetarũ/maximus oratorũ copularet. Itaq; Lucio Apu
leio,quẽ neceſſitas vetat. M. Tulliũ ſubdidi ſuccedaneum. Quod ſane bono
conſilio factum videri poteſt,vt ſcilicet duo columina doctrinarꝝ,alter poe
tarũ inclytiſſimus,alter oratorꝝ deus. Ambo extra omnẽ ingenij aleam po
ſiti iunctim irent/iunctimq; enarrent. Et me Hercules in vtroq; omnes fan
di virtutes eluceſcũt,de quorꝝ laudibus melius eſt ad preſens tacere q̃ pau
ca dicere,quũ ad laudandũ ꝓ merito Vergiliũ & Tulliũ,Vergilio & Tul/
lio laudatoribus opus ſit. Præterea in libro orationũ mearꝝ extant vtriuſq;
ſcriptores luculenta præconia.

Scitũ perſæ

Mardoniũ ſequimur ne ceſſitate.

Ineffugibile neceſſitas

Benedictus bibliopolæ & impſſor

Sterilitate chartæ la/boratum.

Vt quimus

Conſilium ſub manu

Columina doctrinarꝝ

Parthis mẽdacior κρητίζειν

¶ Cæterum ne Parthis mendacior (vt dicitur) inueniar, neve dicar vt est in veteri græcorum prouerbio, κρητίσειν, hoc est cretas mendaces imitari, tantisper orationes Ciceronis enodabimus, donec impressor apuleianis interpretamentis extremam manum imposuerit. Imponetur autem continuo post solennia domini natalitia christianorumq; saturnalia, tunc fidem exoluam, tunc nomen expungam, & quod iam diu promisere/ipse præstabo. Erit autem hęc procrastinatio scholasticis oppido q̃ conducibilis. Nãq; interea aliquot Ciceronis oratiões explicabunt̃ a nobis ea diligentia eaq; omnifaria eruditione, vt ianua laxissime reserata/reliquis deinceps orationibus omnib⁹ videri possit, vt qui vel pauciſſimas audierit, cæteras sine interprete/citraq; doctorẽ adire ipse et per se intelligere queat haud sane difficulter. Anno autem a salute domini Millesimo quingẽtesimo, quẽ iubileum nominitant, perinde ac auspicatissimo & memorando anno Apuleiũ fauste/ac fœliciter initiabimus. Et quoniã iubilei facta est mentio, nõ fuerit abre pauca quędã ad iubileũ pertinẽtia, hoc potissimũ loco explicare. Vos (vt cœpistis) quæso libentibus animis/& auribus auscultate.

De iubileo scitu digna

¶ Iubileus res est & dictio iudæorum, apud quos quinquagesimus quilibet annus erat sacrosanctus. Nam vt in Leuitico scriptum legimus, Deus Mosi qui cum familiariter loquebatur, præcepit vt annũ quinquagesimum sanctificaret, eoq; remissio daret̃ cunctis iudeę habitatoribus. Itaq; omnis venditio redibat ad dominum, omnis possessio ad pristinum possessorem, ereditores a debito relaxabantur, serui libertate donabantur, & ob iubilei

Iubileus q̃d

sanctificationem agri erant feriati. Ex hoc inditum est iubileo nomen, q̃ lingua hebraica (vt docet Iosephus in libris antiquitatũ) significat libertatem Quidã (inter quos est Nicolaus de lyra) tradũt hebraico vocabulo buccinã Iobel nũcupari. Vnde iubilei nomẽ inclinatũ sit, propterea q̃ buccino tubæ & clangore mense septimo iubileus denũciabat̃. Petronius arbiter iubileũ annũ remissiuũ significare auctor est. Itẽ eo pentatheuci libro, qui inscribit̃ Numeri. Iubileus interpretat̃ annus remissiõis. Sicut ergo apud iudæos iubileo remissio dabatur rerũ corporaliũ, sic nũc apud christianos indulgetur

Remissa noxarũ.

remissio, vel (vt vtar vocabulo Cypriani) remissa peccatorũ atq; noxarum. Legitim⁹ autem iubileus est quinquagesimo quoquo anno, qua in re subit admirari iudaicam institutionẽ, quæ ex cõtemplatu numeri septenarij, qui numerus est perfectissimus, iubileum obseruandũ præcepisse videri potest Septem enim annorũ hebdomades, hoc est anni septies septeni conficiunt climactera vitæ humanæ piculosum, vt merito post numerũ potentissimũ/eundemq; in hominibus efficacem, de quo in libello Septem sapientum copiose disserui, subsequatur annus iubileus plenus bonorum/& beatitatis, quẽ cuncti mortales faustum/fortunatumq; ac fœlicem ominant̃ & optãt, quo cupimus animis/corporibusq; defœcatis mũdi/puriq;, & perinde fœlices reliquum æuum posse traducere.

Calen. Ianuarij auspicabant̃ artes

¶ Sicut ergo Prisci (quorũ institutionib⁹ vita nra formaẽ) Calẽdis Ianuarij principio anni auspicabant̃ suas q̃sq; ætates & litib⁹ supsedebãt/& dulcia gustabãt, vt fœlici auspicio tot⁹ ann⁹ iret dulcis & fortunat⁹. Ita nos ãno iubilei/hoc ẽ anno libertatis, anno remissiõis, anno sanctificatiõis, anno optatissimo, ad quẽ mortaliũ vota suspirãt auspicabimur vnacũ nris cõmẽtarijs.

Asinum apuleianumvere aureum, vere bracteatum, vt auro, fœliciq; auspicatu, vita nostra fœliciter & fortunate progrediatur, vt possim deinceps commentando, legendo, scribendo prodesse nepotibus, posteritatiq; consulere. Et vt nos ingenij monumentis vixisse testemur.

¶ Epilogus.

¶ Habetis viri clarissimi sententias populares, non populari opinor trutina examinatas a nobis, sed morali potius & litterata statera perpẽsas. Habetis prouerbia quorum vsurpatio minime ludicra videri debet, cum his scateant volumina philosophorum, cum his non abstineant sanctarum legum conditores. Deniq; quum scriptores omne genus prouerbijs perinde ac condimẽtis libros suos referciant, quorum hodierna explicatio etsi iam quadam tenus lectionibus nostris accommodata est, nunc maxime adglutinetur & cohærenter adhæreſcat.

Prouerbia in libris philosophorum

¶ Vulgares sentẽtiæ sunt ꝓuerbia. Vulgares scriptores sunt Vergilius & Cicero. Quid em̃ magis in ore vulgi est, quid vsu populari magis detritũ. Docti indoctiq;, vrbani & rustici opifices, omnes pueri, mulierculæ Vergilium Ciceronemq; nouere, nihil vulgare magis, vterq; quotidie excutitur, quotidie cõprobatur, & quũ ex illo ꝓuerbiali verbo, quot capita tot sentẽtiæ, fiat vt scriptor qui vni placet alteri displiceat, quod vnus & alter probant, plusculi improbent. In vergilio Ciceroneq; probando cõspirant omnes tam amusoteri q; litterati, nec tam pedibus q; animis vadunt in eandẽ sententiam laudationis. Iam vtriq; sibi hoc laudis prope peculiariter vendicauerunt, vt appellatione oratoris. M. Tullius, appellatione poete Vergilius ſignificẽtur, quorũ duorum virtus non indigna vllius præconij amplius est, tanta claritas superfluit. Prouerbiorũ doctrina seria est & frugifera vt docuimus, & medulla succosior. Maronis & M. Tullij doctrina q; seria q; frugifera sit & medulla succosa qui nescit, nihil prorsus scit, qui ignorat, nihil non ignorat, qui duo scriptores quãto magis leguntur, tanto magis legendi sunt, quorum lectio pueris necessaria, iuuenibus vtilis, senibus periucunda. Deniq; illi se profeciſſe sciant quibus Cicero & Vergilius valde placuerũt, qui haud dubie ostendunt verum esse prouerbiũ illud πολλοι μαθηται κρειττονες διδασκαλων. Multi discipuli meliores præceptoribus. Nam q Maro & Cicero longe doctiores doctoribus suis fuerint, nemo vnq; homo dubitauit, quũ doctrina illorũ & nomina in vulgus ignota sint, aut per discipulos cognita. Grammatici tradũt Sirronem epicureum fuisse Vergilij præceptorẽ. Nonne hic inglorius ignobiliſq; est quũ discipulus sit glorioſissimus inclytissimoſq;. M. Tullius perinde ac gratus discipulus hãc gratiã suis magistris repẽdit q eos laudabiliter celebrat, & honorifica nuncupatione percenſet. Intantum dissimilis istis qui præceptores suos nõ solum parentis loco non habent, vt præcipitur, sed eos clanculo in angulis vellicãt, conuitijq; proscindunt ac obtrectant. Ita gloriam in discipiſci sperãtes si doctoribus derogauerint, veræ prorsus laudis expertes. Nam qui obtrectatione præceptoris famã aucupatur, infamiam inuenit, & in omni proborum cœtu exibilatur, explodit vt improbus, formidatur vt vipera, fitq; odium publicum non secus q qui parentibus maledixerit, Etenim præceptor animorum parens ac formator est, quem nisi omni ver-

Vulgares Vergilius & M. Tullius.

Quot capita tot sententiæ

Orator Tullius.

Poeta Vergilius.

Prouerbium πολλοι μαθηται.

Vergilij præceptor.

Cõtra malevolos discipulos.

Magister animorum parens.

borum honore ꝓsequamur, nisi vbiq; locorum, vbiq; hominum honorifica mentione dilaudemus, impiũ nefariũ scelerati meremur nũcupari. Quãto magis ingenue & sancte & officiose egit. M. Tullius noster q̃ nominatim magistros suos celebrat, videlicet in arte oratoria. Menippũ stratonicẽsem, tota Asia illis temporibus disertissimum, & Dionysiũ magnetã Xenoclem adramitenũ. Quũ primis vero memorat Apollonium Monoleum Rhodium clarissimum tũc dicendi magistrũ, In dialectica Diodoꝝ stoicũ, in philosophia Philonem & Antiochum, quos omnis fama obscura reconditissẽt, & vetustas oblitterascet, nisi discipuli gratissimi monumẽta illoꝝ nomina perire non sinerẽt. Qui fuit tanto maior doctoribus, quanto maius est dare lumen q̃ accipe, & sane fuit necessarium, vt discipuli meliores magistris existerẽt. Alioquin ingenuæ disciplinæ oẽs iam decoxissent, iam ad nihilum artes fere omnes redijssent, quas cernimus ad summũ fastigium ꝓueniss̃e, dum proficientibus ingenijs prouerbium hoc quotide, πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων. Multi discipuli comprobant meliores præceptoribus. Ego q̃tum ad me attinet cõnixus sum pro viribus dies noctes incudem hanc litterariam tundendo ne præceptore meo Francisco puteolano homine, vt tunc tempa ferebant, eloquẽtissimo, eruditissimoq; deterior, neue minor existerem. An id assecutus sim aliorum sit iudicium. Iu hoc haud dubie laudandus q̃ ausus sum, q̃ volui, q̃ valui decertare cũ illo, ea videlicet contentione quæ honestissima est, in qua vincere & vinci pæque pulchrũ & magnificũ est. Nam vt inquit ille, in magnis voluisse sat est. Ad hoc pulcherrimũ certamen vos omnis ꝓuoco, vt ita mecum decertetis, sicut ego feci cum magistro meo Frãcisco puteolano, quem honoris & amoris causa nomino, quem omnimodis laudibus celebro, qui litteras litteratas, senio pene inter mortuas & situ squalentes, ad lucem nitoremq; cum primis reuocauit, cui acceptum refero quicq̃d est in me doctrinarum eam illi mercedem liberaliter rependẽs, quam mãdraytus thaleti pulcherrimam ꝓsoluit, & sane ex ludo præceptoris mei tanq̃ ex equo Troiano innumeri bene litterati exiliere, qui ad serias mox doctrinas & quæstuosiora studia sese laudabiliter contulerunt. Ego vero sectam doctoris, nec pœnitet, fauorabiliter sectatus sum, & vna mecũ Decus meum Minus Roscius, quo mihi homo nemo amicior est, quem nobiliũ eruditissimũ, Eruditorum nobilissimũ appellare merito cõsueui, qui in hac politiori litteratura tãtum ꝓfecit, tamq; emunctus est & tersus, vt meum esse condiscipulũ Symmysten consectaneũ possis agnoscere. Cæteꝝ vt domũ repedemus, cupio & opto a vobis in hac pugna litteraria superari. In qua discipuli victoria ad gloriã redundat magistri fupati. Etenim laus est præceptoris discipuli profectus. Ita mecum contendite, vt Vergilius &. M. Tullius cũ suis præceptoribus contẽderunt, quos pulcherrimo in certamine victos plausibiliter præterierũt, planissime ostendẽtes verissimum esse ꝓuerbiũ, πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων. Multi discipuli præceptoribus meliores. Pulcherrima ꝓssessio homini doctrina est, vt musæ græcorum testãtur, canentes, καλλιστον ἐστιν κτημα παιδια βροτοισ Compotes vos huiusce tam præciosæ possessionis facient. M. Cicero, & Vergilius. Eloquentia in hæreditate mortalibus relicta, quoꝝ volumina sunt prato similima. Nam sicuti in eodem prato bos herbam quærit, canis leporẽ, cico-

Præceptores M. Tullij

Præceptor meus Franciscus puteolanus

Propertius Laus Franciſci puteolani.

Laus mini Roſcij

Pulcherrima ꝓsseſſio doctrina

Siſes prato Tullius & Maro

nia lacertã, villica fungos, virguncula flores, ita grãmaticus, poeta, orator, Philosophaster suis quisq; studijs aptissima colligent ex Ciceronis, Maroniscq; penoribus, quorum pabulum est citra fastidium, eoq; ingenia maxime puerilia ac iuuenilia sunt saginanda, & quũ alios dulcia, alios falsa, alios austera, alios subamara delectẽt. Ciceroniana fercula & Maroniana, mire faciunt ad palatũ omniũ & stomachũ. Nos vero instar archimagiri pulmentaria Ciceronis & Maronis per se esculenta/cõdimentis quoq; nostris esculentiora facere tentabimus, & quũ similitudo fastidij mater sit, ea condituraq; varietate cõdiemus, vt succũ scitissimi saporis, lõgeq; noto dissimilem, gustantibus vobis edulia Tulliana & Maroniana habere videãtur.

Saginandi pabulo.

Tullius & Vergilius

Similitudo fastidij mat.

¶ Quod reliquũ est vobis gratias ago et habeo multijugas, qui me audiuistis, nõ vt pharmacopolam, sed auscultastis diligenter & libenter vt oratorem. Et vt oratio ,puerbialis a prouerbio inchoata a ,puerbio quoq; terminetur/vellem, vt adagiũ est græcorũ, αὖτ ί πελαργειν, id est gratiam rependere posse quod illi vsurpant de his qui gratiam beniuole reponunt. πελαργοι enim, id est ciconiæ senescentes parentes educare, eosq; senio lassescentes, ac alarum remigio defectos subleuare humeris / ac sustollere dicũtur. Vnde ciconia auis pia vocatur, & antipelargosis remuneratio/retributioq; beneficiorum nominatur. Indeq; ortũ est prouerbium hoc, αντί πελαργειν, quod beneficium retribuere & gratiam referre significat, cuius enarratio in calce orationis hodiernæ sit vobis pro gratiarũactione, & huiusce officij scholastici remuneratione.

Prouerbiũ antipelargein.

Ciconia pia.

Antipelargosis.

¶ Finis Orationũ & prælectionũ
Philippi Beroaldi.

¶ Angeli Politiani viri disertissimi Oratio quam edidit pro Oratoribus Senensium ad Alexandrũ. vi. pontificẽ maximũ.

Etsi christiana omnis respublica electione rhomani pontificis quẽcunq; eum tandem esse contigerit, gaudere semp iure ac lætari debet, quoniã sine pastore grex domini periclitatur, tamen hoc tempus est. B. P. in quo ,pfecto redundantẽ lætitiã suã cohibere homines nequeũt, cp is tu nobis pontifex maximus cõtigisti, cuius & prudentiã & virtutem diu rhomana respublica, ecclesiaq; maximis arduisq; in rebus experta admirataq; semper est. Verũ Senensi ciuitati, hoc est reipublicę nostræ ad cõmunem hanc omnium christianorum proprie quoq; & peculiares, accedũt lætitiæ causæ, sic vt pene a sedibus cõmouere seipsa, & sua quadam voce gratulatum venire ad te, tuisq; se admouere sanctissimis pedib⁹ velle ac gestire videatur. Sed quoniã hoc facere eam natura non sinit, nos ad te ciues suos. B. P. publicę gratulatiõis oratores misit, qui scilicet in hoc celeberrimo gtatissimoq; nobis munere vicem totius ciuitatis implerem⁹ Gratulamur igitur tibi Alexander sexte rhomane pontifex, cp ad' rerũ humanarum fastigium subuectus, immo ad diuinitatẽ ipsam plane sublatus, omnia præter deum minora inferioraq; te videas, sic vt reges etiam ipsi &

principes adorare ſubmiſſi veſtigia tua,et puluerem pedum tuorum linge re non modo non dedignentur,ſed loco etiã præclari muneris cõcupiſcant. gratulamur & chriſtiano gregi,cui tu videlicet is paſtor diuina prouiden/ tia datus es,vt illum facile tutum/ſecurũq; præſtiturus,& a furum inſidijs, & a luporum incurſibus videare,Gratulamur quoq; nobis ipſis,hoc eſt Se nẽſi ciuitati priuatis quibuſdam gratulandi cauſis,quas proxime ſuo loco cõmodius attingemus.Poſt hoc autem obedientiam tibi humilem,ac de/ uotum obſequiũ vero chriſti in terris vicario,quãta maxime poſſumus ve neratione exhibemus, paratoſq; ſemper fore pollicemur etiã vitam ipſam & ſanguinem, vbi opus ſit pro incolumitate & dignitate ſanctitatis tuæ, rhomanæq; eccleſiæ profundere. Tum ĩdem & ſentimus & clare profite/ mur hoc obedientiæ officium non ad gratiam vllam,ſed ex debito tibi eſſe offerendum,ſic vt a quoq; mortaliũ ſine ſummo ſcelere,ſine grauiſſimo pe/ riculo prætermitti neq; poſſit/neq; debeat.Nam ſi rerũ natura ordine quo/ dam miro/& pulcherrima varietate diſtincta eſt,ſic vt a ſummo ad imum per medios quoſdam gradus/diuinitatis imago refulgeat,quãto hic ordo magis atq; hæc varietas nexa inter ſe apta,& cõgruens in eccleſia ipſa con ſpici/atq; eminere debet, quæ prorſus naturam tranſuolat,omniq; impetu conatuq; ſuo tendit ad gratiam. An vero triumphans illa in cœlis eccleſia, ordine miro fulgebit angelorũ,quorũ alĩ alijs prẽfecti ſubiective ſint,Hæc vero militans eccleſia ad illius exemplar in terris inſtituta incondita erit,et carebit ordine? Et quo pacto igiť terribilis erit vt caſtrorũ acies ordinata? Aut quõ oĩno acies/niſi in ea ad vnũ quaſi imperatorẽ diũerſi quidã ordi nes alijs alĩ gradatim vel parentes/vel imperãtes rediganť. Siquidem vni tatis vnius ipſius,quæ maxime in eccleſia quæriť cõgruẽtior cauſa eſt vnus q̃ multi,quocirca ille etiam rerum naturæ ſagaciſſimus interpres Ariſtote les,vbi diutius optimam præſtantiſſimãq; regendæ/ac gubernandę vniuer ſitatis rationem quæſierat, ſic Homericis tandem verbis exclamauit. Rex vnicus eſt,rex autem & princeps noſter haud dubie Chriſtus eſt, cuius in terris locum vertex apoſtolorum Simon obtinuit/etiam Petrus ob id ap/ pellatus,q; ſuper eum dominus quaſi ſuper petram eccleſiam ſuam fuerat ædificaturus.Huic & claues cœleſtis,terrigeniq; regni, & poteſtatẽ Chri/ ſtus illam immẽſam tradidit,vt quod ligaret in terris aut ſolueret,ligatum ſolutumq; etiam foret in cœlo. Hic eſt cui cœlum aſcenſurus mandauit/vt oues paſceret ſuas,quo verbo vicariũ/ſucceſſorẽq; eum ſibi & inſtituit & conſecrauit.Hic eſt etiã quem venire ad ſe ſuper mare ipſum relicta nauicu la iuſſit,quia non nauem/hoc eſt eccleſiam vnam ſicuti alĩ ſuam quiſq;,ſed mare/hoc eſt ſæculum ipſum ſuſciperet gubernandum.Hic eſt etiam cui di/ xit vni vt ſe ſequeretur, Hic idem vnus linteũ illud e cœlo demiſſum vidit quadrupedibus omne genus ſerpentibus/volatilibuſq; refertum,ac ſurge/ re,occidere,& manducare inde iuſſus eſt,vnde etiã merito de illo mater de cãtat eccleſia. Tu es paſtor ouium/princeps apoſtolorum,tibi tradidit de/ us omnia regna mundi,vt igitur hæc omnia in pauca conferantur,& ordi nem habere militans eccleſia debuit,et is ordo ad vnum quaſi caput fuerat referẽdus,& totius eccleſiæ caput/ac fundamentum Petrus eſt apoſtolus. Sed quando eccleſiam ſuam Chriſtus ita inſtituit/vt nõ protinus euaneſce ret,ſed ad cõſummationẽ ſæculi vſq; perduraret/dubitandum nõ eſt,quin

potestas illa tãta in ipsius quoq; Petri successionẽ, quasiq; e posteritate descenderet. Oportuit enim (vt Paulus inquit) tamdiu hanc durare potestatẽ q̃diu ecclesia ipsa ædificatione indigeret, ædificatione autẽ adusq; finem sæculi indiget, in quo electorũ numerus complebit. Iure igitur ꝓ patribus tuis nati sunt tibi filij, canimus in ecclesia. Cõstitues eos principes super omnem terram. Neq; enim fas erat, vt ordo ille apostolicus a sapiẽtissimo Iesu christo institutus/in sui statim primordio deficeret. Sed quis rogo verus Petri successor? An alius q̃; rhomanus pontifex? Non em̃ episcopi sedes est in qua primo/sed in qua postremo sederit. Petrus autẽ Hierosolymis, Antiochiaq; relictis, Rhomã iubente domino rhomam, hoc est in locum pascuæ suæ ꝓperabat, ibi ad extremum vsq; vitæ spiritum pastoris functurus officio. Q; si Petrus loco domini semp (si Rhomanus põtifex Petri successor) & christi vicarius in terris est, profecto iure diuino caput omẽs tibi sancte pater & genua inclinamus, omnesq; tibi tanq̃ ipsi domino Iesu christo obtemperamus, tantãq; tuam. B. P. esse potestatem fatemur, vt iudicia quoq; tua firma/immobiliaq; permaneant, quasi deus ipse per te iudicet. Nec aũt potestas ista conferri homini ab homine tanta potuit, sed ille solus cõtulit/qui rhomanã ecclesiam solus fundauit, & supra petram fidei mox crescẽtis erexit, quiq; beato Petro æternę vitę clauigero, terreni simul & cœlestis imperij iura commisit. Quapropter apostolicæ sedis iura/priuilegiaq; sic altæ radices, atq; ita insolidum egerunt, vt transferri/cõmoueriq; nõ possint, tra here fortasse tentabit quispiam, sed eas nõ viribus vllis rumpere, nec duro poterit cõuellere ferro. Si autẽ in veteri lege tanto pontifici honos diuino imperio habebatur, vt qui iussa illius detrectaret, extremo supplicio afficeret. Quid nobis faciendũ christianis nomen illius gerẽtibus est? qui sic vicarijs suis locutus est, Qui vos audit & me audit, qui vos spernit & me spernit, lesæ profecto diuinæ maiestatis crimen incurrit, quisquis dum christianum se asserit, sedi isti apostolicæ obedire contemnit. Verũ sit alijs cõmunis hæc & publica, nobis aũt/hoc est Senẽsi ciuitati priuatæ quoq; sunt, & propriæ huius præstãdi officij causæ. Nam & rhomana semp ita nos ecclesia protexit, vt illi vni libertatem, dignitatem, incolumitatẽq; nostram debeam⁹. Et tũus ille secundũ carnem patruus, in põtificatu autẽ prædecessor sanctæ/immortalisq; memoriæ Calistus eius nomine tertius toto eam sui pontificatus corpore, atq; omnibus ecclesiæ rhomanæ viribus, auxiliante etiam diuinæ virtutis principe Frãcisco Sphortia ab Iacobi picinini incursu/impressione defendit. Idemq; æneam Piccolomineũ nostræ ciuitatis hominem doctrina & nobilitate præstantissimum præsulem tunc Senensem in amplissimum fratrũ suorũ Cardinalium collegium cooptauit. Qui quidẽ post eius obitum statim successor idem in pontificatu electus, & pius vere nobis & secũdus fuit, quippe qui rempublicã nostrã pene ab interitu ad vitam reuocauit, viribus firmauit, auctoritate munijt, dignitate auxit, opib⁹ honestauit, vt ne plura quidẽ aut maiora optare a superis nostra ciuitas auderet/q̃; quod in eam pius ille pontifex quãtaq; cõtulit. Em̃uero si referri omnia ad suas causas debent/sicuti certe debent, profecto ꝙ viuimus, ꝙ libertatẽ nostram tuemur, ꝙ dignitate, gloria, diuitijs aucti Senẽses decoratiq; sumus nulli post deum neq; magis neq; prius q̃ patruo illi tuo adorãdæ nobis memoriæ Calisto acceptum referim⁹, a quo videlicet tanq̃ a fonte quodã perenni, tanta illa in nos, tamq; affluens omniũ rerum fœlicitas redundauerit.

Nec vero ingrat⁹/aut immemor accepti a Caliſto beneficij pius fuit,ſed ex peditionē quā ille aduerſus immaniſſimū turcæ gentis tytannū ſuſceperat, obitu interpellatā ſtatim vt ipſe ad pontificatū adſcitus eſt,ita nauiter cōti nuauit,vt in ipſo molimine/apparatuq; rerum vitā efflauerit,nihil ſibi neq; ad ſalutem certius/neq; ad laudem maius exiſtimās/q; ſi ſanctiſſimi illius ſapientiſſimiq; pontificis ꝓmotoris/deceſſoriſq; ſui veſtigijs inſtitiſſet. Cæ terum illis forſitan importuna mors tantū illud decus ob idipſum inuidit, vt hæc ad te laus integra,illibata,indefloratag; deſcenderet. Nā & ſapien tia ſingularis cuius tam multa experimēta tot annis ſacri principes ſenatus dediſti,& præſtans animi magnitudo/qua mortales crederis omnes ante cellere,& ætas ipſa pariter auctoritati retinendæ/laboribuſq; ferendis ido nea,& vigor iſte tuus oculorū ac vultus,plenaq; dignitatis,plena maieſta tis facies,ac totius corporis viuida quædā vis & ſolidū robur. Tum iſtud ipſum Alexādri nomē omnib⁹ orientis populis formidabile,quod tibi cre do nō fruſtra/ſed diuinitus adoptaſti,magna q̄dam de te nobis rara ardua ſingularia incredibilia īaudita pollicent̄.Nō em̄ dubitat̄ quin receptura re tēturaq; ius maieſtatēq; ſuā rhomana eccleſia ſit, qn virtuti & bonis artib⁹ honos te pōtifice ſit habēdus,ac viri docti diſciplinisq; oīme gen⁹ ingenijſq; florentes præmia laborum ſint vigiliarūq; laturi,quin principes oīes chri ſtiani arma quibus inter ſe nunc impie ſæuiūt contra Maumeticam potius rabiem impulſu auctoritateq; tua cōuerſuri ſint. Tibi enim tibi laus hec ve re Alexandro debetur,nō magno/ ſed maximo,nō regi/ſed pōtifici. Func vere tu paſtor,quū beluas illas teterrimas tot annos chriſtianorū/hoc ē tui gregis cruore & cædib⁹ paſtas,totiq; quotidie italiæ,atq; adeo ſedi iſti tuæ ſanctiſſimæ rabidis faucibus inhiantes baculo iſto diuinæ poteſtatis repel les,abiges,cōtundes. Quod vt fortiter aggredi cōſtanterq; nō dubites,en ipſa tua te patria pulcherrima illa Hiſpania nunc maxime adhortatur,quæ quaſi rebus tuis præludens regem,regināq; ſuos diuinis honoribus efferen dos alacri ſtudio in bellū ſecuta maximis quidē laboribus & periculis,ſed maiore profecto laude/gloriaq; barbariem illam truculentā & fœdam,no ſtris totiēs cladibus triumphantē.Europæ tandem finibus exturbauit.Sed quid ego hæc apud te ſumme pōtifex,quaſi vero aut meæ partes ſint tui ad hortandi/ac nō potius adorandi,aut tu ſtimulis indigeas vllis incitāduſq; cuiq; ſis,qui tua ſponte nihil vnq; niſi arduum,niſi excelſum,niſi ſingulare, vel cogitas vel moliris.Quare finem dicendi faciam,ſi prius rempublicam noſtrā deditiſſimā/deuotiſſimāq; tibi ſancte pater cunctis animi & cordis viribus ſuppliciter cōmendauero,quę nō minus Alexandro ſexto pōtifice maximo nunc exultat/q; olim Alexādro tertio ciui ſuo rhomano item pon tifice exultauit,illo qui federici imperatoris veniam petentis/ceruicem pe de calcauit.Nā neq; dubitam⁹ quin tuti ſemp ſub vmbra alarū tuarū Senē ſes futuri ſimus,ſicuti ſub aliorum pontificum pręſidio fuimus hactenus,et beneficia/commodaq; nec pauciora abs te/ nec minora prorſus expecta mus/q; olim a patruo illo tuo ſanctiſſimo pontifice acceperimus . Reliquū eſt vt deum optimum/maximū q; precemur,vt fœlix fauſtumq; tibi ſit ſem per quicquid agas/quicq̄d cogites,vtq; in iſta ſublimi cathedra ſedens atq; imperās annos Petri/procul excedas,quo videlicet oues tuæ vocem agno ſcētes tuam,tute vndiq; ſub tanto paſtore/& ſature diutina ſecuritate per fruantur. Dixi

¶Pro oratoribus Florẽtinorꝫ ad Alphonsum Siciliæ Regẽ.

AVdito Ferdinãdi sapiẽtissimi regis obitu Florẽtina ciuitas inuicte Alphõse rex,nõ minꝰ cõsternata est,ꝯ si ipsa quoꝯ tecũ parẽte indulgẽtissimo esset orbata. Nullũ em ab eo nostra respublica vl studiũ vl officiũ desiderabat,qđ præstare vnꝯ Pius genitor etiã charissimis liberis cõsueuisset,vtq eã totiẽs & consilio iuuerit,& opibꝰ defenderit & auctoritate muuiuerit. Itaꝯ in cõmuni ꝙsi luctu nos ad te ciues suos venire iussit,vt tecũ gemitus/lamẽta suã vicẽ cõferemus, cui postꝯ mũeri satisfecissemꝰ/tũ colligere nos ea tecũ pariter mãdauit,quibus cõmunis dolor si nõ penitꝰ tolleret/at certe minueret. Multa autẽ sese nobis offerũt,quæ nimiũ luctũ ꝙsi suo iure castigẽt. Sed illa in primis ꝙ ꝑpetuo q̃dã tenore fœlicitatis est vsus dũ vixit Ferdinãdus,ꝙ exitũ habuit facilẽ,nõ annis melioribꝰ fraudatus,nõ fastidia tristioris senectutꝭ exptus/ ꝙ supstitẽ sibi gloriã reliqt,sic vt iusticiæ/sapiẽtiæ/cõstantiæꝯ fama,quæ ꝑprie regiæ sunt virtutes/nemini etiã veterꝫ cõcesserit. Ad hæc regnum tibi tradidit,hoc est cui maxime debuit/cui maxime voluit opulentũ,tranqllũ pacatũ/viris armisꝯ florẽs. Tibi inquã regnum hoc tradidit Alphõse rex maximo natu filio,tot rebꝰ,tot bellis exercitato,quẽ totiẽs victorẽ cõplexus est/totiẽs triũphantẽ ꝑsecutus,cuiꝯ viuẽs adhuc regni totius habenas domi/foriſꝯ tradiderat,cuiusꝯ vigilãtia fretus in vtram vellet aurẽ(quod dicit)ocioſus dormiebat. Quos autem tibi fratres genuit? Qꝝ idem sentientes? Qꝝ etiam semꝑ vnanimes? Quem vero etiam nepotem vidit ex te natum,sibiꝯ cognominẽ regiæ vere indolis iuuenẽ? Iam castris regẽdis idoneũ,miris excellentẽ virtutibus,expressissimã quandã(vt vere oẽs dicũt) imaginem vultus/animiꝯ tui. Mitto necessitudines alias/ amicos/socios/ adiumẽta/præsidia/stabilimentaꝯ regni tanta, mitto popularium studia quæ prius etiã ꝑ se ꝓmpta,tua tamen quoꝯ liberalitas euocauit. Hæc igitur atꝯ alia quæ breuitatis studio prætereo, quũ tot tantaꝯ sint,vt neꝯ plura/neꝯ ampliora optare homines prudentes audeant a superis,ingrati ꝓfecto simus/si non raticionemur quæ reliqui summa fiat,ac saltem bona ipsa cum alijs compensemus. Reliquum est rex magnanime Alphonse,vt reipublicæ nostræ nomine/quæ tibi deditissima est,omnia pollicear mur,demusꝯ fidem nunꝯ Florentinos tuos vlla in re quocũꝯ sors ceciderit defuturos. Dixi.

¶Pro oratoribus Florẽtinorꝫ ad Alphõsum Siciliæ regem.

QVãta nos affici lætitia credis,ꝯto esse gaudio ꝑfusos inuicte Alphonse rex,quũ tãta omniũ alacritate/ studioꝯ populorꝫ tenere te pacatissimũ regnũ moderariꝯ videmus. Quod inaudita quadã virtute tuus ille diuinissimus auus peꝑit,quod incredibili sapiẽtia ꝓuidẽtissimus pater gubernauit. Etem̃ si votis optandus rex fuisset non alium profecto quicũꝯ rebus Italis fauent a superis popoſciſſent,ꝯ eum principem qui ductu impioꝯ suo dissentientem Italiam pacauisset. Idemꝯ feras illa & sanguinarias Turcorꝫ nationes,tot contentionibus, tot prælijs,tanto labore,tanto etiã periculo a nostris iugulis,a nostris ceruicibus,a templis,ab altaribus depulisset,qui denicꝯ res aduersas fortiter, secundas moderate ferre,vtrãꝯ fortunam expertꝰ didicisset. Atꝯ hæ bellicæ ꝙdẽ laudes quemadmodum tuæ sunt Alphonse rex ꝓpriæ scilicet &

peculiares,ita illæ pacis artis certatim sibi te vendicãt,fides/iusticia/graui/tas/altitudo animi/moderatio/cõstantia/tũ liberalitas/indulgẽtia/clæmẽ/tia/comitas/affabilitas/hũanitas,quæ maiestatẽ pariũ & gratiã cõciliant. Et quũ mortales oẽs ad te amandũ/colendũq; alliciãt, regñ tñ Diadematis fulgori nihil officiũt. Iã q̃tũ ingenio/q̃tũ cõsilio valeas quis ignorat? Memoria certe reꝛ,verborũq; tãta tua esse diciũ,vt pene ꝓdigio silẽs habeaũ. Litteræ aũt tã multæ,tãq; elegantes,vt illustrare etiã ꝓfessores ipsos atq; hoc vnũ semp agẽtes abũde queãt. Itaq; si nunc Socraticus ille Xenophon reuiuiscat,minime dubitandũ sit,qn Cyro illo præterito te sibi vnũ diligat. Alphõse cuius ad exẽplar imaginẽ ꝓfecti regis,atq; oĩbus absoluti mũeris effingat. Merito igiũ gratulãtur tibi omnes q̃cũq; rempublicã Italoꝛ saluam cupiunt. Sed in cõmuui lætitia væhementius tamen Florentina ciuitas exultat sic,vtvix capẽ animis inexplebilem læticiã possit,quæ tã multis vltro citroq; meritis atq; officijs diu iam se tibi rebusq; tuis ineno/dabili vínculo copulauit. Ipsa mediusfidius tecta vrbis & mœnia nobis huc ꝓficiscentibus gestiebant,& quod reꝛ natura non patitur reuelli pene a solo vrbs,& cupere ipsa nobiscũ ire ad te gratulatũ videbatur,q̃ qm̃ non potuit,nos tamen potissimũ ciues suos publice misit,vt isto nobis gratissimo munere defungeremur,quo etiam priuatim tibi moribusq; tuis & esse & fuisse deditissimos intelligebat. Gratulamur igitur tibi rex ĩclyte publico patriæ nomine gratulaturi(si locus ferret)etiam priuato,tibiq; & tuis diẽ illũ quo regno patrio atq; auito inauguratus es auspicatissimũ esse volumus,ac deum optimũ maximũ præcamur,vt ꝓsperis initijs reꝛ tuarum ꝓpetuum diuæ fœlicitatis tenorem,ac postremo secũdissimos exitus accõmodet. Dixi.

¶ Pro prætore Florentino ad Dominos ineuntes summum magistratum.

Laudãda hæc in primis cõsuetudo a maiorib⁹ vestris tradita magnifici potẽtesq; dñi,vt apud vos vrban⁹ prætor summũ ineũtes magistratũ de iusticia ẏba faciat. Quo videlicet vna opa & vos officij vestri admoneat,& ipse sui reminiscaẽ. Nã q iusticiã colit, eum necesse est/vt virtutes etiã cæteræ comitenẽ. Omnium q̃ppe nutrix & mater iusticia,quæ si in animis versẽ sapientia,si in corpalibus/bona valitudo,si in domo/cõcotdia,si in ciuitate/pax, si deniq; in mũdo/ꝓuidentia nominaẽ. Hãc q habẽt/hi nec metu ꝓturbanẽ,nec pudore confundunẽ,nec sollicitudine carpunẽ,nec angorib⁹ excruciaẽ,sed ipsi sibi cõstant,& quæ sincera voluptas est,tranquillo animo semp & quieto ꝓfruunẽ. Itaq; gens Indoꝛ/q Pedalĩ vocanẽ,nihil a dijs aliud in sacrificijs q̃ iusticiã poscebãt. Qua vna ĩpetrata/oĩa se adeptos arbitrabanẽ. Sed quũ tueri iusticiã mortales oẽs debeãt,tũ vestrũ in primis hoc munus excelsi/potẽtesq; domini. Quoꝛ q primus est/ipso se noĩe iusticiæ ferre vexillũ ꝓfiteẽ,vt q deinceps eũ seqmini/nihil aliud oĩno aut esse aut dici q̃ eiusdẽ iusticiæ milites fortissimi/ac ꝓpugnatores acerrimi debeatis. Nihil igiũ verbis aut meis op⁹ est vobis/aut cuiusq̃,si locũ/gradũq; & ordinẽ istũ cognoueritis,in q̃ vos senatus/ppl's q̃ Florẽtinus collocauit. Quocirca finẽ dicẽdi faciã si prius illud Epitecti stoici dictũ vestris aurib⁹ ingessero. Neminẽ recte aliis ius dicere, nisi qui iudex prius ipse in semet fuerit. In Fesulano Ruſculo. M. cccc. xliij.

Iusticia.

Pedalij.

CHermolai Barbari in Paraphrasín Physices Themistíj Præfacio ad Antoniũ Galateũ.

¶Nuperrime quũ feriatus essem vir præstantissime periclitaturus, ingenium conuerti in latinum sermonem ex vernacula lingua canticum Franciſci petrarchæ religiosum, quod tibi homini religiosissimo potissimũ dicaui. Nam qui bona fide deos colit/amat & sacerdotes, & qui religionem pie veneratur/religiosos demereri concupiscit. Præterea cui cõmodius q̃ tibi carmen mysticum dicari debuit, qui mystes es, & mysticis ceremoniis initiatus. Accipe igitur virorum optime opusculum de alieno reformatum, de alieno nostrum. Quod si non eundem saporem in latino sermone custodit/quem in vernaculo seruat, scito difficillimum esse alienas lineas insequentem non alicubi excidere. Quemadmodum enim semina in alienam terrã trãslata natura se vertente degenerant, ita quæ in sua lingua bene dicta sunt, pristinum nitorem in tranflatione deperdunt, tamẽ pro mea mediocritate connixus sum ab interpretis officio non recedere, & sensum exprimere de sensu, Nam ad verbum interpretari, & syllabatim singula explicare absurdũ est. Quid multa, Tu qui doctissimus es, prima inspectione facillime nosces, quantum ab archetypo labar ac decidam. Sed hoc malui agere q̃ nihil agere, & ne omnino asymbolus apud vos essem, hoc p symbolo tibi dicatum attuli, quod vt in bonam partem accipias/rogamus. Vale virorum optime. & philippum tuum qui tibi addictus est mutuo dilige.

a ¶Virgo decens. Hoc carmen primū vernacula lingua a Frācisco petrarcha compositū, & deinde a Philippo beroaldo in latinū traductū inscribit pæanes, quo titulo inscribi solēt apollinis laudes, qui etiam Pean dicitur ꝑm Festum, ꝙ sagittarum ictu nocere putatur, nam paino dicitur noceo. Vnde Iuuena. saty. vi. Parce precor pæan, & tu depone sagittas. Sulpici⁹ vult pæana opus pindari de laudib⁹ apollinis neutro genere & numero tm̄ plurali enunciari. Verum Vergilius li. vi. dicens, Lætumq; choro pæana canentes. Et Statius dicēs, Herculē pæana canunt. Ostendunt etiā esse accusatiuū singularem a nominatiuo hic pæan sicut a titan hunc titana, & a pan hūc pana dicimus.

b ¶Quā sol vestit. Apocal. xij. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarū duodecim. c ¶Cuius forma, qa cōcupiuit rex decorem tuū, sed pulchritudo eius ab int⁹. i. ī animi virtutib⁹, vtpote in vera modestia quā hūilitatē vocāt, cū fide/ & tā animi ꝙ corpis integritate. d ¶Lucē sanctā, quia erat lux vera quæ illuminat omnē hoiem venientē in hūc mundū. e ¶Cliētes, vt angeli & ipsi hoies deuoti. f ¶O sollers virgo, Sollers dicit q̄si tota sit ī arte, fuit reuera industria & ī ope textili īgeniosa, sed oīm admirationē vincit, ꝙ sic vitā instituit vt deo sūmo sic placuerit, ꝙ vnicū sūū añ sæcula natū in ea tēporaliter nasci voluerit. g ¶Diuas. i. sanctas. h ¶Clypeus, id est vt clypeus ꝓtegēs. i ¶Ictus fortunæ cōtra. Anastrophe. ꝓ eo quod est contra ictus fortunæ. k ¶Triūphi, id est victoriæ cū summa gloria. l ¶Mulcteť, id est mitigať, m ¶Aestus, id est ardor libidinis, quē eius cōmemoratio & inuocatio ī multis extinxit. n ¶Insulsos, id

¶Pæanes beatæ Virginis ex Frācisci petrarchæ poemate Vernaculo in latinū conuersi (nant.

a ¶Virgo decēs quā sol vestit stellæq; coro
b Cui⁹ forma fuit sūmo tā grata tonāti,
c Vt tua condiderit sanctā intra viscera lucem,
d Nūc me castus amor/vt de te carmina pangā
Sollicitat, verum absq; tuo summiq; tonantis
Numine deficiunt tanta ad conamina vires.
¶Nūc te diua voco, cuius respōsa benigna
e Accepere omnes fidi veriq; clientes.
Sors humanarum si te tristissima rerum
Sollicitat virgo, quæso mea verba precesq;
Exaudi, mitisq; meo succurre labori,
Quāq; ego terrigena, & tu sis regina deorū.
f ¶O sollers virgo, cuius sollertia fulget
g Virgineos inter cœtus diuasq; beatas.
h Tu clypeus miseris firm⁹ mortalibus vna es,
i Ictus fortunæ contra mortisq; cruentos.
k Sub quo tuta quies & spes est certa triumphi.
l Te duce mulctetur, qui torrentissimus æstus.
m Nos coquit insulsos, oculos o diua decoros.

est insipiētes sine sale prudētiæ, qa scierēs & vidētes periculū/ ī ipsū p̄cipites ruim⁹. a ¶ Liuētia/a liuore, vibicibus & tūsuris plūbei coloris p̄fusa. Et rebus tu pueriliter additū, putes tu nisi emphasim habeat. Est em̄ dictū. Sicut & tu puer, ꝓpheta altissimi vocaberis: q̄si dicat præcipue & supra cæteros. Tu ergo q̄ inter semine virili genitas sola stabil' māsisti, qa in nullū peccatū, ne originale q̄ dē cecidisti. b ¶ Cō sule. i. q̄si consilio quodā ꝓspice & succurre reb⁹ no/ stris fessis, amplius videlicet stare nequeuntibus.

c ¶ Sine labe nitēs, quia tota pulcra es amica mea & macula nō ē in te. d ¶ Sinceraq̄ virgo. Sincer̄ dicit̄ ꝑm Vallā solidū & integr̄. A sin q̄d est cum & cera, q̄si cū cera, hoc ē sau⁹ integer Secūdū alios sincer̄ a sine & caries. i. corruptiōe. Vtrūq̄ conuenit diuę ✠ gini marię

e ¶ Seruaret (vt dixi) latini⁹ q̄ salvaret. f ¶ Nāq̄ potes, parēthesis ✠ giliana huic loco apta. g ¶ Propago, proles.

h ¶ Comit̄, affabiliter/beniuole.

i ¶ Siderea corona, qa stellar̄ duodecim p̄cincta, id ē p̄ tæteris ornata. k ¶ Iusticiæ solē. christum dñm. l ¶ Qui. s. sol, hoc ē christ⁹. m ¶ Lustrat. i. purgat. Id em̄ solis est, vt æneid. iiij. Sol q terrar̄ flāmis opa oīa lustras. n ¶ Tonantis. s. dei. o ¶ Genitrix. s. filij. p ¶ Nata. s. patris & filij & spūssancti, ꝑ creationē/nō ꝑ generationē. q ¶ Sponsa, patris & spūssancti. r ¶ Exatures, i. eminēter satiet.

a Qui tristes videre tui liuentia nati.
Pectora ad instabiles res nr̄as flecte parūper.
b Ambiguumq̄ statū, & rebus tu cōsule festis.
c o ¶ O sine labe nitēs penitus sinceraq̄ virgo,
Atq̄ tui nati soboles genitrixq̄ decori,
Quæ das terrestri lucem vitæ atq̄ supernæ.
Per te diua potens & cœli clara fenestra.
e Venit ab æthereo nos vt seruaret olympo
Filius æternus tuus æterniq̄ parentis.
Tu sola ex omni numero turbaq̄ piarum
Deligeris, luctus euæ quæ in gaudia vertas.
f g Effice, nāq̄ potes vt me tua sancta propago,
b Comiter excipiat refouens, bis terq̄ beata,
i Sidereaq̄ inter superos præcincta corona.
¶ O dea sancta pio diuorum plena fauore
Eximia cœlum quæ mansuetudine scandis,
Vnde meas audis voces regina precesq̄.
Tu fontem sacræ generas pietatis, & vna
k l Iusticiæ solem, qui sordida sæcula purgat,
m Pollutumq̄ suis lustrat fulgoribus orbem.
n Nomina conueniunt vni tria, nam tonantis
o p Tu genitrix, tu nata simul, tu sponsa fuisti,
q Tu consors regis diuūq̄ hominūq̄ parentis,
Qui pedicis mortale genus laqueisq̄ resoluit
Qui libertatem cunctis dedit, atq̄ beatas
Effecit terras, cuius per vulnera sancta
r Cor nostrum quæso exatures o diua beata.

a ¶ O virgo cui par nulla ē & nulla secūda. i. pxime sequēs. Nā secundū nō tm̄ dicit a sequēdo/sed a pximo, vsq; adeo vt ꝑm ꝓpositio ꝓppe/sed a tergo accipiat, vt ꝑm flumina apud Maronē. Secundū aurē. i. pxime post aurem. Apud Suetonium, Secundū deos. i. pxime ad deos. b ¶ Exemplo. i. simili. c ¶ Ingenui. i. sancti & generosi/quales ingenuos decēt. d ¶ Modestia, quæ vulgo hūilitas dicit, q̄ p̄cipue deo placuit. e ¶ Sancta fides, qua credidit angelo. Vñ Helisabet, Et beata q̄ credidisti. f ¶ Virginitas fœcunda, q̄a sine tactu pudoris inuēta ē mr̄ saluatoris. g ¶ Præsidiū. i. cū p̄sidētia & honore ꝓtectio. h ¶ Virgo serēata, i. ꝓ ifusionē mltiplicē grāe, & ꝓ incarnationē filij dei serenior. i. purior effecta. i ¶ Sidꝰ marē. vñ canimꝰ, Aue mar̄ stella. Nautē ātcynosura & elice. i. vtraq; vrsa ad polū articū locata īdicio ē, ad q̄s alludūt q̄ maris stellam ducunt k ¶ Fidi remigis. i. christiani in ꝓcelloso mari remigātē ad portū salutē sub fide, sine fide, sine qua impossibile (ꝑm paulū) ē placere deo. l ¶ Solꝰ, nō sine socio, q̄a q̄tq̄t ī hoc mūdo ꝟsamur ī piculo sumꝰ, sed solus sine adiutorio. m ¶ Cymba, nauicula q̄ cito obuertat. n ¶ Hostis tuꝰ. s. diabolus serpēs ille antiquꝰ, cuiꝰ caput cōtriuit sola. o ¶ Q. crimina nostra. q. d. cū Ouid. Nā nisi peccassem q̄d tu cōcedere posses. Vñ paradoxicos dicit Grego. Fœlicē culpā quæ talē meruit redēptorē. Subtiliꝰ tñ argumētantes negāt peccatū adæ fuisse causā incarnationis verbi diuini, quā ob ꝓfectionē

a ¶ O virgo cui par nulla est, & nulla secunda
b Exemploq; cares cuius forma atq; venustas
  Cœlicolis cœloq; placet summoq; tonanti,
c Ingenui mores dulcisq; modestia, & illa
e In te sancta fides sacrata & viua fuerunt
  Tēpla deo vero, & tua (quod mirabile dictu)
f Virginitas fœcunda fuit, præstare beatam
  Iucundamq; potes nostrā & sine turbine vitā
  Si precibus diuina tuis nunc gratia prōpta est
  Ad te confugio supplex, & supplici corde
g Sis mihi præsidium quæso, vitamq; labantem
  Dirigito ad cursum rectum metāq; bonorum.
b ¶ Virgo serenata & stabilis per sæcula lōga
k Mite procellosi sydus maris, optima fidi
  Remigis adiutrix/circumspice turbine quāto
l m Exagiter solus, quanto sine remige cimba
  Nostra labet fluctu, nec abest mors vltia rerū
  Aegra, nec inficior, mea mēs ad sctā recurrit
  Numīa, teq; precor ne nostris improbꝰ olim
n Gaudeat ærumnis hostis tuus atq; periclis
o Sis rogo diua memor, q; crimina nr̄a tonanti
  Induere humanam mortali corpore formam
  Suaserunt intra tua sacratissima claustra.
  Quot lachrymas, q̄t blādicias o diua præcesq;
  Effudi in pœnas atq; in dispendia frustra.

vniuersi nõ minº feciſſet, ſi ille nõ peccaſſet. a ¶ Tuſci arni. Arnº tuſciæ ẽ fluuiº, petrarcha aũt tuſcº erat. Tuſcia aũt ea ẽ q̃ et ethruria, cuiº nũc florẽtia caput. b ¶ Supma dies. i. vltia tẽpeſtas vitæ. Cæta vt hæc fere nota putamus.

c ¶ Nũc de. Prici piũ hoc ſubobſcurũ, qa ñ cõſtat de q̃ loq̃t, an de æta te/an dꝫ morte, ſꝫ potiſſimũ dꝫ amica, qa ſeſº ẽ. Amica quã tantope amaueram, iacet nũc defũcta, quę dũ illi vita manebat, ĩcredibili luctu pectora mea agitauerat.

d ¶ Nec reſciuit .i. nõ pcepit vnã de mille curis.

e ¶ Et ſi reſci. i. pcepiſſet. f ¶ Tñ hæc fata. i. naturę incliatiões quibº amare incitabar, & tñ amica frui nolebã. g ¶ Mane. mi. ĩmota, qa q̃cũq; volũtas fuiſſet dñę. i. amicę meæ. h ¶ Alta. ſ. q̃ĩ caſtitate pmanẽdi, illa fuiſſꝫ mihi dira. i ¶ Aſt i. p. i. opprobrio dãda. k ¶ Ora me. qa q̃cũq; meduſã ĩſpexerãt dicebãt ĩ ſaxa verti Seſº ẽ q̃ ſic ĩduruit ĩ cõcupiſcẽtijs, vt q̃ faciẽ medu/ ſæ paſſi fingebãt l ¶ Inu. hu. lacrymæ ianes ĩ iſta. i. ĩ tua forma. q. d. merito te ardẽtiº ſed caſtius amẽ.

a Ex quo per ripas tuſci raptauimus Arni
Tempore, vita fuit noſtra ærũnoſa grauiſq;,
Orbis dum partes iſtas illaſq; pererro,
Fœmineum decus, & mores mellitaq; verba
Turbarũt mentem, quare dea ſancta potenſq;
b Tolle moras, ſuprema dies iã currit & inſtat.
Noſtra ætas euro velocior atq; ſagitta
Tranſijt ærumnas inter ſordeſq; malorum,
Atergoq; premit tacito mors improba paſſu.
c Nũc defuncta iacet, quæ donec vita manebat,
Noſtra per horrendũ vexauit pectora luctũ.
d Nec de mille meis curis reſciuerat vnam.
e Et ſi reſciſſet, tamen hæc immota manebant
f g Fata mihi, quoniã dominæ quæcũq; voluntas
h Altera dira mihi, aſt ipſi probroſa fuiſſet.
i Sed tu diua hominum (ſi fas eſt dicere) tuq;
Aetherei regina poli, prudentia cuius
Cuncta videt, cuius virtuti peruia cuncta,
Tormentis finem metamq; impone dolori,
Qꝫ tibi erit laudi magnæ, & mihi diua ſaluti,
In te diua ſalus ſpeſq; omnis noſtra recumbit
Qꝫ potes ipſa velis rebus ſuccurrere lapſis,
Nec me deſtituas extremo in funere quæſo.
Non me reſpicias, ſed qui me condidit ipſum,
Non noſtras vires/ ſed ſummi ſceptra parentis
Qui te commoueat cures vt vilia rerum.
k Me lapidem, de quo diſtillat inutilis humor
l Errores noſtri fecere, atq; ora meduſæ.
Tu lachrymis o diua pijs languentia corda
Imbue, vt extremi ſint hi ſine crimine fletus
Terreſtriq; luto qualeſq; fuere priores.
¶ O mitis virgo, cunctiſq; infeſta ſuperbis

a ¶Perpellat.i.ꝑfecte admoneat,& postea. b ¶Mẽs sibi cõscia vellit.i.admonet,tractũ ab his qui admonentes aurẽ quæ memoriæ dedicata est vellicabãt. Vnde in Buco, Delius aurẽ vellit,& ꝑ id est,admonuit. Cætera nota sunt. c ¶Rebus ĩ aduersis. Graphice describit viri prudẽtis officiũ,imitat Vergi.ĩ opusculi,& Horaciũ ĩ epistis. d ¶Tenorẽ.i.cõstãtiã,q̃ nihil ẽ viro graui digniꝰ ꝑm Cice.Meliꝰ tñ catholici nri ꝑseuerãtiã in bono ꝓ dicant. Nã Cic.ĩ. iij.offi. Catoni vt cõstãtiã seruaret,cõuenisse,sibi necẽ itu/lisse cẽset,q̃d diuꝰ Augꝰ merito re/fellit ¶Tenor dicit a tenendo, dũ sic se ꝑtes tenent vt nulla intruptio videat,q̃ ad mores refert,dũ cõtinuꝰ ac ꝑpetuꝰ ẽ vitæ institutæ statꝰ. e ¶Nusq̃.i.ĩ nulla re,legit & nunq̃.i. in nullo tpe, acerbos dum minat, aut iã infert aduersa. f ¶Benignos, dũ blanditur. g ¶Libraro,trutinato. h ¶Examĩe,media hasta ipsiꝰ trutinæ seu libræ, q̃ põdus discernit. i ¶Summũ.scilicet deũ & virtutem stoici(auctore Cicerone) dicunt honestũ esse solum bonum. Peripatetici summũ bonum reponũt in honesto,admittunt autẽ vtile. Verũ in tertio officiorũ docet Cicero. Nihil vtile quod non idem sit honestũ. Vnde addit. k ¶Et a sancto disiunget honesto. s. quod bonũ censebit. l ¶Nulla libido virũ frãget, titillabit tamẽ subinde. m ¶Cordata.i prudenti Zeno stoicæ scholæ princeps.

a Te communis amor perpellat originis atq̃
Deuoti cordis quæso miserere meiq̃,
Quod si mortalem formam si munera fluxa
Diligere ardenter soleo, quid fiet in ista,
Quæ formosa/potẽs/ quæ sctã æternaq̃ diua ẽ
Per te si nostra de conditione resurgo,
Cœnoso miseroq̃ statu, tibi candida virgo
Ingenium curasq̃ dico versusq̃ canoros
Et lĩguã & lachrymas corq̃ & suspiria mœsta
Ad meliora vada afflictã nunc dirige cimbam
In partemq̃ bonam mutatas accipe curas,
Iamq̃ dies o diua venit suprema, proculq̃
Esse nequit, properat cursim sic tẽpus & anni,
b Corq̃ meũ nũc mors nũc mẽs sibi cõsciavellit
Nunc me diua tuo commendes inclyta nato
Est q̃ verꝰ hõ, & verꝰ deus hũc rogo supplex,
Vt gremio hanc animam teneat foueatq̃ btõ.

¶Vir prudens.

c Hebꝰ ĩ aduersis vir prudẽs atq̃ secũdis
d Perpetuũ discet vitæ seruare tenorẽ.
e Fortunæ instabili nusq̃ confidet/acerbos
f Illius spernet vultus/spernetq̃ benignos,
g Inuictus duplicem librato examine lancem
h Pensabit/ summũq̃ bonũ laudabile quod sit
k Credet/ & a sancto nunq̃ disiunget honesto.
l Nulla libido virum frãget/summũq̃ malorũ
m Esse voluptates cordata mente monebit.

Et quæ miratur vulgus virtute minora
Ducens/toto animo metam ſpectabit ad illã
a Quam fixit Zeno & diuini dogmatis auctor/
Qui non expauit gelidas haurire cicutas
b Delatore Anyto morti damnatus inique.
c Nec magis ad dextrã flectet/flectetq; ſiniſtrã
d Certa ſed infiget veſtigia tramite recto
Idem culpabit quicquid menſura moduſq;
e Non reget, at fuerint ſi quæ moderata ꝓbabit
f Hic vitia incuſans perſonæ parcet amicum
g Non petet ex menſa triuiis vnctaq; popina
h Non petet ex luſtris/ſed qui præcepta Platõis
k Qui cata Ariſtotelis callebit dogmata in illũ
l Totus pronus erit/illi ſua gaudia curas
m Et ſtudia & mores referabit/et omnia pandet,
Atq; anima ex vna duo corpora viuere ducet
Semꝙ idẽ velle huic & idẽ ꝙq; nolle placebit
n In ſumma ſapiens ad cuncta pericula fortis
o Eriget indomitam mentẽ, nulloq; premetur
p Pondere, & a nullo raptatus turbine cedet.
q Inſtar idumææ palmæ, quæ munere diuum
r Quo magis opprimit tãto magis exit ĩ auras.
s Aethereas victrix, & recto vertice ſurgit.

a ¶ Diuini dogmatis, moralis philoſophiæ, de q̃ Socrates prim⁹ diſputauit cui⁹ diſcipulus diuin⁹ ille Plato eũ vocat Horacius ĩ. ij. ſermonũ. b ¶ Anyto cui⁹ diſcipulus diuin⁹ ille Plato eũ vocat Horacius ĩ. ij. ſermonũ. b ¶ Anyto Anyti reũ, qa anyt⁹ eũ detulit, ꝙ vni⁹ dei p̃dicator mores ĩuertiſſet. Quocir ca p̃ inuidiã (qa ab Apolline ſolus ſapiẽs erat iudicat⁹) ſucco cicutæ in carce re epoto extinct⁹ eſt, vñ de Athenis Iuue. Nil p̃ter gelidas auſæ donare cicutas. c ¶ Delatore. Delator autẽ dicitur/q occulta crimina defert. d ¶ Recto, q medi⁹ẽ, qa virtus eſt mediũ, vitiorum vtrimq; reductũ e ¶ Si q̃ emoderata. i. eminenter moderata. Legi ſi q̃ moderata, ſz id grãmatica nõ patit. f ¶ Perſonæ parcet, qa (vt dicit Aug⁹) ĩ peccatore duo inſũt pctm̃ & hõ, Peccatũ oderimus, hominem diligemus & ꝓ eo orabimus. g ¶ Nõ petet, nõ deliget/aut eliget. h ¶ Popina id eſt pingui culina ſeu coquina. vñ addit. i ¶ Vncta. i. pinguefacta. k ¶ Ex luſtris. i. lupanaꝫ, id eſt meretricũ cubilibus & ganeis. l ¶ Cata, id ẽ ſubtilia & prudẽtia dogmata. m ¶ Pronus. i. inclinat⁹ ad amãdũ. n ¶ In ſumma. i. vt ſemel oĩa dicã, aut vt ſummatim colligã viri prudẽtis partes. o ¶ Indomitã. i. inuincibilẽ a vitiis, quũ virtuti & rõni ſubdita ſit. p ¶ Nullo q̃ premet põdere. Aut quia ꝑ prudentiã ꝓſpiciat, ne quod põdus vñ prematĩ/ingruat. Aut quia quod ineuitabile ꝓſpexerit, ſapienter & patienter feret, vñ Stoici dicũt, ſapienti nil triſte accidere. q ¶ Et a nullo. Ordo eſt (nec̃trarius ſit ſenſus) & nullo. i. nõ vllo, nõ cedet raptatus ab vllo. i. etiã quocũq;. r ¶ Turbine. i. impetu, ꝓcelloſo aut cõmotione rerꝫ. s ¶ Inſtar. i. ĩ ſtatum & modum. t ¶ Palmæ idumææ. i. quæ ĩ idumæa frequẽs & fructifera

præcipue eſt. Quæ vt docet Plutarchꝰ ī pblemat. cõtra põdus renitit, vñ victoribꝰ debeť, nõ ꝙ ſemꝑ vireat. ꝙa id lauro Achãto et alijs ꝙbuſdã cõpetit. Cætera vt opinor patẽt. ¶ Dici ꝙ cupit. Carmẽ hoc dicit a nũero vndecim ſyllabaꝝ Hẽdecaſyllabũ, ab inuẽtore Phaleuciũ/cõſtãs ꝙnq; pedibꝰ, Spondeo/dactylo/et tribꝰ trochæis. Sic tñ vt ꝙa vltima eſt cõis, etiã ſpondeũ vltimo loco recipiat

In eo deſcribitur graphice officiũ boni ſcribæ. i. eiꝰ ꝙ aliqd ſcribẽdũ habet/ ſiue ab alio dictatũ, ſiue a ſe excogitatũ, q̃ explanãda occurrẽt quũ ordie patebũt. Ordo aũt eſt, a ¶ Is ꝙ cupit dici. i. vocari & haberi optimꝰ bonoꝝ ſcribaꝝ. b ¶ Et tenere palmã viridẽ. i. ſemper virentẽ, hoc ẽ victoriam, vt a ſigno ſumat ſignatũ. c ¶ Inter decurias. i. collectiones denũ capitum, ſed generali

¶ Eiuſdẽ hendecaſillabon de officio Scribæ.

a Dici qui cupit optimus bonorum
b Scribarum, & viridem tenere palmã
c Inter decurias recentiorum
d Monſtrari digito, omnibus placere.
e Sit prudens, facilis, bonus, fidelis,
f Intra pectora ſanctiora condat
g Arcanum ſibi creditum, nec vlli
h Promat, ſit modici breuiſq; ſomni.
i Nullos difficiles putet labores.
k Sit cultor domini frequens palati.
l Primus ventitet, vltimus recedat.
m Sit rerum veterum ac recentiorum
n Theſaurus probus, atq; litteratos
o Scribat verſiculos, epiſtolaſq;
p Facundas, nitidas, breues, apertas,

rer accipit pro gregibus ſcribaꝝ. d ¶ Recentioꝝ. i. nouitioꝝ, & cupit, e ¶ Mõſtrari digito. ſ. ad laudem, Sicut apud Perſiũ. At pulchꝝ eſt digito mõſtrari & dicier hic eſt. Et qui cupit placere omnibus, quod tñ difficillimũ eſt. Verꝝ qui bene ſemꝑ agit, facit ſe dignũ qui oĩbus placeat. Is (inquam) f ¶ Sit prudẽs, ne quid ſcribendũ ſumat/aut recipiat, cuius eũ poſtea pœniteat. g ¶ Facilis, ne grauatim agere videat. h ¶ Bonꝰ. i. benignus. i ¶ Fidelis, ne fraudẽ cõmittat. k ¶ Cõdat (ſi ſit ſecretarius) l ¶ Arcanũ. i. ſecretum. m ¶ Creditũ ſibi. i. cõmiſſum fidei ſuæ. n ¶ Intra pectora ſanctiora ſcilicet q̃ ſint cæteroꝝ quæ ſe ſinũt p̃ce aut p̃cio aut minis referari & corrũpi. o ¶ Nec, pmat. i. nõ extrahat e, pmptuario pectoris arcanũ ſibi creditũ. p ¶ Vlli. ſ. hoĩm quicũq; is ſit. q ¶ Sit ſomni modici, i. nõ pfundi. r ¶ Breuis. i. nõ diu durantis. s ¶ Nullos. i. nõ vllos. t ¶ Nõ putet vllos labores difficiles, id eſt ſit laborioſus. v ¶ Sit frequens cultor pallati, p pallatij. x ¶ Dñi. ſ. ſui, vt regis in Francia. y ¶ Ventiter. i. veniat frequẽter in palatium primns, & recedat vltimus. Hæc autẽ videnť ꝑtinere ad pragmaticos, & eos quos notarios vocãt, ſequentiũ quædã etiã ad priuatos ſcribas. Vñ addit. z ¶ Sit theſaurus ꝓbus, id eſt approbandus. i. fidele & honeſtũ reꝯditoꝝ rerum veterum ac recentioꝝ. a ¶ Scribat verſiculos litteratos & epiſtolas facũdas, i. quales loq̃rent facũdi. b ¶ Nitidas. i. terſas. c ¶ Bre-

ties & aptas.i.faciles intellectu,ſz tñ more lacedæmonio.a ¶Scaturientes.i.re
dundantes. b ¶Crebris ſenſiculis.i.ſententioſ,hoc ē breuib⁹ ſententijs,bñ vtit dimi
nutiuo,quia ſi breues erūt,nō cōtinebūt crebras ſnias niſi admodū breues.
c ¶Et nullas.i.nōvllas,nō cōtinētes vllas ſtultitias & ineptias/& nullaverba
barbara, d ¶Man⁹.ſ.ei⁹ ſit velox. e ¶Lingua ſit expedita.i.pmpta.f ¶Quę
nūcqz moret.i.te/
neat in mora.
g ¶Calamū.ſ.
alti⁹ ſcribæ dū ali
qd dictat h ¶Vi
ta ſit huic ſæuera
.i.grauis/rigida,
& penit⁹ ſeqnſ vi
tatē. i ¶Sermo
ſit huic comis.i.
feſtiu⁹/lepid⁹/af/
fabil' & benign⁹
k ¶Fart⁹.i.refer
tus aut illitus.
l ¶Sale vrbano
.i.qli i vrbe vtūt
ſubtilitate & diſ
cretione dicendi.
m ¶Et lepore.i.
expolitione.
n ¶Attico.i.qli
athenienſes olim
vſi ſūt. o ¶Sed
nō ſine ſctitate.i.
iuiolabilitate &
ſæueritate.
p ¶Auita.i.pri/
ſcorum auor.
q ¶Et fugiat no
tā malignā.i.multū nocentē infamiā. r ¶Verboſi.i. hoīs linguacis & mul/
tor verbor. s ¶Expediēs agēda.i.tractāda paucis verbis. t ¶Cācellari
us. Quia is qui mō cācellari⁹ dicit,olim dicebat ſcriba,vnde magn⁹ cancella
rius eſt magn⁹ ſcriba in Frācia,ſicut Porſenæ regis ſcriba apud Liuiū in pri/
mo,quē Sceuola interemit,a Frācis diceret cācellari⁹,ideo conſequenter ſub
noīe cācellarij deſcribit ſcribæ ac notarij magni ptes/dicēs,Qui cupit dici cā
cellari⁹. v ¶Vt nūcupē.i.vt mihi venia det nuncupādi. x ¶Scribas vetu/
ſtos.i.priſcos noīe recētiore. y ¶Et q cupit videri pfectiſſim⁹.ſ.ſcribar &
notarior ſeu ſignator & princeps oim. z ¶Hic.i.hmōi aut taī nil loquat
ore falſidico. a ¶Nec ſit polyp⁹.i.ſilis polypo piſci tenaci & auaro. b ¶Ra
pax celeno.i.harpyia rapax,vñ ab harpaço q̄d ērapio dr. c ¶Et exigat a cli
ente pau.num.ſubſcribēs.i.ſignās. d ¶Leui.i.modico pcio. e ¶Libellos
ſcz actionū. f ¶Nec pe.inde lucrū.ſ.magnū. g ¶Sed cōtēt⁹ te.lucello.i.quo
lucro. h ¶Paret.i.cōparet & acqrat ſibi fauorē maior pauper & minor

a Crebris ſenſiculis ſcaturientes / — emphasis ab fonte his
b
c Nullas ſtultitias ineptiaſqz
d Nulla & barbara verba continentes.
e
f Sit velox manus/expedita lingua,
g
h Quæ uunqz calamum moretur acrem.
i Huic ſit vita ſeuera, ſermo comis.
k Vrbano ſale/& attico lepore
l
m Fartus, non ſine ſanctitate auita.
n
o Verboſi fugiat notam malignam
p
q Paucis expediens agenda verbis.
r
s Cancellarius (vt recentiori
t Scribas nomine nuncupem vetuſtos)
v
x Dici qui cupit/& cupit videri
y Perfectiſſimus, omniumqz princeps,
z Hic nihil falſidico loquatur ore.
a Nec ſit polypus/aut rapax celeno.
b Contentus tenui paret fauorem
c Nummos exigat a cliente paucos.
d
e Subſcribens precio leui libellos.
f
g Nec lucrum petat inde, ſed lucello
h Contentus tenui paret fauorem

a ¶Si talis, s. scriba aut cancellarius fuerit repertus. b ¶Vsq; qualem libellus. s. præsens. c ¶Rusticulus. i. aliquãtulũ incultus. d ¶Nostra tẽpora, id est homines nostri sæculi. e ¶Diligẽt & pbabũt hunc, & sæcula/ scilicet futura. f ¶Et posteri dicẽt. i. laudabũt. g ¶Hunc. i. talẽ. h ¶Egregi⁹. Rursus alio genere cærminis & alijs ỹbis scribæ officiũ pscribit. i ¶Ad tenuẽ vngnẽ. i. ad exactissimã consummationẽ, tractũ a marmorarijs, q̃ vnguibus ducũt super marmora percipiscũt, an polita sint. k ¶Viuidus, id est actiuus, vt dicunt agilis & sedulus. In Districho nihil est obscurum. l ¶Eximi⁹, egregius quasi exempt⁹ e grege, sicut porcus sacrificio aptus. ¶Nemo diu rebus. Carmẽ hoc est de instabilitate fortunæ, cuius principium quidem ad mores facit, sed in fine applicatur ad amorẽ instabilitatẽ, minus quidem grauiter, nil tamen lasciuũ habet. m ¶Nemo cõfidat, id est cõfidere debeat. n ¶Rebus secũdis, id est ꝑsperis. Vnde Seneca, Nemo desperet meliora lapsis. Nemo cõfidat nimiũ secundis. Et Horacius. ij. car. Aequam memento rebus in arduis Seruare mentẽ, nõ secus in bonis. o ¶Nec regũ regna. Vnde in Geor. Maro. Perituraq; regna. p ¶Celeri, id est festinabũda & p̃cipiti rota. Sic em̃ pingi solet furtuna. q ¶Sors, potius legetur fors, id est fortuna. r ¶Sicut terra. Horacius. iiij. car. Mutat terra vices & decrescentia ripas Flumina p̃tereũt. s ¶Pura dies, vnde ille. Venit post multas vna serena dies. t ¶Hyems, id est tempestas pluuiosa, vnde nubila dicitur.

Maiorum sibi pauperum minorum.

a Talis si fuerit repertus vsq;
b Qualem rusticulus canit libellus
c Nostra hunc tempora diligent/probabunt/
d e Hunc & sæcula posteriq; dicent.

¶Hexastichon.

f g Egregi⁹ scriba & tenuẽ ꝑfectus ad vngue(m).
Esto bon⁹/prudẽs/impiger/assiduus.
Arcani custos fidissimus/vtilis vrbi.
Lucrum ingens nolit, parua lucella velit.
Sit comis sermone/stilo grauis/arte politus,
k Viuidus ingenio, inuidus & calamo.

¶Distichon.

Arcani custos/ prudẽs/linguaq; politus.
l Et calamo facilis scriba erit eximius.

¶Philippi Beroaldi fortuna ad minũ Roscium.

m n Emo diu reb⁹ cõfidat mine secundis.
Nemo diu speret prosperiora dari.
o Oĩa vertunt̃, nec regũ regna ducũq;
p q Stare queunt, celeri sors trahit ista rota.
r Sicut terra vices mutat rerumq; colores,
Atq; annus varia tempora lege rapit,
s Vt neq; pura dies omnis, neq; lucidus aer
t Semper, & æstatem nubila pellit hyems.

a Sudificꝰ.i.factiuꝰ ſudi.i.ſereni, b Florꝫ. At iambꝰ in tertio loco. c Illex.i.illiciēs.aut illectiua. d Potēs.i.pōpoſa/magnifica. e Lubrica,qa cito elabit̄,vt anguilla & cæteræ res lubricæ. f Polo.i.axe.q tn̄ mīme mobilis videt̄,ſed p circūferētia accipit̄ pars p parte. g Carētē pedibꝰ,qa nō incedit ſz volat, eo q̄ oīa præceps facit. h Inq̄ pila.i.columna,pilarevulgo dr̄. i Pēnigerā, quia alatā, deā. ſ. habitā, de fortūa ſp loquit̄ īproba. Vn̄ Maro ī opuſculo de fortuna, Fortūa immeritoſ auget honoribus. Fortuna īnocuos cladibus afficit ⁊c̄. k Qz̄.i. q̄tum nō mr̄tis. l Sacellis.i.ædicul' ſacris. Illitterati ſacella capellas vocāt. m Suo.a quo ſe genus traxiſſe gloriabant̄, Et q añ aduentū æneæ in colle vbi poſtea capitoliū viſus credebatur n Fortunā. Recitat autem docte varia fortunæ nomina. Erat em̄ fortuna barbata, fortuna puſilla, cui Tullus rex ædem extruxit, fortuna viſcata, fortuna mala fortuna bene ſperans, fortuna fortis, fortuna ma/

a Sicut ſudificus boreas fulgentis honorem.
b Deſpoliat floris arboreumq̄ decus.
Sic homīes fortuna rotat, quodcūq̄ benigna
Larga manu dederat, mox inimica rapit.
c Cæca/vaga/inconſtās/incerta/volubilis/illex
d Comis/ blanda/potēs/ trux/violēta/ rapax,
e Hæc dea nō ſtabilis, varia ē & lubrica, & oīm
f Mobilior vento mobiliorq̄ polo.
g Hanc pedibus priſci vates finxere carentem,
h i Inq̄ pila ſtantem pennigeramq̄ deam.
Hos vt mater alit, illos vt ſæua nouerca
Exagitat, fouet hos, his inimica nocet.
Hūc amat, ex imoq̄ ad celſa cacumnia ducit,
In ſolioq̄ locat, conſpicuumq̄ facit.
Aſt alium rapit in præceps, qui diuite gaça.
Qui regno fuerat fultus & imperio.
Improba q̄nta potes, ph quāta potētia regni
Eſt fortuna tui, quantaq̄ mobilitas.
k Quā ſit diua tuum nomen venerabile magni
Aeneadæ oſtentant Rhomulidæq̄ patres.
l Qui te tam multis olim coluere ſacellis.
m Quā non multa ſuo templa dedere Ioui.
n Maxima barbatam fortunam rhoma colebat,
Quod dat barbatis gaudia q̄q̄ fauet.
Tullus extruxit fortunæ templa puſillæ,
Q̄ paruus magnum venit in imperium.
Et viſcata dea eſt, homīes quia prēdit & artat,
Auceps vt viſco prendere tentat aues.
Eſt fortuna mala, eſt conuertēs, eſt bn̄ ſperās,
Fortis habet nomen/maſcula culta dea eſt.
Vt tua multīuga eſt varia & numeroſa ptās,
Sic ſunt multa tibi nomina facta deæ.

ſcula ꝛc. Et iō dicit Plutar. ꝙ fortunæ pl⁹ ⁊ virtuti acceptū tulere Rhomani. Præterea dr̄. a ¶Fors aut ſors, græce, ΤΥΧΗ. b ¶Nemeſim. Putat & nemeſis, q̄ dea ē ſuꝑbos reprimēs/ & iſt⁹ ſuccēſens, a nemeſao ſeu nemeſiço. i. ſuccēſeo. c ¶Rhānuſia a rhāny oppido ſeu vico attice, vbi colebat nemeſ ſeu fortuna. d ¶Nortia dea. Volſinijs tēplū erat nortiæ hetruſcæ deæ, vt oñdit Li. li. vij. Erat & ſut⁹ nor nume, & p fortuna q̄dā accipiebāt. Iuue. ſat. x. Si nortia thuſco fauiſſet ꝛc. e ¶Oīb⁹ ipa loc⁊ Pli. li. ij. c. vij. Toto q̄ppe mūdo et oīb⁹ locis / oībuſ q̄ horis, oīm voc⁹ fortuna iuocat/ & vna noīat vna accuſat, vna agit rea, vna cogitat, ſola laudat ſola arguit, & cū cōuitijs colit. Volubiliſq̄, a plæriſq̄ vo & cęca etiā exiſtīata, vaga in cōſtās/ īcerta/ varia/ indignorūq̄ fautrix, huic oīa expēſa, huic ferūt accepta, vt ī tota rōne mortaliū ſola vtrāq̄ paginā facit, adeo obnoxiæ ſum⁹ ſort⁊, vt ſors ipa, p deo ſit q de⁹ pbat īcert⁹ Hæc ille. Fx q̄b⁹ hæc fere deprōptа ſunt iuga laxa nō arta vincula. f ¶Fortunæ, alū n⁹, īmo & fili⁹ ab hora. ī ſer. dicit.

a Tu ſors atq̄ Tiche, modo tu fortuna vocaris,
Te m̄odo naturam, cœlicolamq̄ vocant.
b Quidā te nemeſim mēorāt, Rhānuſia multis
c Diceris, aſt alijs Nortia dicta dea es.
e Omnibus ipſa locis cunctorꝝ vocibus vna
Carperis, & coleris, ꝓut mala vel bona das
Ipſa gubernaculū geſtas/ q̄a cūcta gubernas,
Et quia tradis opes, copia iuncta tibi eſt.
Omnes connexi tecum ſumus, & tua vincla
Perpetimur cuncti, ſeruitiumq̄ ferox.
Aſtricta nūc hos/ nunc hos leuiore catena
Sæua ligas, fœlix qui iuga laxa ſubit.
f Fœlix fortunæ quiſquis memoratur alūnus,
In cuius gremio mollia membra fouet.
At tu cui paulum arriſit dea cæca caueto,
g Ne det fucoſas ſub dolo blanditias.
Piſcator velut blanditur/ piſcibus hamo,
Effunditq̄ cibos inſidiaſq̄ parat.
Sic fortuna tibi comis blanditur in altum
Tolleris, vt lapſu mox grauiore ruas.
Exemplo tibi ſint troiana & perſica regna,
Argolici reges, rhomuleiq̄ duces.
Rex priam⁹ phrygiæ ꝓpris ſceptroq̄ ſuꝑbus,
Qui tenuit magnas luxurioſas opes,
Occubat infœlix ferro obtruncatur ad aras
h Numinis hercei victima fitq̄ Iouis.
i Dareum perſas, & perſica regna tenentem

g ¶Fucoſas. i. fraudulētas, vt fuc⁹ ē adulc⁹ in⁹ & falſus color, īmo int⁹ dū fraus ipa, vt fucū factū m⁹ieri, ī Terē. h ¶Hercei Iouis, ad cui⁹ arā dr̄. ij. æne. a pyrrho occiſ⁹. Vñ & Luca. herceas (mōſtrator ait) ñ reſpic⁊ aras. i ¶Dareū, alij dariū ſcribūt, media tñ lōga, q̄ a græc⁊ ei diphthōgō hz, vñ putē ab auctore

dareũ scriptũ, a dẽ scriptura dr̃ daric⁹ media lõga, numisma ꝓsicũ darꝛ̃ ima
gie ꝓcussũ. a ¶ Pelle⁹, alexãder a pella oppidulo macedoniæ dict⁹. b ¶ Tru
cidat, truculẽt occidit dariũ. c ¶ Solio. i. regali sede d ¶ Põtic⁹ rex mithrida
tes. e ¶ Pharnac. Pharnax em̃ fili⁹ ei⁹ cũ rhomanis duce põpei aduersus pa/
trẽ pugnauit. f ¶ Croesi. Croes⁹ rex lydoꝝ vltim⁹, tã opulẽt⁹ vt opes suas so
loni ostẽtãs q̃reret an beatiorẽ viderit, & tñ postea a cyro capt⁹, & ī pyrã vt
cremaret iniect⁹, fato tñ liberat⁹ seruilẽ trãsegit vitã, vñ Oui. Diuit ꝙ audita ẽ
cui nõ opulẽtia croesi

Nẽ ꝑe tñ vitã capt⁹ ab
hoste tulit g ¶ Iugur
thã, regẽ Numidiæ,
quẽ mari⁹ i vincta cõ
iecit, & ī carcerẽ rho/
manũ misit, vbi ene/
ct⁹ẽ. h ¶ Mari, ꝑ ma
rꝛ̃ prisci arpinatis ex
hũili loco clarissimi.
i ¶ Siphac ꝙ. Syphax
rex numidaꝝ q̃ ꝑ car
thaginẽsib⁹ cõtra ma
ximam mãu ī hispa
niã trãsijt contra Ga/
des, vt auctor est Li/
uius. k ¶ Alter. s. aga
menõ a clitẽnestravx
ore occisus. l ¶ Al/
ter, scilicet Menelaus
helenæ adulteriũ pas
sus. m ¶ Magn⁹ sci/
licet põpeius. n ¶ A
socero. Iulio Cæsare
o ¶ Nilotica, ægypti
aca. p ¶ Phario, ægy
ptio. q ¶ Septimi/
us, de quo multa Lu/
canus. r ¶ Hellas. i.
Græcia. s ¶ Oedi/
podioniæ, ab œdipo
dæ illustratæ. Pul/
chre a clarorum viro
rũ interitu ad vrbiũ
euersionem transit.
t ¶ Semiramio, qd̃
semiramis regina/ &
Nini vxor & mater
adhiberi iussit.

Qui fuerat regũ maximus atq; ducum,
a Vincit pellæus ductor, bessusq; trucidat,
b Fortuna ex alto præcipitat solio.
c Ponticus epoto rex claudere fata veneno
e Conatur, nati pharnacis arma tremens.
f Magna fuit q̃ndã, diuesq; opulẽtia Crœsi
At seruus Cyri mancipiumq; fuit.
g Olim Rhomani lybicũ timuere iugurthã.
b Captiu⁹ decorat pulchra trophœa mari
i Diripiũt opes Numidæ regnũq; syphacis
Sceptiferasq; manus arta catena ligat.
k Quid gemini Atridæ, quoꝝ alt̃ cõiugis at
l Sustinet infœlix, alter adulterium? (ma
m Quid magn⁹? q̃ nil rhomana potẽtia mai⁹
Vidit, qui toto victor in orbe fuit?
n Vincit̃ a socero, fugit ad Nilotica regna,
o Septimius phario dirimit ense caput.
p q Olm Cæcropꝛ̃s decorata ẽ Hellas athenis
r Græcia nunc omnis cæcropidæq; iacẽt.
s Oedipodioniæ tenuerunt culmina thebæ.
At nunc thebarum gloria nulla viget
Troia fuit pollẽs phrigꝛ̃s celeberrima re/
Nũc troia ī cineres ꝝ sa sepulta latet (gnis
t Alta Semiramio fabricata bitumine q̃ndã
Mœnia, subuersa nũc babylone iacent.
Quid plura enumerẽ? q̃ndã dec⁹ & caput
Rhoma ꝓgrio ẽ subdita põtifici (orbis
Cũcta fluũt, res nulla diu durare maligna
Sorte potest, celerẽ quæ rotat vsq; rotã.

a ¶Conficit.i. plenum facit lumine suo. b ¶Orbẽ.i. gyrꝫ ac globũ suum. c ¶Hæc iuuenũ dulces ⁊c̃, Applicat(vt dixi) fortunæ incõstãti ã ad amores suos,nõ tamẽ putẽ tã leui fuisse animo vt id præcipue doluerit, ꝙ Panthiã a se alienatam viderit,verꝫ in se amantium leuitatem voluisse depingere. Nõ em̃ continuo si quis fatuas amationes describit/ fatue amare putabit̃. Plus tamẽ grauitatis haberet hoc car/ men,si ad rẽ gra/ uem applicuisset Qualis esse po/ tuisset imperiorꝫ mutatio, q̃ Ben/ tiuolis mox post mortẽ auctoris obuẽit. ¶Ama ricic̃.i. amaritudi nẽ. Vñ Flaccus. Nocet empta do lore voluptas. d ¶Nulla enim hic sincera ẽ dul/ cedo q̃ nihil ama roris habeat. e ¶Atra.i. infau sta, atro lapillo notanda. f ¶Panthia, id (vt i carmine de osculo Panthiæ dicturus sũ) no/ men fictitium est amicæ auctoris. g ¶Soli charus erã. Id non datur laudi / nisi dicat adamatorie / si/ cut nec sequens, h ¶Soli mihi so/ la placebat,quia mulier formosa multis placet, li/ cet si fidelit̃ amet vni placere studeat. Nõ ẽ ergo laudi dandũ rei ꝙ sine riuali amet̃, sed ꝙ amari ab vno cupit puella. i ¶Hæc.s. fortuna. k ¶Facit vt dña, videlicet pãthia more græcorꝫ, q̃ vxores dñas vocãt, sicut Flãdrini fere oẽs mulieres. l ¶Suus.i. ꝓprius. m ¶Ignis.i. amor, vt i Buco. me° ignis amyntas. n ¶Abire dña, sic abire senatu Liui° dixit. Abeo em̃ & absũ virtute p̃positiõis ablatiuo cohærẽt. o ¶Dura.i. inexplicabil̃/ implacabilis. p ¶Nup.i. nunc par:

Ac veluti lunæ facies modo conficit orbem,
Et modo deficiens nocte tacente silet.
Et mõ clara micat pernox, mõ nulla senescẽs
Cernitur, & nunc̃ꝫ quo prius orbe nitet.
Sic fortuna facit, nunc pura & lucida fulget,
Nunc obscura latet nec manet vna diu.
Hæc iuuenũ dulces dirumpere tẽtat amores,
Atcꝫ voluptati miscet amariciem.
Olim ego florebam fœlix in amore beatus.
Fortunatus eram, nulla erat atra dies.
Me mea laudabat solum, solumcꝫ fouebat
Panthia, sola mihi Panthia chara fuit,
Soli charus eram, soli mihi sola placebat.
Panthia; & amborum mutuus ardor erat.
Inuidet heu fortuna mihi miserũcꝫ flagellat,
De solioꝫ trahit præcipitemcꝫ rotat.
Hæc facit vt domĩa ardentẽ restringat amorẽ,
Nec velit esse suum, qui suus ignis erat.
Ignis eram dominæ dulcis dominacꝫ fruebar,
Heu mihi nunc domina cogor abire mea.
Heu mihi nũc sꝑnor miserꝫcꝫ excludit amãtẽ
Et refugit nostras Panthia dura preces.
Sors fera cur durum torsisti fulmen? amanti
Cur mihi diua noces? cur mihi nuper obes?
Non ego te læsi, non te fortuna fefelli.

aduerbium est tẽ poris a ¶ Inficiata, id est non abnegauit te deũ.

b ¶ Barathrum, id est voraginẽ.

c ¶ Alecto & Thesiphonen, id est furias infernales, quæ tres sũt, nam tertia megera dicit. Alecto autem accusatiuus est/ habẽs in genitiuo alect⁹.

d ¶ Nec velit, id est & quam non velit.

a Impia nec lingua est inficiata deam.
b Malo ego tartareũ viuus penetrare barathrũ,
c Alectoq; trucem Tisiphonenq; pati.
Panthia q; mihi sit cõtraria q; sua vertat
ɔ Corda dolens, nec me plus uelit esse suum.
Possum ego magnor; cõtẽnere magna deor;
Numina, supremũ ludificare Iouem.
Brachia dũ nostro supponat eburnea collo,
Mecq; suum foueat Panthea mancipium.
Heu mihi mutata es cur pãthia? iã mihi vita
Inuisa est, nec lux/ nec iuuat vlla quies.
Viuere nõ possum sine te mea pãthia, tu nunc
Elige, me ne velis viuere me ne mori.
Sydera/ cœlicolas testor summũq; tonantem,
Crimine me nullo contemerasse fidem.
Si nunc excludor/ si nũc exterminor, omnes
Iuro deos post hac panthia solus ero.
Me sub amore tuo cõsumet longa senectus,
Tu mihi primus amor, tu mihi finis eris.

e ¶ Nestoris, qui tria sæcula vixisse dicit Cumeæ.

f ¶ Cumea, sybilla quæ vsq; ad Tarquinij prisci tẽpora.

g ¶ At tu, ad Minũ conuertit sermonẽ. Cætera patent.

e Non ego mutari possum, seu Nestoris æuum
f Siue ego Cumeæ sæcula vatis agam.
g At tu qui nostri decus es/ splendorq; senatus
Fortunæ fœlix ingenijq; bonis.
Quicq; es doctor; doctus verusq; patronus.
Quem decorat phœbus pierideſq; fouent,
Mine lacescentem discas tolerare puellam,
Et perferre minas seruitiumq; ferum.
Imperium mitis perfer durasq; catenas,
Sic iubet alma venus, sic pharetratus amor.
Panthia me docuit cunctos deponere fastus,
Atq; humilem duro subdere colla iugo.
Nunc humilis nunc demissis ceruicibus ibo,
Nunc dominæ leges iussaq; magna sequar
Sed tu quid sentis qui calles cuncta, quid oro
Mine mones, mihi da quod peto consiliũ.

¶ Quæ veriores sunt imagines
ex libris & ex nomismatis. (plũbo

a ¶ Nomisma, græcis, & Horacio cæteris latinis numisma dicitur.

a Nil p̃stare queunt tibi fusa nomismata
Nullo ineſt mutis vsus imaginibus.
Nulla hinc vtilitas, nulla est mihi crede voluptas,
Vix oculos pascũt talia, nõ animũ. (ptas,
Quare age, cũ fictis veras mutato figuras.
Et p plumbosis accipe chartaceas.

b ¶ Plumbosis, fusis. c ¶ Chartaceas, id est scriptas. d ¶ Scriptis. Vnde Horaciº, Cœlo musa beat.

b c
Est scriptis viuax facies, & forma perennis
d Magnorum regum nobiliumq; ducum,
Scriptis cæsarei proceres sanctiq; Catones,
Scriptis pompeius noscitur atq; Numa.
Hæc vere effigies, hæc sunt simulacra virorũ,
Hi spirant vultus, hæc monumenta vigẽt.
Id tibi scripta dabũt, q̃d nulla nomismata p̃nt.
Sic oculos poteris pascere, sic animum.

¶ Eiusdem ad magnificum Hannibalem Bentiuolũ Carmen.

O Decº eximiũ & gẽtis generosa, p pago
Bentiuole, o patriæ dulcis alũnæ tuæ
Hunc cape tranquillo vultu faciesq; libellum
Hannibal, & nugas perlege quæso meas.
Fabula Tancredi mœsta est, Boccaciº auctor
Hanc nos rhomano vertimus eloquio.
Hanc tu vulgato lege tu sermone latino.
Atq; animũ alterna cognitione foue.
Illa suo cãdore placet/sed nostra placebit,
Si fuerit genio grata camœna tuo.

e ¶ Genio, id est naturæ. Vide p̃fationem auctoris in Persium.

e
Sũt hæc parua quidẽ fateor, sed magna subĩde
Esse solent paruis deteriora bonis.
Hoc adamas gẽmæq; docẽt, quæ corpe puo
Oblectant reges/diuitibusq; placent.
Nos cõtra horremº magnos p̃sæpe gigantes,
Terremur magnis sæpe voluminibus.
Q̃d si non sordẽt istæc leuiora, dabuntur
Mox maiora, Vale/spesq; decusq; meum.

a ¶ Tancredº. Argumentū huiº carminis mysticū. i. fabulosū ẽ, veri tñ sile, qa res geri potuit, sūptū aūt asserit ex Boccacio, q̄ id tuscana lingua (q̄ plurimū valuit) cōposuit, facit aūt nō nihil ad bonos mores, nā & parētes monet vt filias nubiles nuptū mature dēt, & iuuenes ac iuuēcl'as vt cautº amēt, ne similе sortiantur exitiū. Est em̄ de gismūda filia Tācredi principis salerni, q̄ a prē i viduitate diutº detēta deplōrit, adolescētē em̄ formosissimū/sz hūillimis natalibº ortū vsq̄adeo amauit, vt cū eo rē haberet, quod vbi resciuit pat' amatoris iterempti, cor filiæ epulādū apposuit, quod illa deosculata, dolore confecta est, id modo patrē precata/vt vno condantur tumulo, quod & miseræ imprudentiaz & duriciā suam deplorās concessit. Oīa sunt vt in elegiaco solēt facilia. b ¶ Salernū, oppidū italiæ maritimū, quod custodiæ gra rhomani olim munierunt, vt tradit Strabo libro. vi. c ¶ Cynthia. i. diana. d ¶ Dauni de gente. i. rutilorz Erat em̄ daunus pat' turni ardeæ priceps ꝛc̄. e ¶ Hic hyme. canūt. i. epitalamia & carmina nuptialia, ī quibº sæpe hymenæi fit mentio, eoq̄ de nuptijs credebat' benemeritus. f ¶ Fata, id est moriendi necessitates

¶ Fabula Tancredi ex Boccatio ī latinū versa a philippo Beroaldo. (lernū

a b ¶ Ancredº placida princeps ditione salerni,
Et paruū tenuis sceptriger imperiū.
Huius erat mite ingenium moresq̄ benigni.
Huic tranquilla quies lætaq̄ vita fuit.
Vixerat hic nimiū fœlix nisi sanguine amātū
Optasset senior cōmaculare manus.
Filius huic nullus fuerat prolesq̄ virilis,
Cui moriens pulchrum traderet imperiū.
Sed fortunatus nimiū foret atq̄ beatus
Si foret in magna filia nulla domo.
Sola fuit forma excellens & nubilis æuo,
Filia corporeis conspicienda bonis.
Gismunde nomen natæ dixere parentes,
c Quæ poterat dici Cynthia siue Venus.
Cuius erat facies priscis æquanda deabus,
Cuius erat candor lacteus atq̄ color.
Diligit hanc genitor solam/solamq̄ requirit,
Hanc fouet, hanc vitam deliciasq̄ vocat.
d Multi illam antiqua Dauni de gente petebāt.
Lucanicq̄ petunt œnotrijq̄ proci.
Sed pater in longū cupidos ꝓducit amantes,
Et nectit varias callidus vsq̄ moras.
Tandē campanus multis de milibus vnus
Deligitur ductor sponsus, & ille placet.
Gaudia concelebrant, lectus genialis in aula
Sternitur, hic iuno est ꝓnuba, suntq̄ faces.
e f ¶ Hic hymenea canūt, sed em̄ iā fata recusāt

a ¶Ante diē. ſ. ad quā viuere p ætatē potuiſſet. b ¶Deploratas. defletas
c ¶Iuſta, plurali nūe. dicunt exeq̄æ defunctis debitæ. d ¶Cōiugē. i. mariti
e ¶Ad patriaſ. i. pr̄is ſui Tācredi, hoc ē ſalernū re/ dijt. f ¶Deſtīat, aīo cōcupit & p/ ponit. g ¶Cœli be. i. viduo extra matrimonium. h ¶Forte. i. ñ ad hoc accit⁹ a patre i ¶Dexteritate, id eſt ſtrenuitate aut pſperitate. k ¶Deligit, id eſt ad amandum de multis legit. l ¶Depit, id p̄di te amat. m ¶Li mis. i. obliq̄s & trāſuerſa tuētib⁹. n ¶Perſēſit. i. tā/ dē p̄cepit. Vñ nō dicam præſenſit. o ¶Ignibus, flā/ mis annorum. p ¶Eſt, id eſt vo rat, abſumit, vt æneid. tiñ. Eſt mol lis flāma medul/ las. Interea, & tacitū viuit ſub pectore vulnus. q ¶Crœſi, regis lydor̄ ditiſſimi, & r ¶Mydæ, cui quicquid cō/ tigerat, ī aurum vertebatur. s ¶Flagitat, ex/ poſcit, aut lege fragritat. i. ardet t ¶Hinc, id eſt ex vna parte. v ¶Hinc, id ē ex altera. x ¶De/ dec⁹, id eſt infa/

Connubium hoc fœlix perpetuumq̄ fore,
a Occubat ante diem ,p perata morte maritus.
b Et deploratas deſerit ecce domos.
c Exequias poſtq̄ coniunx & iuſta peregit
d Coniugis, ad patrias mœſta remigrat opes.
e Iam pertæſa viri, thalamūq̄ peroſa iugalem
f Deſtinat in viduo viuere ſola thoro.
g Hoc probat ipſe parēs, natāq̄ in cœlibe lecto
Eſſe cupit, ſine qua viuere triſte putat.
h Forte fuit iuuenis regali pulcher in aula
Moribus ingenuis & probitate decens.
Is dominū ſolus curabat, iuſſaq̄ obibat
i Principis egregia dexteritate potens.
Hunc Giſmūda ſibi multis ex milibus vnum
k Deligit, huic ſoli ſola placere cupit.
l Deperit hunc furtim, limiſq̄ aſpectat ocellis,
m Hunc optat tenero poſſe fouere ſinu.
At iuuenis cui nomē erat Guiſcardus acuto
Ingenio ſollers conſilioq̄ vafer
n Cognouit flammas & ſe perſenſit amari,
o Nec minus occultis ignibus ipſe calet.
p Aeſtuat & teneras eſt mollis flāma medullas,
Vt feruens ſtipulas vrere flāma ſolet.
Hāc ſpectās pulchraq̄ oculos ī virgine figēs,
q Diuitias Crœſi deſpicit atq̄ Midæ.
r Giſmundā cupit, hanc ſolam nocteſq̄ dieſq̄
s Flagitat, hoc ſolum nomen in ore ſonat.
Fœlices parili quibus alma caleſcere flamma
Dat venus, & quor̄ mutuus extat amor.
Ambo cupidineas pariter ſenſere ſagittas.
Ambo complexus colloquiumq̄ volunt.
t Quid faciat Giſmūda, patris cuſtodia magni
v Hinc premit, hīc cohibet dedec⁹ atq̄ pudor
x

Quid nõ sentit amor, fallacẽ excogitat artem
a Fœmina, & arcanas conficit ipse notas.
b Littera dissecta celatur arundine furtim,
c Quam dat amatori pulchra puella suo.
Callidus hanc cannã temere nõ credit amator
Esse datam, inuentas inspicit ille notas.
Gaudet amãs laudatq; viã quã fœmia mõstrat
Polliciti expectans gaudia concubitus.
Scripta docẽt, furtiu⁹ amor cõiũgere amãtes,
Quo possit cupidos tempore quoue loco.
d Stat verus & densis vestitur sentibus antrum,
Aulæ contiguum principis ante domum.
Desuper exigua patefactum luce foramen
Immĩet, hoc vepres hoc quoq; spina tegit.
Illinc angusti calles & semita tendit,
Gismunde ad thalamum cõspicuasq; fores.
Nemo hãc speluncã longæua ætate peresam
Nouerat, hæc nullis vsibus apta fuit.
Quid nõ cernit amor, qd nõ vestigia amator?
Illum deprendit fœmina prima specum.
e Illud monstrat iter, carpendus flosculus illinc
f Ille est, qui tantam spirat amariciem.
Quisq; amare cupit discrimina nulla recusat,
Omneq; tormentum iudicet esse leue.
g Guiscardus nitidis exutis vestibus hirtum
Induitur corium, præcipitatq; moras.
Impiger angustum demisso fune foramen
h Intrat sublustri nocte iubente deo.
Continuo cæcas nullo comitante latebras
Exuperat, cœptis sancte cupido faue.
Tuq; venus iuuenẽ, qui se tibi credit ab omni
Eripe nunc casu subsidioq; foue.
Gismunda interea dilectũ expectat amantẽ
Sola tremens, inter spemq; metũq; labans.
Iã Guiscard⁹ adest, dominã iã conspicit, & iã
i Alter in alterius cãdida colla ruũt.

ma. a ¶ Notas id est scripturas.
b ¶ Littera, id ẽ epistola more poetico. Nam ĩ oratione tm̃ pluraliter dicimus.
c ¶ Arundine. baculo concauo & fistuloso, aut reuera arundine cannam/arundinem.
d ¶ Stat verus ꝛc̃. Topographia, id est loci descriptio. Illee ¶ Flosculꝰ. Allegoricos concubitum intelligit.
f ¶ Qui spirat, id est diffundit & parit tantã amariciem. Dicitur amaror/amaritudo & amaritas & amaricies ab amaro.
¶ Guiscardus nitidis exutis ꝛc̃.
g ¶ Hirtum, id est pilosum.
h ¶ Sublustri, id est parum clara deo, amorum cupidine/scilicet faue. Verba sunt amatoris precantis.
i ¶ Alter in alterius candida colla ꝛc̃. Prolepsis implicita. O fortunati dictuꝫ ex opinione vulgi/aut cæcorum amãtium. Nam in talibus quanto quis fortunatior tanto reuera infœlicior efficit.

Oſcula iam carpunt, iã mutua gaudia ſumũt,
Illa ſuum dominum iam vocat, ille deam.
O fortunati natiq; fauentibus aſtris,
Gaudia ſi vobis hæc diuturna forent.
Nil homini firmũ eſt, nulla eſt diuturna volu
Candida nullius it ſine nube dies. (ptas,
Nã dum ſæpe iocos dũ dulcia furta frequẽtãt,
Fortunæ in laqueos inſidiaſq; cadunt.
Primus furtiuum ſentit Tancredus amorem,
Primus proh natæ cernit adulterium
Iugemit, & magno perculſus corda dolore.
Quid faciat neſcit/conſilioq; caret.
Tandem cuſtodes tenebroſo ponit in antro,
Qui furtim ingreſſus introituſq; notent.
Sic miſer & fato natus guiſcardus iniquo
Prenditur, & domini ſiſtitur ante pedes.
Cui mox Tancredus lachrymis fœdãtib⁹ ora
Dat ſingultatis talia verba ſonis.
Nec mea te pietas/nec te clæmentia/nec ius
Improbe in officio cõtinuere pio?
Hoccine pro meritis tantis ingrate rependis
Vt cupias noſtram commaculare domum.
Cõtra hæc guiſcard⁹, maius Tãcrede cupido
Poſſidet imperium, pluſq; vigoris habet
Q; tu, q; leges, q; fas, q; noſtra voluntas,
Is iuſſit, contra quis queat ire deos?
Giſmunda interea tantarum neſcia rerum,
Inter virgineos ſtat ſpecioſa choros.
Ecce pater lachrymãs turbato pectore natam
Seuocat, & ſoli talia ſolus ait,
Quum tua nata mihi virtus probitaſq; fuiſſet
Cognita, quum mores ingeniumq; pium.
Credere te quiui nunq; committere tantum
Poſſe nefas, quãtũ his vidi ego luminibus.
Tu ne pudicitiam potuiſti prodere ſanctam,
Et ſtupro corpus proſtituiſſe tuum?

a ¶ Sine nube, id eſt ſine caligine aduerſitatis.

b ¶ Singultatis, id ẽ ſingultatim emiſſis. c ¶ Cupido, vis aut deus amoris.

d ¶ Is, ſcilicet Cupido.

e ¶ Quis queat. Sic Statiꝰ ĩ Achileide, Quis diuũ fraudibus obſtet Sed quis cupidinẽ deũ Cenſeat.

a ¶ Te propter, id ẽ, ppter re, imitatio vergiliana.

a Te propter misera est atq; erũnosa senectus
Nunc mea, te propter nũc mihi vita grauis.

b ¶ Incesta, non casta, sed inuidiose rem auget.

b Q; si incesta tuo flagrabat corde libido,
Nec poteras casto viuere casta thoro,
Saltem patricius, saltem generosus amator
Ille foret, cui te prostituisse cupis.

c ¶ Vellicat, id ẽ carptim rodit.

c Hoc est q̃d doleo, q̃d cor mihi vellicat hoc est
Q; tibi guiscardus perfidus ille placet,
Pauper/vilis/inops, humili de sãguine natus,
Qui matrem ignorat sordidus atq; patrem.
Qui mihi mox meritas p̃soluit sãguĩe pœnas
d Collaq; carnifici qui iugulanda dabit,

d ¶ Carnifici, id est tortori.

e De te quid statuam dubia est sententia, nutat
Mens mea, & a tantis fluctuat icta malis.
Hinc amor & pietas iram cohibere paterna
f Me monet, hinc stimulat me tua nequitia.
g Illa iubet veniam tibi me indulgere, sed ista
h Vt præter genium sim truculentus atrox.
Exitus in dubio est, tu nũc exprome quid ista
In re decernas improba, scire velim.
Talibus exarsit/magno perculsa dolore.
Gismunda, & lachrymas vix cohibere põt.
Mox animosa viro similis lamenta recusat
i Fœminea, & vitæ prodiga, certa necis.
Hæc patri responsa dedit, non deprecor ipsa,
Nec nego quæ quereris me meruisse pater.
Altera res quoniã mihi nil prodesse valeret,
Altera ne prosit nec iuuet ipsa volo.
Nõ ego nũc verbis animũ mulcere benignis
Quæro tuum, veniam nec peritura rogo.
Guiscardum fateor gracilẽ nõ rustica amaui,
k Et dum luce fruar nomen amabo pium.
Q; si morte carent animæ, sí manibus vllus
Sensus inest, huius grata erit vmbra mihi.
At non vt iactas mihi tam furiosa libido,
l Quã tua segnicies suasit amoris op9.

e ¶ De te quid. Seruat decorem paternum, quia patrius amor nõ potuit statim in suppliciũ filiæ cõ sentire.

f ¶ Nequitia, incõtinentia, quia nequit cõtinere.

g ¶ Indulgere, id est p indulgentiã concedere.

h ¶ Præter genium, id est ingenium & naturam meam.

i ¶ Prodigia, id est pfusa & parata, pdigere & dis perdere vitam.

k ¶ Piũ, accipit pro dulci. Nulla em̃ in facto eius pietas ineſſe videtur.

l ¶ Segnicies, tarditas.

a ¶Meminiſſe, id eſt memor fuiſſe.

a Debebas genitor calidæ meminiſſe iuuentæ,
Quantaq; fœmineo pectore flãma calet.
Cernere debueras q; ſum tibi filia mollis,
Q; non ex ferro nata neq; ex ſilice.
Nõ tantũ ardet apex æthne⁹/ flagrat olymp⁹,
Nec tantum/ quantũ cor iuuenile calet,

b ¶Q;q;, id eſt & q; hoc eſt quãtum. Sunt enim duæ partes.

b c Q;q; puellares genuino ardore medullæ
Flagrant, quas luxus delitiæq; fouent.

c ¶Genuino, id eſt occulto, tranſlatio a genuino dente.

Non potui ſterilis florem fructumq; iuuentæ
Perdere, veſtalis non ego virgo fui.
Olim experta vir; & veneris dulciſſima dona
Non queo mellitos non meminiſſe locos.
Quid facerẽ iuuenis/ diues/ formoſa puella?
Id facio, quod vel penelopea probet.

d ¶Penelopea, id eſt penelope vxor Vliſſis caſtiſſima.

Atria cõplures, pceres pat' ampla frequentãt,
Ingentes quorum conſpiciuntur opes,
Ex illis fateor placuit mihi nullus amator,
Nullus Guiſcardo eſt viſus amabilior.
De quo cõquereris/ de quo gemis, ẽ q; paup;,
Et quia maiorum ſtemmata nulla colit.
Nemo ẽ (crede mihi genitor) laudãd⁹ ab illis,
Quæ ſunt fortunæ munera fluxa bonis,
Veraq; nobilitas non eſt in ſtemmate longo,

e ¶Ceroſis, id eſt ſtemmatis e cera fieri ſolitis.

e Non in cæroſis eſt ſita imaginibus.
Vna eſt cunctorum prima & genialis origo,
Omnibus eſt genitor iuppiter eſtq; deus.
Sola facit virtus generoſum, ſola beatum,

Spõdæ præsto est noxa. sunt verba, εγγυᾶ παραδίδωμι, latine dicitur, spondæ noxa præsto est. Per mille possum (vt Ausonij verbis vtar) currere exẽpla vt probẽ predes, vadesq; pœnitudinis reos, sed nolo nominatim quemq; dicere sibi quisq; vestrũ dicat & secum putet, spondere quantis damno fuerit & malo. Plinius inquit comitẽ æris alieni atq; litis esse sponsionem, eamq; sententiam assignat Chiloni Lacedæmonio. Sunt non parũ multi codices Pliniani in quibus non sponsionẽ legas/sed miseriã, vtraq; lectio suos assertores habet. Plato in Charmide inscripta esse ꝑ Apollini Delphici tẽplo testatur. Tria hæc præcepta, Nosse se quemq;, nihil nimis, & sponsioni adiuncta incõmoda. Laertius Diogenes Chilonis inquit hæc sententiola est, sponsioni nõ deesse iacturã. Sed plærisq; oẽs eã assignãt, ascribuntq; Thaleti, quos & nos sequimur. De quo Sidonius Appollinaris, Tales Mileto genitus vadimonia culpat. Et aliubi, Mileto ꝙ Chrete Tales vadimonia dãnas. Ex hoc saluberrimo præcepto admonemur cauere a sponsionibus, ne verborũ obligationibus vinciamur, ne prædes/ vades/ sponsores (quod detrimẽtosum est) efficiamur, multos redegit ad inopiã & ægestatẽ formula illa stipulationis. Mihi decẽ dabis? dabo. Mihi decẽ dare spondes ne? spondeo, hoc est illud damnosum verbum, de quo intellexit Ouidius illo versiculo, vnius vt verbi grãdia dãna ferat, hæc est Plautina stipulatio ex pseudulo, vbi senex stipulatur verbis ita conceptis. Viginti minas dabis? Respondet leno, dabuntur, & ita ex hoc verbo obligatus viginti minas soluere cogitur. Vnde mox queribũdus dolenter infit, Auferetur id præmium a me quod promisi per iocũ. Cauete ergo hoc verbum spondeo, cui comes est noxa siue iactura. Cauete a stipulatione, quæ obligat promissores, quæ vt diffinit Pomponius iurisconsultus titulo de verborũ obligationibus) est verborũ conceptio, quibus is qui interrogatur daturũ factumve se id quod interrogatus est, spõdet pragmatici homines in callido versutoq; iure solertes, quorũ aucupia sunt verborũ syllabarũq; tendiculæ, oĩbus præceptis/ historijs/ versibus cauere iubẽt & vetant credere. Alterũ se facere ait Marcus Tullius vt scilicet caueat, alterum vt nõ credat se facere nõ posse. Vos vtrũq; facite, diligẽter cauete/ ne temere credite. Nam qui cauet ne decipiatur (vt inquit Plautinus senex) vix cauet quũ etiã cauet, etiã quũ cauisse ratus est, sæpe is cautor captus est, apud Liuiũ ait Philippus Macedonũ rex nõ omniũ se fidei credere. Cauẽdi autẽ credẽdiq; intellectꝰ multiplex est, & ad multa protenditur. Verũ illud vetus, Non putaram in omni negocio turpe est, cuius comitẽ scitote esse pœnitentiam. Subit hac in parte admirari priscorũ diligentiam qui reos dici voluerunt eos, qui quid ꝑpuissent, spopondissentve. Caueamus ergo ne ꝑ spõsionem in numero reorũ habeamur, ne vnius verbi fluctu in dispendij scopulum illidamur. Thaletis & illæ sententiæ circũferuntur, Antiquissimũ omniũ esse deũ, pulcherrimũ mundũ, velocissimã mentẽ, quæ ꝑ vniuersa discurrat, sapientissimũ tẽpus quo omnia inueniãtur. Idẽ triũ maximarũ causa gratias sese agere naturę dicebat, ꝙ homo & nõ belua, ꝙ vir & nõ fœmina, ꝙ græcus natus esset & nõ Barbarus.

Formula stipulatiõis.

Plautinus stipulator

Finitio stipulatiõis

Tẽditulæ verborũ

Cauere iubẽt

Credere vetãt

Nõ putarã.

Rei dicti ꝑmissores.

Triũ causa agebat gratias deo

¶Sed iã peracto quarto curriculo/ quintũ decurramus, cuius quadrigarius ac ductor est Bias Prienẽsis, is olim filio ad Aegyptios ꝓficiscẽti præcepit, vt εφοδιον προσγηραος, id est viaticum ad senectutẽ sibi compararet, virtutem nimirum pro viatico intelligens, quæ sola est certa ac vera

poſſeſſio. Idem quũ patrium prienam cœpiſſet hoſtis cæteris multa de ſuis rebus dum fugiunt aſportantibus admonitus a quodam vt idem ipſe faceret, ego vero inquit facio, nam omnia mea mecum porto. Huius itaq; Biantis eſt illa ſententia, ὁι πλέισ τοι κακοι, latine dicitur plures ſunt mali, cq; ſit hoc vero verius homo nemo gnarus ſciuſq; rerum humanarum eſt qui ambigat. Deteriorum magna natio eſt, vt inquit veriſſime Cicero. Boni vero ſingulares Omne tempus Clodios (vt Senecæ verbis vtar) non omne Catones fert. Ad deteriora faciles ſumus & Catillinam, vt ait Satyrographus, quocunq; in populo videas quocũq; ſub axe, Sed nec brutus erit brutus nec auũculus vſq;, Rari quippe boni numero vix ſunt totidem quot Thebarum portæ vel diuitis oſtia nili. Apud ſodomitas (vt canonicæ ſcripturę prodiderunt) decem boni inuenti nõ ſunt, quorum bonitate improborum vitioſitas ſuſtentari poſſet. Mores boni (vt inquit Plautus in trinũmo) ſunt intermortui, Mores vero mali quaſi herba irrigua ſuccreuerunt vberrime. Quũ videris forum multitudine refertum & ſepta cõcurſu omnis frequentiæ plena, ſcito illic tantundem eſſe vitiorum quantum hominũ. Omnia vitijs ac ſceleribus plena ſunt, mali inter malos viuimus. Nobiſcum bene agitur, ſi inter peſſimos non ſimus. Quoties virum bonum videre cõtingit, illi aſſurgito, illi caput aperito, illum vt deum colito. Via vitiorum lata eſt & decliuis, & ideo cunctis peruia, via virtutis anguſta/ cliuoſa/ſenticoſa, & ideo pauciſſimis patens. Fimbria olim iudex electus in cauſa pinthiæ, qui ſponſionem fecerat q; vir bonus eſſet, iudicatu illo ſuperſedit dicens. Non liquet, quoniam vt vir bonus aliquis ſit, ea res innumerabilibus officijs & laudibus continetur. Et vt dicebat Pittacus, perdifficile eſt bonũ eſſe. Quidam malos interpretãtur imperitos & barbaros, qui ius æquũ/ſacros mores negligunt. Tanq; plures dixerit Bias eſſe imperitos ac iniquos, quod euidẽtiſſime planũ eſt. Quotus enim quiſq; aut peritus/aut peritiæ eſt aſſectator, quotus quiſq; ſtudet ingenuis diſciplinis, imperitia atq; barbaria hoc tempore graſſatur & viget. Exploſa eliminataq; eruditiõe atq; humanitate Idiotis ludibrio ſunt/ſi q; ſunt boni. Imperiti in honore ſunt/atq; æſtimatione, periti probro atq; cauillis obnoxij eſſe cœperunt. Magna eſt (vt dicebat Tuſculanus Cato) virtutis incuria, ſi mali imperiti boni cõſequenter periti dicentur. Et quis non videt inter mille vix milleſimũ bonum, hoc eſt peritum merito dici poſſe. Malos ab antiquis pro viliſſimis dictos eſſe docet Plinius/ſic ſcribens. Quonam modo (inquit) vtiliſſime colũtur agri? ex oraculo ſcilicet malis & bonis. Itaq; quum abaui dicerẽt malos intelligere voluiſſe viliſſimos. Q; ſi mali ex hoc Pliniano interp̃tamẽto ,p vilibus accipiũtur, quis non videt plures eſſe viliores/deſpectiores/ſordidiores? Quiſquilias hominum & detrimenta? Exẽplis res nõ æget, quę luce clarior eſt. Nos quoquo modo mali dicantur ſiue improbi/ſiue imperiti ſiue viles, elaboremus/contendamus/enitamur/ ne inter malos enumeremur, vt ſentẽtia Biantis vanidica & mendax comprobetur in nobis. Immo enixe curemus, vt ſimus potius ſimiles ſacerdotibus ægypti, quos Piromas vocant. Eſt autem piromis græca lingua καλοσ και αγαθοσ, id eſt honeſtus & bonus. Hic idem Bias dicere ſolebat malle inter inimicos iudicare/ q; inter amicos. Quippe ex amicis alterum prorſus futurum inimicum, ex inimicis aũt alterũ amicum. Idem interrogatus quidnã faciens homo delectaretur? lucrans inquit.

Omnia mea mecum

Mores boni inter mortui

Mali int̃ malos viuimus

Via virtutis ſenticoſa.

Non liquere de viro bono.

Mali imperiti.

Mali pro viliſſimis.

Piromes q

Pittacus mythyleneus

Sexto curriculo prodeat ad curſurã Pittacus Mithylenæus, qui Phrynonem Athenienſium ducem monomachia/ hoc eſt ſingulari certamine congreſſus interemit, quum inſtar Retiarij rete emiſſo illo implicaſſet, huiuſce Pittaci illa eſt celebrata ſententia γνῶθι καιρον, latine dicitur, noris tempus, vel noris oportunitatem ſiue tempeſtiuitatẽ. Rhomana vox eſt, Veni in tẽpore. Interpretatio huiuſce ſapiẽtiſſimi dicti ſaluberrima eſt, vt ſcilicet norimus in rebus agendis, obſeruemuſq; oportunitatẽ, vt in tempore cuncta aggrediamur. Terentius rerum omniũ eſſe primum tempus ait. Reputent cuncti (vt verbis Auſonij vtar) q̃tus offenſam incidat, ſpectata cui nõ fuerit oportunitas. Medicus in dãda ægroto medicina, norit καιρον, id eſt tempeſtiuitatem. Nam vt inquit ille, Temporibus medicina valet. Contra nihil eſt in morbis magis periculoſum nec magis pernicioſum/q̃ immatura medicina. Quod & memorat Seneca in libro ad Albinã matrem de conſolatiõe. Præcipit Plinius noſter cauendũ ne in remedijs vitia fiant. Quod euenit nimia aut intempeſtiua medicina, nolo cõmemorare q̃ multi ita pereant dum intempeſtiua pharmaca propinãtur. In cibo quoq; dando o medici γνωθι καιρον, noſce quando tempeſtiuũ eſt. Nam (vt veriſſime ſcribit Cor. Celſus) optimũ medicamentũ eſt oportune cibus datus, qui quando dari debeat/inter medicos non ſatis conſtat. Notum eſt illud Ouidianũ Ipſa leget tempus medici quoq; tempora ſeruant, καιροσ id eſt tempeſtiuitas tantũ pollet, vt vinum quod alioqui noxium eſt languentibus, in tempore datum medeatur. Quod Ouidius quoq; planiſſime ſignificat illo verſu, Data tempore proſunt, & data non apto tempore vina nocent. Huius rei obſeruationem probe callebat Aſclepiades, qui primus vino opitulari inuenit dando ſcilicet κατα καιρον, id eſt in tempore, qui vnum de vino dando volumen condidit. Hippocrates in Aphoriſmis, & Galenus libro ſexto ſimplicium, docent dolores oculorum vinum meraco ſolui, quod ita interpretatur/ſi tempeſtiuiter detur. Tu qui aditus faciles ad principẽ quæris, cupiſq; voti cõpos euadere. γνωθι καιρον, noris oportunitatẽ, & quæ molliſſima fandi tempora. Cuius præcepti gnarus poeta ſic cecinit. Sola viri molles aditus & tempora noras. Plautus oportunitatem innuens, efficaciſſimã eſſe in rebus ait in Pſeudolo, Ipſa mihi oportunitas nõ potuit opportunius aduenire. Item in Menechmis, Nõ potuiſti magis per tempus mihi aduenire q̃ aduenis. Ita ego ſoleo, commoditatis omnis articulos ſcio. Hiſtorici prodiderunt Veſpaſianũ id temporis fuiſſe facillimum/indulgentiſſimumq;, quo in balneum tricliniumq; tranſibat, eaq; momenta atq; occaſionem domeſticos ad aliquid petendum magnopere captaſſe. Conſimiliter vos qui vultis apud principẽ impetrabiles eſſe/captate id tempus, quo remiſſior/hilarior/indulgẽtior eſſe ſolet. Scitote plus pollere tempeſtiuitatẽ hanc ad ſucceſſus petitionũ, q̃ adipem leonis, q̃ ſanguinẽ baſiliſci, q̃ ſpondylon draconis, q̃ anguinũ dryudarum ouum, cæteraq; id genus promiſſa magicæ vanitatis. Contra non parum multi intẽpeſtiue interpellantes merito repulſam patiuntur. Quibus illud Naſonis dici poteſt, Non adijt apte, nõ legit idonea credo Tempora. Horatius probe callens quãtum καιροσ id eſt oportunitas polleat, ſic ſcribit. Niſi dextro tẽpore flacci verba per attentum nõ ibunt Cæſaris aurem. Idem mittẽs Auguſto librum monet portitorẽ/vt tẽpeſtiuiter adeat, videlicet ſi validus, ſi lętus erit, ſi denicq; poſcet. Qui fabricãdi materiã tractas, q cõtiguatiões domi ſtruis γνῶθι καιρον

Noſce tẽpeſtiuitatem

Rerũ omniũ tempus eſſe primum.

Intẽpeſtiua medicina peſtifera

Cauendũ ne ex remedijs vitia fiant

Apoſtrophe ad medicos

Cibꝰ in tẽpe medicamẽtũ

Vinũ lãguẽti bꝰ tẽpeſtiue datũ medet.

Intẽpeſtiue vero nocet

Aſclepiades de vino dando.

Principes oportune ſunt adeundi

Optunitas captanda in principe adeundo.

De tempeſtiuitate

Ouidius

Horatius

Qñ cedenda materies ne carie infeſtet

quando tempeſtiua ſit ad cædendum materies, quã cædi tempeſtiuũ eſſe lu
na ſeneſcẽte. Plini⁹, Columella, Paladius, Vegeti⁹, cæteriq; tradiderũt. Præ
terea tempeſtiue materies cæditur a primo autumno ad Fauoniũ, vt docet
Victruui⁹ a ſolſtitio ad brumam, vt præcipit Cato. Per ver arbores intem/ Tempeſtiui/
peſtiue cædunt, quum id tempus ſint prægnãtes & conſequẽter imbecillæ, ter cæſa/ſtra/
ſicut etiã corpora muliebria quũ conceperint iudicãtur infirma. Tempeſti tacq;.
uiter materies fit firma ac durabilis in ſtructuris, neq; pãdationibus obno
xia eſt. Conuenit aũt inter eruditos vtiliſſime ſterni in coitu lunæ, quẽ diem
alij interluniũ, alij intermenſtruũ, alij lunæ ſilentis appellãt. Q; ſi cõpetant
coitus in nouiſſimũ diem brumæ illam æternã futuram materiã ſpondent.
Apud antiquos primo punico bello. Claſſis duilli impatoris ab arbore ex/
ciſa ſexageſimo die nauigauit, ſecũdo quoq; punico bello Claſſis Scipionis
quadrageſimo die a ſecuri nauigauit. Tantũ tempeſtiuitas in cædenda ma
teriæ pollet. Quæret fortaſſe curioſus auditor, cur materiã tam ſæpe nomi/
nauerim, nuſq; lignũ. Si quis eſt qui id quẽrat, ille ſciat cõſulto me id feciſſe
& ſcienter atq; ex latinitatis elegantia. Nãq; vt ex libris iuriſconſultorũ di/ Lignũ quid
dicim⁹, & docet Vlpianus de legatis tertio, lignũ dicitur quicquid combu/ Materia q̃d
rendi cauſa paratũ eſt. Materia vero quę ad ędificandũ fulciendũq; neceſſa Tignum
ria eſt. Ideoq; lignis legatis arbores materiæ cauſa ſuccidas nõ deberi. Idẽ Matera/
iuriſconſulti titulo de tigno iuncto, & titulo de verbor⁹ ſignificatione do tura.
cent appellatione tigni materiẽ omnẽ contineri ex qua ædificiũ conſtat. De Materiatio
materia ſiue materie in hoc ſignificatu ſcatẽt volumina eruditor⁹. Inde ma Materiarius
teriatio & materiatura Victruuio. Inde fabrica materiaria Plinio, p tigna
ria, cuius inuẽtor fuit Dædalus. Hinc ipſe faber tignarius eleganti vocabu/
lo dictus a Plauto materiari⁹. Sed iam tẽpus eſt vt ex via in ſemitam regre
diamur. Qui emit, vendit, negociatur, noſcat καίρον, id eſt oportunitatem
Emptor captet tempus vt emat paruo, venditor vt vendat magno. Etẽm Vẽdas quũ
vt præcipit. M. Varro, tunc vendat quum caritas eſt negociator, vt cum lu/ caritas eſt
cro mercaturã exerceat, obeat tempeſtiue fora rerũ venaliũ. Amator ami/
cam in tempore accedat, quum tempeſtiuũ eſt, quum læta puellæ mens & Ruſticationẽ
animus ad veneria propenſior. Agricola omnẽ ruſticationẽ κατα καιρον, tẽpeſtiue ex/
id eſt in tempore exerceat. Nã vt inquit poeta, Frigidus agricolam ſi quan/ erceat agri/
do cõtinet himber. Multa forent quæ mox cœlo ꝓperanda ſereno Matura cola.
re datur. Meſſis vindemia, oleitas, ſationes, inſitiones, ꝓpagationes tempe Frumenta tẽ
ſtiuiter fiant. Conſtat frumẽta ſi tempeſtiua deciſa ſint, in horreo grãdeſce/ peſtiue deci/
re, cõtra arbores intempeſtiuo calore aut gelatione ſentire vredinem, ſyde/ ſa in horreo
rationẽ, carbunculationẽ. Denicq; vt ſummatim explicem, omnis actio, om grãdeſcunt
nis vita/ſuam expoſcũt tempeſtiuitatẽ, quã qui nouerit, ille fortunatus plæ Aureæ Pitta
raq; omnia aget & cõmodius. Pittaci & illæ ſentẽtię ſunt, Depoſitũ quum ci ſentẽtiæ.
acceperis redde. Amico noli maledicere, nec inimico quidẽ. Pietatẽ colito
Frugi eſto Veritatem cuſtodito. Quod facturus es ne dixeris, quia ſi facere
nequiueris/rideberis. Interrogatus quid infidũ eſſet/mare inquit. Item per Infidũ mare
cunctanti quid eſſet optimum? reſpondet bene agere.

¶ Supereſt ſeptimũ/nouiſſimũq; curruculũ, quo decurſo ad metam proue
hemur. Curſor autẽ progrediatur qui agmen cogit periãder corinthius qui Periander.
principib⁹ ſumma ope enitendũ ſuadebat, vt ſi tuto vellent dominari, beni
uolentia nõ armis ſtiparent. Ex ei⁹ penario promptũ eſt penu illud ſcitiſſi/

Meditatio totum.

mi saporis μελετην τοπάρ, id est meditationē esse totū, quippe is solus rei gerēdæ est efficax, qui prius omne negocium meditatur. Nam vt inquit

Ausonius

elegāter Ausonius, locare sedes, bellum gerere aut pellere, magnas modi/ casq; res etiā paruas quoq; agere volentē meditari decet. Segniores oēs in/ ceptis sumus meditatio si rei gerndæ defuit, cogitare oportet in rebus om nibus quid gerendū sit. Etenim incogitātes fors nō consiliū regit. Salustius

Temeritas infœlix.

dixit cōsulto opus esse, & vbi cōsulueris mature facto. Temeritas stulta & infœlix est, vt inquit apud Titum Liuiū Fabius maximus. Consultatio me/

Latinus Maronianus

ditatioq; rebus cōsulunt & priuatis & publicis. Latinus Vergilianus inco gitantiā improbans, meditationē probans sic infit. O præstans animi iuue/ nis quantū ipse feroci virtute exuperas, tanto me impensius æquū esse cōsu lere, atq; omnes metuentē expendere casus, illud Terentianū quis ignorat/ omnia prius consilio q̄ armis experiri decet. Rhomani annuos magistrat⁹,

Consules

quorū maxima foret potestas creauere Cōsulesq; appellauere. Nimirū a cō sulendo tanq̄ cōsilio & cōsultatione rectores administratoresq; reipublicę cuncta moderari debeant. Quid principi magis expedit q̄ habere consilia/ rios prudētes ac circūspectos, quoꝝ meditatione/consilio/cōsultatione cun

Neq; id deliret amussis

cta perpēdat/liberet/examinet, vt omnia fiant ad libellā & normā, ne quid deliret amussis. Agamēnon homericus optat nō decem similes Aiacis, qui

Votum Agamēnonis homerici.

fortitudine censetur. Sed cōsiliarios decem tales/qualis fuit Nestor. Sic em̄ inquit τοι υτο ιδεκαμοι συμφαδμορεσ εισιν αχαιων. Quod si acci/ derit non dubitat quin breui Troia peritura sit. Etem̄ magnæ res vt ait. M.

Cicero

Tullius, gerunt cōsilio/ratione/sentētia. Vlysses apud Ouidiū illudens Aia

Ouidius

cis stoliditatē inquit, Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri est. Et mox Paulo, Pectora sunt potiora manu, vigor omnis in illis. Meditatiōe cuncta

Vegetius

fiunt meliora & factu faciliora, vt Vegetius docet. Grecum epigrāma non

Irę tēperādū Iræ breuis insania.

hanc periandri de meditatiōe sententiā celebrat, sed illā, χολουκρατέ εικ quod verbū significat iræ temperādū esse. Quod præceptū & ipsum q̄ salu briter detur mortalibus quis non videt? Quū ira breuis insania, siue breuis

Ciceronis p̄ceptū ad fratrem.

furor sit, vt docti autumāt, quā frenis moderari ac cōpescere nō mediocris sapiētiæ est. M. Tullius in epistola ad Quintū fratrem ꝓtreptica hortatur/ monet/præcipit/vt resistat iracundiæ, vt linguā in ira cōtineat, vt animo & orationi quū sit iratus/moderet̄. Nam si implacabiles iracundiæ sunt, sum/

Saluberrimū Athenotori documentū.

ma est acerbitas. Aiacem in mortem egit furor, in furorē ira. Cætera vitia impellunt animos, ira præcipitat. Maximū remedium est iræ mora atq; di/ latio, vt primus eius furor relangueſcat, proinde Athenodori illud salutare

Cur tres furiæ.

præceptum habere cordi atq; memorię operæpreciū duco, qui Augusto cæ sari sic præcepit, Quū ira te cæsar cœperit, nihil prius neq; dixeris neq; fece/ ris/q̄ ipsas vigintiquattuor litteras elementarias tecū ipse ꝓcurreris. Tres sunt affectus, qui omnes homines in omnia facinora præcipites agunt, ira cupiditas/libido. Propterea poetæ tres furias esse dixerunt quæ mentes ho minū exagitent. Instar enim furiarum hi tres affectus/irę/cupiditatis libidi

Aristoteles iræ defensor Cos ẏtutis.

nis mortales dementāt, stimulis agitant, furore perturbant. Stat quidē Ari stoteles iræ defensor ac propugnator/dicēs. Iram calcar atq; cotem esse vir tutis. Sed huic Aristotelicæ sententiæ reclamāt ac refragantur. M. Tullius, Seneca & cæteri a quibus proditum est iratos proprie dici exisse de potesta te, id est de consilio/de ratione/de mente. Et quum ira insania sit, negāt vti/

lem eſſe inſaniam aut naturalem. Grammatici iram ab eo quod eſt iræ di/ Iræ etymo
ci traduut, eo ꝙ a ſe eat qui iraſcitur & furit. Qui ergo a ſeipſo abire non logia
vult, nec mentis impos fieri iram ſuffrenet, & hunc temporariũ animi mo/
tum impotentiſſimum coerceat. Quæri ſolet, quid ira diſtet ab iracundia. Ira
Scitote iram ex cauſa naſci. Iracundiam de vitio multum iraſcentis, ſic & Iracũdia
iratum iracundumq; diſtingui/vt iratus ex cauſa ſit, iracundus ex natura. Iratus
Et ſicut ebrius differt ab ebrioſo, ita iratus ab iracundo. Nãq; ebrioſum di/ Iracũdus
ci ꝓprie volunt eum qui ebrietatis vitio obnoxius eſt. Ebrium vero qui in/ Ebrioſus
terdum vino grauis ſit & impos ſui. Poteſt enim qui ebrius eſt tunc primũ Ebrius
eſſe nec habere hoc vitium. Et qui ebrioſus eſt, ſæpe extra ebrietatem eſſe,
Conſimiliter iratus poteſt eſſe non iracundus. Et iracundus qui iracundiæ Indicia ira
obnoxius ſignificatur, poteſt aliquando iratus non eſſe. Cærerum quoquo cũdiæ
modo etiam atq; etiam nobis cauendum eſt, ne iræ, ne iracundiæ procliui/
tate capiamur, ne irati, ne iracundi ſimus. Quod vitium tam deforme eſt,
vt fœda viſu & horrenda fiat facies iraſcentium, vt flagrent oculi, vt capil/
li ſurrigantur, vt ore toto multus rubor erumpat, vt labra mordeantur/dẽ/
tes atterantur. Poſſem infinita prope congerere pertinentia ad vtrãq; hanc
Periandri Corinthij ſententiam, qua dixit totum contineri meditatione, &
iracundiam eſſe frenandam, ſed nos immenſum ſpacijs cõfecimus æquor.
Etiam tempus equum fumantia ſoluere colla. Iam decurſis ſeptenis curri/
culis ad metam ꝓuecti ſumus Eiuſdem Periandri illæ quoq; ſentẽtiæ ſunt, Sententiæ
bona quies eſt, In rebus ſecundis eſto moderatus, in aduerſis prudens. Periandri.
Quodcunq; pollicitus fueris/ſeruato. Non peccantes modo, verum & pec/
care geſtientes punito. Epilogat

¶Hic eſt orbiculatus gyrus ſeptem græciæ ſapientum, quoꝝ nomina Del
phicus apollo quũ quæreret q̃ſnam primus ſapiẽtum foret in orbe tereti in/
cidi iuſſit, ne primus eſſet, ne vel imus q̃ſpiam. Habetis dicta ſapientũ quæ
vt inqt Socrates apud Platonẽ in phædro nunq; ſunt cõtemnẽda. Habetis
ſententias philoſophorum publice priuatimq; vtiliſſimas, breues pariẽ &
longas, breues in verbis, longas in ſenſu. Quarum cortex medullam tegit,
obducitq; ſuccoſiorem. Habetis hanc de ſeptem ſapientibus decurſionem
veluti prodromon, id eſt præcurſoriam legitimi annuiq; curriculi noſtri lit/
teraꝝ. In quo epiſtolæ Plinij cum Valerio Flacco iunctim ibunt. Et vna ad
metas per interuallatos curſus ꝓgredietur. Erit opinor operepreciũ ſpe/
ctatoribus ſpectaſſe horunce curſoꝝ gradus omnis, veſtigia/ ſudores/an/
helatiões, hoc eſt erit fructuoſum anditoribus me bræuio & interprete dili
gẽter penſitaſſe/obſeruaſſe/edidiciſſe in Plinio & Flacco, elegantiã/erudi/
tionem/ſchemata/tropus/cæteraq; omne genus illuſtramẽta. Nos ꝓ virili
parte elaborabimus, vt Plinianæ epulæ, & Flacci edulia noſtris condituris Embãmꝰ
condiantur. Vt noſtro Embammate, hoc eſt intinctu & conditione fiant
ſuauiora eſculentioraq;, faciantq; ad ſtomachum epulonum. Q̃ ſiquid du/
riuſculum dentes offendet, id ꝓ nos maſticum mollitumq; fiet. Ita vt cum
voluptate deduci in ventriculum trãſmittiq; poſſit. Occurret fortaſſis hoc
in loco curioſus auditor. Et muſſitãs dicet, Bene q̃dem o orator & bene di/
xiſti, ſed quorſum iſtud iam bene? quid iſtec tam longa de ſeptem ſapienti/
bus explicatio ad Plinij epiſtolas ꝓtinet, & Flacci argonautica? Quid ma/
nus figuli dum amphoram formare debet, vrceum finxit? Ego iſti id quæ/
rẽti ita breuiter libera voce reſpõdeo. O auditor curioſe nolito hinc anſam

capere calumniãdi. Scito proœmia in cauſis nõ paꝛ̃ multis maxime libera eſſe & lõge a materia duci, vt Iſocrates & Gorgias apud græcos factitarũt, vt Saluſtius Criſpus apud noſtros in bello iugurtino & catiliano, nihil ad hiſtoriam ꝓtinẽtibus principĩjs orſus eſt. Deniq; in gymnaſio libero libera eſt oratio/libera lingua, dũmodo citra maledictum euageť, & citra faſtidium, principia vndecũq; ducta ſi modo docte dicta ſint laudem merẽtur, nec rõnem ſemꝑ reddere cogiť oratoriæ dictionis orator, maximeq; ſi a ſecta deuius nõ aberrat.

¶Mos eſt cauſa perorata gratias agere auditoribus. Vos ꝓ gratiarum/actione accipite Tetraſtichon, quo ſeptem ſapiẽtum præcepta eodem ordine complexi ſumus/quo ſunt explicata, vt ita facilius memoriæ atq; animis veſtris inhoreſcant.

Reſpicito finem βιῖαι, Noſcito temet
Optima menſura eſt, ſponſio damna dabit.
Plures nempe mali, peridonea tempa noſce
Τοπὰρ conſiliũ, cũ ratione regit.

Finis.

¶Septem ſapientum Epitaphia Solonis Attici Chilonis Lacedæmoniĵ Cleobuli/Lindĩj/ Thalẽtis Mileſĩj/Biãtis Prienæi/Pittaci Mithilenæi/& Periandri Corinthĩj, Qui vniuerſæ græciæ lumina extitere.

Hoc Diſtichon Epigramma imagini Solonis erat inſculptum.

Quæ dudũ rabidas medoꝝ protulit iras,
Legiferꝝ ſalamis/pulchra Iona tenet.

¶De eodẽ hoc etiã extat Epigrãma

Cypria defunctũ cremauit flãma Solonẽ,
Sed diſperſa agris oſſa tenet ſalamis.
Pulchre vexerũt animã ſup æthera currus.
Hic leges curas condidit ante Ieues.

¶In Chilonem Epigramma

Phoſphore reddať pollux tibi grata, ꝙ fert
Chilonis natus tempora cincta pugil,
Serta videns nati genitor ſi gaudia ſumat
Non mihi ſic tali mors odioſa foret.

¶ De Cleobulo Tetraſtichon.

Lyndius æthereis ſuccoſa auris Cleobulus
Componens, iuuenes inſtruit atq; viros
Canicies/fragilis dirupit ſtamina vitæ,
Corpoream molem ſtrictior vrna tenet.

¶ De Thalete Milleſio.

Gymnicon aſpiceret quũ rurſus agona Thaletẽ,
Traxiſti e ſuperis Iuppiter æelie.
Hunc laudo cœlum propius q̃ duxeris, vltra
Non poterat terris aſtra videre ſenex.
Nempe hic exiguus tumulus, ſed ſydera ſcandit
Gloria, ſunt cuius hæc monumenta Thale.

¶ De Biante Prienæo.

Petra prienæum tegit hic cõmiſſa Biantem,
Ornamentũ ingens qui fuit ionijs.

¶ Ad eundem.

Petra Bianta tegit ſtygias pillenius vndas.
Quem duxit niueum tempora canicie
Perpetuã noctem pueri dormiuit in vlnis
Dixerat vt ſocij credita iura ſibi.

¶ De Pittaco Mitilenæo.

Condidit hoc tumulo lachrymis te Pittace leſbos
Sacra ſuis, obitu languida facta tuo.

¶ De Periandro.

Et ſophia & numis Periandrũ terra Corinthus
Præſtantem attæo continet alma ſinu.

¶ In eundem.

Ne tibi iam doleat ſi non optata ſequaris,
Omnibus at gaude quæ tribuere dei.
Mœſticia ſtygias Periander ceſſit ad vmbras
Quod non perfecit impia vota dolens.

Finis.

¶Symbola Pythagorica

¶Ad Maximum Antistitem D. Thomam Cardinalem & Archiepiscopum Strigoniẽsem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.

Senat⁹ deoꝝ

QYneas ille Pyrrhi regis legat⁹ singulari memoria memorabilis, qui senatum rhomanū constare dixit ex regibus, si hoc nostro quo senatus contemplaret senatū pontificiū/hoc est cōsistoriū cardinalium, haud dubie diceret nō regū/sed deorū illud esse cōciliū. Etem quid sunt aliud cardinales q̄ humana numina, q̄ terrena sydera/& religionis sacrosancta fastigia? In quoꝝ ordinē cooptari paucissimis mortaliū datū est. In quorū albo tu iampridē antistes maxime es conscriptus, nec imerito. Tu prudentia/cōsilio/auctoritate tanta præcellis, vt inter principes Pannoniæ refulgeas velut inter minores stellas luna splēdescit, vt sacratissimus & omni cum honore mihi nominādus rex Vuladislaus tibi vni habenas Pannonici regni moderādas crediderit, vt sine te nihil altum suscipiat ac meditet. Tu vero instar optimi gubernatoris clauū rectum tenens id agis, id curas, eamq̄ operā das vt cymba tutelæ tuę credita inuado salutis portuq̄ tutissimo cōsistat, tu religione qua constat vita mortaliū, quæ hominis ꝓpria est, quæ nos deo cognatos efficit/ac vinculo pulcherrimo cōnectit, tāta præpoles/vt nihil quicq̄ apud te antiquius sit religiōe vt Theosebiā (sic em̄ dei cultus nominat) rebus oībus existimes esse anteponēdā, vt saluberrimū illud documentū, Imprimis venerare deū/memoriter memineris. Et sane religio quū oēs mortales, tum maxime decet protomystas/hoc est summates antistites, qui in terris sacrosancti esse debent exemplar & archetypon vitę sanctioris. Et quum summo viro/rerūq̄ magnarū administratori turpe sit noctem totā somno consumere, tu somni parcissimus breuissimū tempusculū quieti das, vigilansq̄ de nocte religiosum pensum peragis, tributūq̄ quotidianū, qđ quisq̄ religiosus deo debet diligēter/libēterq̄ ꝓsoluis, interdū librorū pabulo quo nullū est suauius, animū pascis & refoues, & ita vigilando lucubrādoq̄ pluribus horis viuis. Vita em̄ vigilia est, vt sapiētes dixere. Comitas aūt affabilitasq̄ sermonis quū magnopere animos cōciliet, allicitq̄ ad beniuolentiā te oībus comitē benignū affabilem pręstas, & sane decet virum primariū, quāto sit cæteris dignitate superior/tanto se gerere facilitate summissius. Quid vero dicam de liberalitate atq̄ beneficentia quę in te ita mōstrabilis est vt excellat, qua nihil in principe amabilius esse potest, nihilq̄ præstantius. Hæc homines facit diuos, Hæc cæsarē dubitatorē, Hæc Alexandrū magnū immortalitate donauit, Hæc ad æternā gloriā via. Hac ꝓceres iere famigerati, hac in præsentia ingēti passu vadis tu princeps liberalissime, q in tuos/in ꝓximos/in alienos, deniq̄ in omne hoīm gen⁹ gradatim es beneficus ac liberalis, & ꝓfecto nulla de virtutibus tuis maior, nulla amabilior, nulla glorioſior esse pōt munificētia. Scito nil tam populare esse tāq̄ plausibile, q̄ bonitatē cum liberalitate copulatā, scito principem nunq̄ magis noīa facere q̄ quū donat, nūq̄ magis lucrari q̄ quū erogat. Dando em̄ pecuniā accipit gloriā/gratiā/beniuolētiā. Hæc ergo cæteræq̄ politicęq̄ ꝟtutes ex q̄bus quasi cōpactus es & cōglutinatus, merito te faciūt venerabilem/amabilē/desiderabilē, vt in pānonia tam summates q̄ infimates certatim te cū admiratiōe suspiciāt, te diligāt, te præconio bonitatis extollant.

Religiosus cardinalis.

Theosebia

Imprimis venerare deū.

Protomystę

Vita vigilia.

Laus liberalitatis.

Liberalissimus cardinalis.

Liberalitatę comites.

Tu litteratoꝝ es ſalutare præſidium, Tu ſtudioſoꝝ adminiculator atq; ful/
tura, qui non paucos candidatos doctrinaꝝ in Italiam ad capiendum inge
nij cultum ꝓficiſcentes viatico inſtruis, pecuniam alimenta & cuncta ad
culturam ſtudioꝝ conducẽtia benigne ſuppeditas. Tu nuper Bononiam
ad me tanq; ad mercatum ingenuaꝝ diſciplinaꝝ duos nepotes tuos Ioan/
nem & Paulum iuuenes ꝓbos modeſtos, ſtudioſos deſtinaſti, eoſq; in con
tubernio meo eſſe voluiſti, vt doctrinæ noſtræ pigmentis colorarent, nec/
non dolatorio eloquentiæ leuigarent. Et ſane ambo ſunt dotibus ingenij
egregiaq; indole præditi, q;q; in Ioanne iam non tam indoles virtutis q; ip
ſa virtus eluceſcit, qui iam ſublimius euolat, & faſtigia altiora conſcendit.
Ego vero quod bonum præceptorem decet ꝓ virili parte curabo, vt ſuffar
cinati noſtris mercibus in Pannoniam ad geuitales terras reuertantur, vt
ſub magiſtro Philippo Beroaldo ſtipendia litteratoria haud quaq; feciſſe
pœniteat, vt contubernium meum dicant bonoꝝ meoꝝ, bonarumq; do/
ctrinaꝝ fuiſſe diuerſorium, in quo Michael quoq; cheſerius Boſcinẽſis epi/
ſcopus iampridem degit cõſectaneus, condiſcipuluſq; nepotum tuoꝝ, ado/
leſcẽtulus apprime eruditus, qui iam ad bonam frugem ꝓuenit, fitq; indies
doctior atq; elegãtior. Ego vero quũ amicitias principales expetam, ſimq;
tui noĩs atq; adeo numinis reuerẽtiſſimus obſeruãtiſſimuſq;, tibi nomina/
tim dedico antiſtes maxime libellũ hũc, qui ſit q̃dã q̃ſi cõciliator glutinator
q; amicitiæ tam florẽtis/tam magnæ/tã ſplẽdide, quẽ quæſo hilari vultu &
ſerena fronte ſuſcipias. Munuſculũ eſt oppido puſillũ, nec inficior ſi corticẽ
exteriorẽ tm̃ ſpectes, ſed ſi medullã interiorẽ introſpexeris/precioſum iudi/
cabis. Opuſculũ eſt, quo ſymbola Pythagoræ ꝓ tropologiã moralẽq; intel/
lectum explicant̃, res haud dubie ſucculẽta, nec minus frugifera q; volupti/
fica. Vt aũt mea erga te obſeruantia fieret celebratior teſtatiorq;, curaui vt
hic libellus ꝓ mille exemplaria formatus excuſuſq; diuulgaret̃, q; in limina/
ri pagina ac titulo geſtat nomen tuũ ſacroſanctũ. Quod ſupeſt deũ optimũ
maximũ precor, vt id eſſe velut ꝑenne monumentũ mei in te amoris ac ob
ſeruãtiæ. Tu vero quũ fueris aliq̃n ab occupatiõibus ſerijs feriatus, & a ne
gocijs regijs ſeq̃ſtratus, q;bus iugiter deſtineris, ne ſpreueris queſo in manũ
ſumere curſimq; trãſlegere opuſculũ, quod tibi vni nũcupatim dedicat̃, qđ
ab hoĩe tibi deditiſſimo trãſmittit̃, quod eruditiõis noſtræ q;tulacũq; eſt, aſ
ſectatores a matoreſq; nõ ſolũ ꝓlegẽt, ſed ni fallor, in manibus quotidie ha
bebũt tanq; enchiridiõ. Vale decus antiſtitum columẽq; Pãnoniæ, & mu/
nuſculũ hoc qualecũq; eſt, obuius manibus excipe, & Philippũ Beroaldum
nouiciũ clientẽ patrocinio tuo cõfoue.

Libellus ſuccoſus

¶ Symbola Pythagoræ a Philippo Beroaldo moraliter explicata.

Duo genera philoſopho/rum.

DVo apud veteres philoſophoꝝ genera fuiſſe tradunt̃ viri ornatiſ/
ſimi. Quoꝝ alteꝝ Ionicũ, alteꝝ Italicũ appellauere, Ionici generis
principẽ extitiſſe Thaletẽ Mileſiũ ferũt, q; vnus fuit ex illis ſeptem
memoratiſſimis viris, quos græcia ſapiẽtes appellat. Italicũ vero
genus auctorẽ habuit Samiũ Pythagorã int̃ priſcos philoſophos inclytum
primũq; philoſophiæ nũcupatorẽ. Qui int̃rogatus a Leõte Phliaſioꝝ tyrã/
no. Quid potiſſimum ꝓfiteret̃ quoue ſe noĩe nũcuparet, philoſophũ ſe eſſe
rñdit, id eſt ſtudioſum ſapiæ, q;m ſophõ, hoc eſt ſapientẽ ſeſe, ꝓfiteri inſolen/

Thales

Pythagoras primus philoſophiæ nũcupator

Quid philosophus

tissimum esse videbat. Vnde deinceps nūcupati philosophi sunt, qui antea sophi, id est sapiētes nominabant. Hic Pythagoras documēta non parum multa deprompsit ex sanctioribus doctrinæ ꝓmptuarijs ad vtilitatem hominum viuēdiq; rationem mire conducētia, a quibus diuinus ille Plato nō longe deuius pytagorisat in plurimis, cuius auctoritas tanta extitit, vt pro ratione haberetur, quum pythagoricis satis esset ita respōdere αὐτοσεθα, ipse dixit, qui memoriter tenentes præcepta doctoris/memoria pro libris vtebantur. Celeberrimi scriptores in Pythagora suscipiunt metempsycho/sin atq; palingenesian, quæ si latinæ volueris enunciare, dicere poteris trās/animationem atq; regenerationem, ex qua nō incōcinniter natum renatū q; eum sæpissime proditum est. Laudāt eiusdem dogmata ad frugalitatem ptinētia, q̄bus vnctiora edulia/lautioresq; popinas interdixit adeo vt familia Pythagorica puras & sine aīalibus cœnas cœnitare ex præceptoris instituto cōsueuerit. Idem discipulos suos nihil ꝑque edocebat, q; linguam intra vallum dētium coercere, & diutino silētio philosophari. Ab eodē paroemia græcoꝝ illa defluxit και ꝑσαφιλωϱ, id est omia amicoꝝ cōmunia q̄m discipulos in cohortem disciplinaꝝ recipiēs omnes facultates in mediū dare præcipiebat, vt essent oībus oīa cōmunia, coiretur q; societas insepabilis atq; cōsortium, quod prisco vocabulo και ꝑοβιοϱ appellat. Idem primus vtpote vir sagacis ingenij, & eoꝝ quæ cœlo cōtinent capax, deꝑhēdit naturam syderis illius/quod veneris appellāt. Necnō interualla syderum a terra indagare tētauit, & a terra ad lunam cētum vigintiq; nq; milia stadiorum esse collegit, ab ea vsq; ad solē duplū. Inde ad duo decim çodiaci signa triplicatū. Idē normā quādam geometricā sine artificis fabricatiōibus inuētam plausibiliter ostēdit, habētem trigoni figurā/qua inuentiōe gaudebūdus, gratias dijs maximas egisse dicit/ hostiasq; immolauisse. Veꝝ hæc in præsentia aliaq; sexcēta ꝑconio scriptoꝝ in Pythagora celebrata prudens omitto, quū ad illa festinet animus/quæ hodiernæ orationi materiā præstabūt, & argumentū vt opinor nō pœnitendū.

Prouerbiū Inuenta Pythagore

Distātia terræ ad lunā ad solē & signa çodiaci.

Metemphycosis

Palingenesia

Frugalitas pythagorica.

Silentiū pythagoricoꝝ

¶Ea aūt sunt symbola Pythagoræ, q̄bus ꝑ quædā quasi inuolucra ꝑciosos thesauros cōuelauit, & sacrosancta decreta cōtexit, quæ hodierna die a nobis latissime referata pādent, & ex instituto nostro ꝓpe peculiari pigmētis oratorijs colorata splendescēt.

¶Erit eruditio hæc neq; ludicra neq; triuialis/sed seria, sed infrequēs & a ꝓphanoꝝ vulgo longe semota. Erit hoc ientaculum numerosiore pabulo cōditum, quod pueris iucūditatē, iuuenibus saturitatē, maioribus natu salubritatem, oībus delitias citra fastidiū præstare possit. Elaborabo ꝑ virili parte, vt ad hæc ferculā, neq; vos accessisse, neq; nos inuitasse pœniteat. Verum vt iam cœpistis, purgataꝝ aurium operam date, sesquihoram dicturientibus nobis impēdite.

¶Enarraturus symbola Pythagoræ videor facturus esse opꝰ ꝑciū si multiplicē huiusce vocabuli significationē ꝑcēsuero, vt ita facilius q̄d sibi magnꝰ mirāduſq; philosophus hoc verbo voluerit/intelligere possitis.

Symbolū quid

¶Symbolū vocabulū, est, vt grammatici docent, polysemon, id est plura significans. Nam primum omnium symbolum collatio dicit, hoc est quod plures in vnum conferunt, ex hoc significatu dicuntur gulones & ventricolæ symbolum dedisse in cœnam, quando vnusquisq; confert in vnum nummos ꝓrata, vel cupedias ciborum, ad conuiualem apparatū instruēdum.

Hinc illud comici poetæ notiſſimum/ſymbolum dedit/cœnauit/ gaudebã. Terẽtius
Item in Eunucho. Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Pyreo in hunc di/ Plautus
em vt de ſymbolis eſſemus. Illud quoq; Plautinum ex Curgulione eũdem
habet intellectum. Symbolorũ collatores apud forũ piſcarium. Ediuerſo q̃
ad cœnam ſiue prandium nihil confert/immuniſq; diſcumbit, & ακλητοσ
id eſt non vocatus venit, is eleganti vocabulo græco quidem, ſed & noſtris Aſymbolos
vſitato aſymbolos nominatur. Hinc illud Gellianum, ne omnino (vt dici/ paraſitus
tur) immunes & aſymboli veniremus. Apud græcos paraſitus perq; ſcite
ἄσυμβολοσ appellatur, ꝓpterea q̃ immunis & ſine ſymbolo ad cœnas
lautiores ventitat citra vocationem. In Decretis Canonicis ſalubriter præ/
cipitur, ne clerici ex ſymbolis quæ vulgus comeſalia appellat, conuiuia fa/ Symbolũ
ctitare conſueſcant. Autumat Ruffinus ſymbolum Apoſtolicum ideo ap/ Apoſtolicũ
pellatum eſſe hoc nomine, quia id condiderunt Apoſtoli in vnum conferen ſecũdũ ſentẽ/
do, quod quiſq; de fide ſentiebat. Symbolum veteres annulum appellauere tiã Ruffini
quod & Plinius noſter docet his verbis. Apud nos priſci annulum vngulũ Symbolũ
vocabant, poſtea & græci & noſtri ſymbolum. Ad hanc ſignificationem q̃ annulus
dam Terentianum illud referũt, vt de ſymbolis eſſemus tanq; annuli darẽ/ Symbolum
tur ꝓ arra ſiue arrabone ientaculi. Symbolum apud Ariſtotelem inuenitur ab Ariſtote
ꝓ etymologia, quæ ob id a Cicerone dicta eſt notatio. Symbolũ quoq; græ le vocatum
ce dicitur auguriũ atq; vaticiniũ, hoc eſt, vt græcis vocabulis vtar, οιωνισ etymolo/
μαι μαρτεῦμα. Ad hæc ſymbolum ſignificat notam/ indicium & ſi/ gia, & a Ci
gnum, vt eſt ſymbolum bellicum, quod militibus puguaturis datur, maxi/ cerone no/
meq; id in bellis ciuilibus obſeruari ſolet. Quibus quoniam & armorũ ha/ tatio.
bitus par, & ſonus vocis idem, & mos vnus eſt, atq; eadem inſtituta bellã Symbolũ
di, ne qua doli ſurreptio fiat. Symbola diſtincta vnuſquiſq; dux ſuis militi/ auguriũ.
bus tradit, vt ſi forte occurrerit quiſpiam de quo dubitetur/ ſymbolum ꝓ/ Symbolũ no
dat, vt ita ſi ſit hoſtis vel ſocius/facile agnoſcatur. Itaq; tempibus bellorũ ci ta indiciũ &
uilium, inteſtinarumq; ſeditionum Marij ſymbolum fuit Lar deus/ Syllæ, ſignũ.
Apollo delphicus, Cæſaris venus genitrix. In vigiliis quoq; caſtrenſibus Symbolũ
ſymbola id genus dari conſueuerũt, vtputa virtus/palma/victoria, quæ ta/ bellicũ quo
men ſymbola ex præcepto diſciplinæ militaris quotidie variari debẽt, ne ex rũdam
vſu hoſtes ſignũ agnoſcãt, & exploratores inter noſtros verſent impune. Papauer
Cõſimiliter in arcanis priſcorũ myſteriis ſymbola habebant, verbi cauſa. ſymbolũ fœ/
Papauer ſymbolũ erat fertilitatis, erat & ſymbolũ ciuitatis Adonis ſym/ cũditatis
bolũ fructuũ Atys florũ. Satyros quoq; veneriæ poteſtatis ſymbolum eſſe
voluerũt. Spuma quæ græce αφροσ, ſymbolũ eſt genituræ, vnde venerem
aphroditen merito nũcupauere.

¶ Ex hoc nimirũ genere ſunt ſymbola Pythagoræ, videlicet indicia quæ/ Symbola py
dam & ſigna myſteriorũ doctrinæ ſanctioris, q̃bus ſentẽtiæ morales atq; thagoræ
ſalutaria documenta cõtinẽtur. Quibus tanq; vaſculis fictilibus theſaurus
preciosus includit. Et plane hæc ſymbola leges quadã tenus imitant. Qua/ Catholicõ
rum ſcriptum anguſtũ eſt, interpretatio diffuſa, parca ſunt verborũ, fœcũda
ſententiarũ foris corticoſa, intus ſuccoſa, aliud ſonantia, aliud ſignificantia,
quibus præcepta quædã catholica, hoc eſt vniuerſalia ſunt inuoluta, ad vi/
tam ſancte beateq; degendam valde cõgruentia. Cæterũ quum innumera
ſint ſymbola Pythagoræ, pauca quædam ex diuini philoſophi ſecretariis ſe
lecta deprompſi, quæ hodierna enarratione a nobis latiſſime explicabũtur
quæ vitæ mortaliũ conducibiliora ſalubrioraq; eſſe credidimus. Sed anteq;

Attẽde symbolũ dici masculino genere

a symboli significatu recedamus, annotandum obiter & illud est Symbolum masculino quoq; genere dici, vt docet Suidas, & ex Plautina lectione didicimus. Siquidem in bacchidibus (ait Chrysalus) ostendit symbolum, quem tute dederas. Infit dicere adulterinum, & non eum esse symbolum. Item in pseudolo, dato eum symbolum illi. Item epistolam modo hãc intercepi & symbolum, quem symbolum? qui a milite alienatns est. συμβουλοσ αβουλοσ vero græcis dicitur homo prudens, ꝓbusq; consiliarius, contrarium est, αβουλοσ. Sed iam tempestiuum est, vt symbola Pythagorica morali interpretatione pandamus, quod dum a me fit, vos quæso (vt occepistis) diligẽter attẽdite.

Statherã ne trãsilias

INter symbola Pythagoræ/mystica/aurea/sacrosancta, quæ & ænigmata nominantur, illud primo loco occurrit dignum memoratu. ϛυγον μηυπερβαιρειν, quod latine significat, Statherã ne trãsilias, hoc est ne prætergrediare iusticiã o princeps qui sceptrũ tenens celsa in arce cõsistis, q iura das mortalibus, quẽ dominantẽ cũcti reuerẽtur, statheram ne transilias, a iusticiæ tramite deuius ne aberres. Illa sit tibi ꝓscopo & signo, ad quod dicta facta cogitata tua omnia referãtur. O iuridici magistratus, o iudices, qui ꝓ tribunali sedetis ꝓnunciaturi de vita patrimonioq; mortalium, sententias vestras æqua lance perpendite, & in libili collocate, omnibus verbis neruisq; cõtendẽtes, vt iudicia vestra iudicis Bocchoris cõparari mereãtur, qui in ægypto, adeo iuste, adeo sinceriter iudicasse fertur, vt eius nomen in prouerbium venerit iustissime ac integerrime iudicantium. Sit vobis ante oculos non minus interioris hominis q̃s exteriοris idolon/simulacrũq; iusticiæ, quã pictores rhetoresq; antiqui effigiabãt forma atq; filo virginali, aspectu vehemẽti, luminibus oculorũ acrioribus, cum reuerendæ cuiusdam sæueritudinis dignitate. Ex hoc typo & imagine intelligi volentes iudicem ac magistratum, qui iusticiæ antistes est oportere esse sanctum/sæuerum/ incorruptum/ inadulabilem. Vi ac maiestate ætatis veritatisq; terrificũ. O põtifices qui sacerdotali maiestate præfulgentes instar diuoꝝ estis in terris sacrosancti/statherã ne transilite, etiam atq; etiam circũspicite, ne ꝓ dicearchis sitis Adicearchi, hoc est pro iusticiæ præfectis præsides iniusticiæ efficiamini/sicut compluſculos esse & vidimus & audiuimus, qui sub vestimento sanctitatis tyrannicam iniusticiã contegũt. Scitote oculum iusticiæ (quẽ nemo mortalium potest effugere) ex cœlesti speculatorio actiones atq; a deo cogitationes omnis vestras cõtemplari atq; introspicere, Quæ prisco iam sæculo exosa improbitatem iniusticiamq; mortaliũ terras impias reliquit, cœloq; subuolauit, quã poetæ poeticoq; vocabulo astræã appellitãt. Hinc Darium regem Persarꝝ olim iusticiæ sacrificantẽ dixisse ferũt. O domina si qua es vsq̃, perinde ac ita significaret se iampridem exoptasse iusticiã, neq; illam vsq̃ gentium inuenire potuisse. Aegyptij prisca doctrina pollẽtes in cerimonijs mysticis siniſtrã manum porrecta palma discapedinatam æquitatis indicium ac symbolũ esse voluerũt, ꝓpterea q̃ siniſtra manus genuina pigritia, nulla caliditate prædita videbatur æquitati aptior esse q̃ dextra. Iusticiam celeberrimi scriptores graphice ac scienter oleo comparãt. Vt em̃ oleum intus obest, foris infusum ꝓdest, sic & iusticia forinsecus, hoc est alienis magis ꝓdest q̃ intrinsecus, hoc est his qui eius sunt administratores. Nam iustus (vt inquit Ambrosius) vtilitatem ꝓpriam negligit, vt cõmunem æquitatẽ custodiat, com-

Iudicium Bocchoris

Simulacrũ iusticiæ.

Dicearchi Adicearchi

Oculus iusticiæ.

Astræa

Iusticia vt oleũ.

Iustus ꝓpriã vtilitatẽ post ponit.

munia pro ſuis habeat, ſua pro communibus. Et quum iuſticiæ principale munus ſit/alterum non lædere,ius ſuum vnicuiq; tribuere,inde fit/vt qui iuſtus eſt,idem bonus ſit,& qui bonus/iuſtus eſſe dicatur per quandã decentiſſimam reciprocationem. Menãder quod & Pollux docet in onomaſtico γηδιον δικαιον,id eſt terram iuſtam appellat,quæ ſcilicet quantum accepit/tantum reddat. Negociatores,qui vultis & dici et eſſe bona nomina, quantum accepiſtis/tantum reddite citra fraudationem,ſit procul a vobis omnis impoſtura,omnis circũſcriptio, a ſtatera ne digitum quidem tranſuerſum abſcedite. Apud græcos ab hoc excellenti iuſticiæ bono Ariſtides, δικαιος,id eſt iuſtus eſt cognominatus, quod ſane cognomen omnibus omniũ triumphis eſt anteponendũ,quod equidem malim & magni Pompeij fœlicis Syllæ Poliorcetis Demetrij,hoc eſt vrbiũ expugnationis. Quo procul dubio nomine nullum præſtantius,nullum fauorabilius eſſe poteſt. Quocirca qui vult & eſſe & videri bonus princeps ac amabilis,ea æquita/te/iuſticia/bonitate ſit præditus,vt merito δικαιος,id eſt iuſtus cognomi/nari poſſit. Is in ſeſe omnia habet/penes quẽ eſt iuſticia,& vt camœnæ græcorum canunt,ιροπος δικαιος κτημαωτι ιωταιον,id eſt iuſti mores preciоſiſſima poſſeſſio. Interrogatus Ageſilaus ille magnus/vtra virt⁹ præſtantior foret,fortitudo/an iuſticia?ſcite elegantercq; reſpondit,ὁυλεν επε αρδρειας χρὴζομεν ἑαν παντες ὡμεν δικαιοι. Nihil inquit fortitudine indigemus/ſi iuſti omnes ſimus. Puteolos Italię populos nuncupatos eſſe Dicarcheos a iuſticia docet Stephanus græcus auctor,& noſtri memorant omnes tam ſancte/tamq; iuſte regerent,vt dicearchiæ nominari meri to poſſent cognomine ſancto & amabili. Iuſticiam græci δικαιοσ υρήν, appellant,quaſi δικαιουσ υρεσιν,id eſt iuſti intelligentiam. vt interpretatur Plato in Cratylo,ad quam quum omnes mortales/tum maxime principes ſeſe natos eſſe nouerint. Noſcent autem ſi iuxta ſymbolum Pythagoricum ſtaterã nõ trãſilierint,eiq; ſymbolũ alterum maxime cognatum,maximeq; germanũ copulauerint,quo diuinus philoſophus præcipit Coronam vrbiũ nõ carpendã, hoc eſt leges vrbiũ eſſe ſeruãdas. Etẽm vt veriſſime dixit Pindarus, Lex omnium domina eſt,cui vt deo parendum eſſe cõmonet conditor familiæ peripateticæ Ariſtoteles. Quinetiam deus ille philoſopho rum Plato,cui⁹ os in philoſophia purgatiſſimũ eſt & lucidiſſimũ,ſtat acerrimus legis propugnator,atq; veluti e ſpecula ſurdis veritatis mortalibus ita proclamat. Interitum paratum illi ciuitati video in qua nõ lex magiſtratibus,ſed legi magiſtratus præſunt. Salutem vero illi in qua lex magiſtratibus dominatur,cuncta certe bona quæ dij ciuitatibus præbent,huic affore cõſpicio. Sit ergo lex in ciuitate velut regina ĩ arce vitiorũ emẽdatrix,virtutum p̃miatrix, recte viuendi dux/& toti⁹ ciuitatis ſoſpitatrix ſaluberrima. Audite quæſo elogium quod pro veſtibulo ædiũ principaliũ,pro cubiculis magiſtratuum,quod in liminari pagina iuriſcõſultorum,non tam ſcribi q̃ ſculpi decet. Sic enim inquit Arpinas orator,Mens et animus & conſilium & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus,Et vt corpora noſtra ſine mente/ ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus & neruis/ac ſanguine et membris vti non põt. Legũ miniſtri magiſtratus,legũ interpretes iudices,legũ denicq; idcir/

Terra iuſta

Ariſtides iuſtus.

Dictum agesilai.

Dicarchei puteoli.

Quid appellant græci iuſticiam.

Coronã nõ carpendã.

Lex domina

Platonis dictum.

Elogium

co omnes ſerui ſumus/vt liberi eſſe poſſimus. Quis igitur amator ciuitatis cupidꝰ publicæ ſalutis, quũ intelligat adminiculo legũ fulciri ciuitatẽ, nõ totis viribus ſymbolũ Pythagoræ cuſtodiat/ne coronã carpat, hoc eſt ne legẽ violet, ſine qua cuncta corruãt neceſſe eſt. Conſtat profecto ad ſalutẽ ciuiũ ciuitatũq; incolumitatẽ/vitãq; hoĩm & quietam & beatã inuẽtas eſſe leges quas portius Cato ciuitatũ neruos eſſe dicebat, quarũ inuentricẽ Cererem omni prẽconio laudis extollere debemus, quã ob id græci Theſmophoron vocãt, quaſi dicas legiferã/& eius initia ac feſta Theſmophoria. Verũ vt dicam quod ſentio non tã ingenio hominũ q; diuina mẽte lex fuit excogitata propagataq;. Quãobrem lex vera atq; princeps apta ad iubendũ & ad vetandum ratio eſt recta ſummi Iouis.

Leges nerui ciuitatum.

Theſmophoria.

Ceres legũ inuentrix

Nomothetæ

Nomophylaces.

APud græcos in bene moratis ciuitatibꝰ nõ ſolũ obſeruabãtur nomothetæ/hoc eſt cõditores legum, vt draco & ſolon, verũetiam cuſtodes legum diligentiſſimi creabanť, quos græci noſtriq; ſcriptores nomophylaces appellant. Horum erat officium (vt Columella inquit) eos qui legibus parerẽt laudibus proſequi, nec minus honoribus, eos autem qui nõ parerent/pœna mulctare.

Si libet licet.

DRincipes qui ſeruãtiſſimi legũ tutores eſſe deberẽt, fidiſſimiq; nomophylaces, hi plærũq; ſunt præuaricatores/ſupplãtatores, illud ſubinde iactitãtes, princeps lege ſolutus eſt, & libido regũ ꝓ legibus habẽda. Hinc olim Antoniꝰ Caracalla rhomanus impator, quũ nouercã noĩe Iuliã luculẽtã fœminã inceſto amore diligeret/dixiſſetq;, vellem ſi liceret/ferunt illã reſpõdiſſe, Si libet/licet. An neſcis te imperatorẽ eſſe & leges dare/nõ accipere, hoc ſane verbũ quod oleũ eſt camino, quod ſulphur incẽdio/idem fuit ad furorẽ principis extimulandũ/legeſq; cõculcãdas. Nãe veſtigio furĩs cupidineis cõcitatꝰ, nuptias inceſtas/infandaſq; cũ nouerca cõfecit, quaſi ſciret ſe leges dare, quũ verę ſi q̃d auitę ſanctitatis in homine fuiſſet, ſolus ꝓhibere debuiſſet. Siquidẽ matrẽ (nec em̃ alio dicenda erat nomine) duxit vxorẽ, et ad parricidiũ iunxit inceſtum. Nãq; eam matrimonio ſociauit, cuius filium Getã eundẽq; ipſiuſmet fratrẽ prius occiderat.

Nero.

Nero quoq; ſanguinarius princeps & humani generis fax ac peſtis, veneno fratrẽ Britãnicũ aggreſſus eſt, parato a locuſta triuenefica, q̃d cũ opinione tardius graſſaret, accerſitam mulierẽ ſua manu verberauit, arguens pro veneno remediũ dediſſe, excuſanticq; locuſtæ minꝰ veneni datũ ad occultandam ſceleris tã atrocis inuidiã, Sane inquit legẽ iuliã timeo, videlicet oſtendens ſe ipſis legibꝰ mãdare ſuſpendiũ, & ſe legi/nõ legẽ ſibi dominari, venenoq; iterũ præſentiſſimo ꝓpinato ad primũ ſtatim guſtũ exanimatꝰ eſt infœlix puer. Nimirũ tales principes vel potius tyranni leges perinde habent ac telas aranearũ, Nã ſicut illæ infirmiora aĩalia retinẽtes, valẽtiora trãſmittunt, ita legibus humiles & pauperes cõſtringunť, diuites & p̃potẽtes non alligant. Erit opinor operæpreciũ p̃cenſere hoc in loco hiſtoriã Barbaricã quidem, ſed negocio inſtituto bene congruentem.

Leges vt telæ aranearũ.

Exemplũ regis Perſarũ. Herodotus libro. iĩj.

QAmbyſes Perſarũ rex ſororis amore captus, cupiduſq; ducẽdi illã vxorẽ, qđ nefas erat, regios iudices euocat/percunctaturq;, num qua lex ſit q̃ ſinat volentẽ fratrẽ cum ſorore copulare matrimoniũ. Iudices quibꝰ libido regia bene erat cognita, circũſpicienter ſagaciterq; reſpondentes nullã ſe inuenire legẽ, quę permittat fratri nubere ſororẽ

quandã tamẽ affirmãt inueniri legem, qua licear regi Perſarꝝ facere quicqd libeat. Ita neqꝫ legẽ abrogarũt, & ne legem tuentes ipſi periclitarent aliam inuenerũt ſubſcribentẽ voto eius qui ſororẽ in matrimoniũ ducere concupiſcebat. Sic Cambyſes repto legis diuerticulo ſororẽ ꝑ nuptias inceſtas duxit vxorẽ, verꝝ noſtris quoqꝫ tempibus haud parꝝ multi principes viſunt qui quaſi aquam feruentem frigidam eſſe, ita putant leges/diuerticulaqꝫ id genus excogitãt.

¶Nos vero obſeruãtes ſymbolũ venerãdi philoſophi ſalutare, ſtatheram ne trãſiliamus/coronã ne carpamus, hoc eſt vna cũ iuſticia leges ꝓtinaciter ſeruemus, vt ita viuamus magna ex ꝑte impeccabiles, curioſe cauentes/ne dici merito poſſimus αμοι καὶ παράμοι, ſic emꝫ græcis vocibus homines iniq & ſceleſti nominant, quaſi legirupæ/& trãſgreſſores legis/quã μοῦμον vocitãt. Legirupæ

¶Sequit ſymbolũ Pythagoræ quovitæ beatitudo cõſiſtit, quod ſic inficit καρδιαν μησθιειν, id eſt cor nõ comedendũ, quod ſignat mœrorem ex animo ejiciendũ, quotus quiſqꝫ mortaliũ eſt/qui cor quotidie non edat/qui mœrore nõ tabeſcat/q ægritudine nõ cõficiat? homines ſunt, vt ſcitiſſime ſimul & eloquẽtiſſime diffinit Apuleius anxius mẽtibus/brutis corpibus/q̃/rula vita, & vt auctor eſt diuus Ambroſius, Pirateriũ eſt vita homins, ſiue ꝙ hoĩes in hac vita oĩa experiunt mala. Pirateriũ emꝫ latine expimentũ dici põt, ſeu quod vero ꝓpius eſt/ꝙ in piraterio ſumus, hoc eſt in habitaculo piratarꝝ. Hoc emꝫ vocabulo prædonũ domiciliũ nũcupat. Hic ergo tot piratæ in nos graſſant & ſæuiũt, quot affectus aculeati præcordia fodicãt atqꝫ diuellũt, tot prædones circũſiliũt quot angores exagitãt quot ꝓturbatiões inuadũt. Tota hominis vita flebilis eſt. Et vt inqt veriſſime Plinius noſter, homo a lachrymis vitã auſpicat, eſtqꝫ quædã q̃ſi officina mœrorꝝ, vt vclis nolis cor comeſſe cogaris, & mœrorẽ habere ꝑ pabulo ferme quotidiano, vt nõ immerito lachrymæ Heracliti philoſophi dilaudent, q quoties ꝑdibat in publicũ flebat/tanqꝫ omnia omniũ hominũ negocia ſibi flẽda eſſe viderent. Iſti purpurati & cuneis ſatellitũ ſtipati, q̃s vulgus beatos vocat, q̃ſæpe mœrent/q̃ſæpe ſuſpirãt/q̃ multis vibicibus mœſtitudinis introrſum deformati ſqualẽt/quorꝝ beatitas oppido q̃ deceẽter & ſcite ꝓſonata bracteata & ſupparata nominat. Lachrymæ heracleti. Beatitas bracteata

¶Iſtorici celebrãt æthyopas quoſdã, q neqꝫ doleãt neqꝫ iraſcant neq̃ vlla humana affectione moueant, quos ob idipſum apathes vocãt/q̃ſi dicas impaſſibiles, hoc eſt ſine vlla animorꝝ ꝓturbatiõe degẽtes, Plinius noſter quoſdam ſapiẽtiæ affectatores refert torquitate q̃dã naturæ dura & inflexibili præditos hũanis affectibus caruiſſe, qui & ipſi apathes nominant. Mihi humanã cõditionẽ ac vitã ſollerter penſitanti vix poſſibiie videt inueniri hominem, qui ſit apathes, qui cor ſubinde non edat, qui mœrorem triſticiamqꝫ nõ guſtet vel ad ſatietatem. Rara auis in terris nigroqꝫ ſimillima cygno, ille eſt quem nõ teneãt, ſtipẽt, ambiãt comites illi quinqꝫ Plautini amatoris, videlicet/cura miſeria/ægritudo lachrymæ/lamentatio. Apathes Iuuenalis.

¶Vper ego cor comeſſe coactus ſum, & largiore mœroris guſtulo ſaturari, ſiquidem me vehemẽter cõtriſtauit, & maximo dolore cõfudit obitus Mini Roſcij, quo mihi homo nemo neqꝫ amicior

neq; carior neq; coniunctior fuit/idq; meritissimo. Nãq; annos abhinc circiter triginta tirunculi simul fecimus stipendia litteratoria sub Frãcisco puteolano,qui vt tunc ferebant tempora primi nominis primæq; notæ inter classicos professores habebatur,ex hoc condiscipulatu dulcissimoq; litterarũ contubernio,amicitia inter nos sancta ac religiosa quadam necessitudine imbuta coaluit. Auxit beniuolentia frequens ac pene quotidiana consuetudo,dum scriptores latinæ linguæ pene vniuersos cursim quidem nec tamen incuriose perlegimus. Erat in Roscio meo ingenium præsens,extemporalis facundia/sollers prudentia,cui difficile esset imponere,vt non minus vere q; breuiter a me in endecasyllabo dictum sit. Orator bonus & bonus senator,erant in homine plurimæ litteræ,nec hæ vt in politico vulgares, sed interiores quædam & reconditæ,hu: accedebat peculiaris quædam in negocijs obeundis dexteritas, in sermocinationibus affabilitas,in serijs rebus grauitas,in iocosis vrbanitas. Erat deniq; in homine ingenium versatile, adeo vt vir omninm horarum merito dici posset,hinc in senatu primas obtinebat,primusq; sententiam magnis in rebus rogabatur. Illustris princeps noster Ioannes Bentiuolus nostræq; patrię columẽ,hunc tanti faciebat,vt pluris faceret neminem,& quoties temporibus duris ac tenebricosis in negocijs maximis fuit opus oratorem destinare,qui fieret exorator ex omnibus vnum prope peculiariter extra sortem nominatim nuncupabat, cui tum ob fidem,tum ob prudentiam tuto concrederet,& publica negocia & priuata inclytus Annibal alumnus meus sine Roscio nihil altum meditabatur. Ne longum faciam omnibus,Bentiuolis erat sicut esse debebat longe acceptissimus apud cunctos Bononienses in amplissima æstimatione domi/foriq; monstrabilis,politicis virtutibus ornatus, liberali musa perpolitus,opibus luculentis suffarcinatus. Agebat consummatum omni ex parte senatorem,agebat lautum patremfamilias,agebat amicum non minus auxiliarium q; consiliarium,cum primis vero mecum familiariter viuebat,mecum seria (vt dicitur) & ioca,eratq; non solum municipibus meis,sed etiam alienigenis amicitia Roscij,Beroaldiq; notissima,quam posteritati quoq; notam facere pro virili parte contendo,quæ voluminibus iam non paucis a me editis cœpit innotescere. Verum nulla est diuturna fœlicitas,parensq; rerum natura nouercam sese nobis identidem præstat,& plus aloes ꝓpinat q; mellitæ potionis. Et quum duo sint dolia in Iouis vestibulo collocata,alterum bonorum/alterum malorum ꝓmptuarium,largior quot diebus atq; adeo quot horis copia promitur ex dolio malorũ. O spes hominum fallaces,o inanes nostras cogitationes,o vitam mortalium fluxam & caducam,vt sæpe gaudia in luctus,vt sæpe cantus in lamenta vertuntur. Minus Roscius meus plenus gaudij,plenus hilaritatis/inierat pompaliter deducente toto populo kalẽdis Septembris magistratum amplissimũ honoratissimumq;,quem vexilliferum iusticiæ vulgo nominitant,estq; bimestris reipublicæ moderator,cũ repẽte graui morbo implicitus & Causone,hoc est febri æstuosa correptus domum ex palatio redijt,dieq; decimoquinto cõsumptus est ad quartum nonas Octobris, quem diem Bononienses solenniter celebrant,vtpote diuo Petronio tutelari deo nostro dedicatum. O diem luctuosum/& nigro calculo notandum, duplicique iactura mihi infaustum & ominosum. Siquidem octauo abhinc anno hic dies mihi matrem optimam pientissimamq; eripuit,& in præsen-

Cõmẽdatio Roscij.

Causone

tia amico maximo ſuauiſſimo, amabiliſſimo me ſpoliauit, reliquitq; dimi/
diatum, prorūpunt lachrymæ, ſuperat dolor, vrit atrox cura, recurſat ſubin
de idolon & ſpectrum Roſcij mei, quem in lecto cubantem quū ex officio
mutuæ germanitatis ſubinde viſitarem/pridie q̄ ex hac vita migraret, ver
ba hæc nouiſſima ex ore morientis excepi. Vale Beroalde mi, te relinquo/
& vocor ad maius tribunal, quæ quoties ſubeunt mentem, toties lancināt
præcordia. Dixerūt veteres morte Aphricani caſtratam eſſe rhomam rem
pub. mortuo Catone relictum eſſe Senatū pupillum. Nos vero modeſtius
loquentes dicamus morte Mini Roſcij rempu. Bononienſem orbatam eſſe
optimo patrono, & me viduatum gemma amicorum meorum, qui nō mi/
nus mihi lugendus eſt q̄ neceſſarios & cōſanguíneos lugere ſoleamus, im/
mo amicus propinquo anteponendus eſt, & amicitia hoc præſtat propin
quitati, q̄ ex propinquitate beniuolentia tolli poteſt/ex amicitia nō poteſt,
ſublata autem beniuolentia (vt inquit veriſſime Cicero) amicitiæ nomē tol
litur/propinquitatis manet. Verſiculus eſt ex amatorio promptuario ſentē
tialiter expromptus, verus amor nullum nouit habere modum. Amor no/
ſter quū veriſſimus ſinceriſſimuſq; floruerit, nullo modo terminabitur, nul
la obliuione oblitterabitur, viuit viuetq; mihi in penitiſſimis p̄cordijs Ro
ſcius meus, cui⁹ acerba mors fecit me obliuiſci ſymboli Pythagorici, quod
præcipit cor nō eſſe guſtandū, mœrorēq; animo proſ̄ciendum. Itaq; tanto
orbitatē vulnere cōfectus cōfugi ad ſalutares librorum ſuppetias, qui pure
lecti mirum immodū recreant atq; reficiunt animū languentem/& fomen
ta ſuppeditāt. Eſt & illa non parum efficax cōſolatio, qua aurem vellens ſic
infit & inferi⁹ perſonat. Magna eſt fœlicitas mori in fœlicitate. Roſcius tu/
us deceſſit flotētiſſimus plenus bonorū, plenus honorū, primarius Senator
in ſummo magiſtratu, perfunctus legationibus honoratiſſimis ad pōtificē
Maximū, ad ſacroſanctum regem gallorū, ad principes plurimos deſtina/
tus, ſeptimū fuit cōſul/hoc eſt vt nos loquimur ſeptimū Vexillifer iuſticiæ,
denicq; ſummū faſtigium priuati hominis impleuit. Deceſſit ætate in ſenīū
vergente annos natus duos & quinquaginta, dices eum adhuc annos plu/
ſculos viuere potuiſſe. Verum neſcis quid veſper ſerus vehat. Neſcis q̄ ſole
ant repēte fortunæ hominibus immutari, Neſcis in longa vita idem accide/
re ſolere quod in longa via in qua luti plurimum eſt & pulueris, mors eum
non a bonis eripuit/ſed a malis. Perſoluit tributum, cui obnoxia eſt omnis
mortalitas, quod velimus nolimus eſt perſoluendum. Sumus omnes ſpiri/
tus precarij, vita data eſt vtenda p̄cario. Iniqui eſt debitoris creditori repo
ſcenti quod ſuum eſt facere cōuitiū, & quū vita mortuorum ſit in memoria
viuorū, viuet in pectoribus mortalium/atq; in ſermone verſabit. Hæc & id
genus fomēta me reficiūt/auocantq; a mœrore tabifico, abducunt a lachry
mis nihil proficientibus, ſubit illud, quid faciā? Angam, excruciem ne me?
quid deinde aſſequar? Proinde animo iam cōpoſito & mēte trāquilla om/
nipotentē atq; vltramundanū deū deprecabundus rogo & oro, vt manes
Roſcij mei in domicilium æternæ beatitatis accipiat, vt in elyſio cœleſti, in
cœtu beatorū æuo ſempiterno perfruat, prout meret ille qui de patria bene
meritus eſt, qui fuit integerrim⁹ ciuis, optim⁹ ſenator, æquiſſimus conſul, in
omni denicq; vita adamuſſim format⁹. Hoc veluti quoddā quaſi elogiū atq;
adeo epicediū officioſus exhibeo memorię amiciſſimi, quoniam hoc ſolum

Morte aphri
cani caſtratā
rempub.

Mors tribu/
tū mortaliū.

restat quod mortuo præstare possumus. Si quis aũt erit aliqñ tam ociosus/ tamq; ab omni serio feriatus, vt hæc qualiacũq; sunt/in manꝰ sumat, quæso hoc totũ perlegat citra fastidiũ nec sine sympathia, cogitetq; in vita nil dul/cius esse, nil optabilius amico, qui cũ omnia perinde ac tecum tuto libereq; loquaris, qui in rebus secundis tecum peræque lætetur, in aduersis consola/tione cõfoueat. Talis aũt nec facile inueniť, & inuẽtus amittiť nõ sine maxi mo animi cruciatu, sicuti ego nuperrime expertus sum facta Roscij mei ia/ctura grauissima, hoc quæso elogiũ nouissimũ quod defuncto dedicamꝰ, tã diuturnũ sit/tãq; durabile, vt nulla vetustate ĩtermoriať, immo fiat ipsa æta te viuacius. Et quũ vix tria aut quattuor nominenť apud veteres paria ami corũ, spero in hoc genere amicitiã Mini Roscij/& Philippi Beroaldi notam posteritati fore. Libuit ex amorꝫ sincerioris affectu in hæc quasi parerga di uertere, quæ lectores lasseſcẽtes mire reficiũt, suntq; veluti cõdimenta qui/bus aurium fastidium repurgari consueuit, fiericq; animus vegetior ad reli qua pernoscẽda. Sed vt domum repedemus, & vnde egressa est eodem re/uertať oratio q̃d nobis agendũ est, vt Pythagorico symbolo obtẽperantes cor nõ comedemus: Nimirũ (vt ego sentio) animus noster pro virili parte abducendus est, auocãdusq; a curis edacibus, & vita cũ hilaritate degẽda. Animus eñ gaudẽs (vt ait Salomon) ętatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Et sane ægritudo carnificina est animum hominis exedẽs/ple/neq; cõficiens, ex quo ipsam ægritudinẽ Chrysippus appellatam putat græ co vocabulo λύπην, quasi lysin. i. solutionẽ totius hominis, nec immerito. Siquidẽ hõ mœrore confectus/tabescit/marcescit/senescit miser. Hinc illud de homine mœrente nõ minus vere q̃ scite dictum est, Refugere oculi, cor/pus macie extabuit, lachrymæ peredere humorẽ, exangues genæ situ nido/ris, barba pedore horrida atq; intõsa, infuscat pectus illuuie scabrũ. Omni itaq; cõtentione velis (vt dicit) remisq; ægritudo eliminanda est, quæ instar carnificis atq; tortorꝫ homini infert cruciamẽta teterrima. Clarissimꝰ medi cinæ cõditor Galenꝰ salutariter præcipit ab ira, a tristicia, a sollicitudine cũ primis abstinendũ esse. Propterea q̃ hæc pathe. i. perturbationes & morbi corpora nostra p̃turbãt/exiccant/exanimãt. Et hõ nõ minus sæpe moriť ex mœroris exuperãtia q̃ ex immodica lætitia. Causam aũt qui alterutrã no/uerit/vtrãq; noscet. Siquidẽ vt apud scriptores medicinæ idoneos cõperio, ex lætitia gestiente & gaudio nimio spiritus ac sanguis vna egrediũtur ad corporis extima quasi obuiã tãtæ hilaritati, vñ fit vt calor ingenitus repẽte extinguať sicuti ignis extingui solet ex vehemẽtiore ventilatiõe. Contra ex mœrore immodico largitateq; tristiciæ spiritus & sanguis intra penetralia recondunť, extinguũtq; subito innatã caliditatẽ, sicut ignis extinctus inter/moriť coopertus, cõuolatusq; cinere largiore, qui eum exhalare respirareq; nõ sinit. Plato in Menexeno laudans vetus illud prouerbiũ qđ est, μηδὲν ἄγαν, Nequid nimis, monet vitã ita instituendã esse vt puerbio pareamus si bene beateq; viuere velimus. Nunq; enim nimis aut lętitia exultabit, aut tristicia vexabiť, q̃ nihil quicq; nimis faciet atq; intẽperãter, & (vt inqt ille) gaudebit minus & minus dolebit.

Mors ex ęgritudĩe & gaudio.

Democritꝰ gelasinus. Euthymia.

¶Democritus ille cui oĩa & ridicula et ridẽda esse videbanť, quẽ ob id grę/ci gelasinõ cognominauere, summũ hominis bonũ esse censebat euthymiã sic enim græca voce dicitur animi tranquilitas, quæ vitæ beatæ effectrix

eſt,ametur ergo & omnib⁹ viribus appetatur expers publicę priuatæq; cu
ræ trãquillitas. Sit vobis cordi Euthymia Democritica,hoc eſt animus trã
quillus & perinde beatus,ſi cor guſtare non volumus,ſi mœrorem mœſti/
tudinemq; procul eliminare cõcupiſcimus.In Eccleſiaſte ſcriptum eſt,Lau/
daui læticiam ꝙ nõ eſſet homini bonum ſub ſole/niſi ꝙ comederet & bibe
ret/atq; gauderet.Simus ergo in gaudio,in hilaritate,ſimus animo quantũ
poteſt defecato,ſimus exporrecta fronte/nõ ſtriata. Imitemur ꝑ virili par/
te Socratem parentẽ philoſophiæ moralis,quem Xantippe vxor prędicare Socrates eo/
ſolita eſt,ſemper vidiſſe eodem vultu exeũtem domo & reuertentẽ,hoc eſt dem ſemper
ſereno & trãquillo,in quo in magna inæqualitate fortunæ mira frontis & vultu.
mentis æqualitas conſpecta eſt.Erimus autem hilares & gaudebundi pro
pe perenniter,ſi ſtudĳs doctrinarũ animũ excoluerimus, & hoc veluti ſua/
uiſſimo pabulo mens noſtra ſaginata pingueſcat.Sunt ſtudia quædã auſte
riora impendio & acerbiora,quibus animus noſter nõ tam hilareſcit q̃ cõ
triſtatur,quæ inſtar mordacioris medicamenti cum amaritudine proſunt.
Verum ſtudia humanitatis & liberali muſa condita ea habent ſuccum,ha/
bent ſuauitatem.Hic eſt ille ſol qui nubila humani animi ſerenat. Hæc eſt il Nepenthes
la ſyren quæ cantu ſalutari mortalium corda cõmulcet.Hoc eſt illud nepen
thes quo triſticia diſcutitur,curæ hebetant,hilaritas cõciliatur,quod omni/
bus vtiq; mortalibus foret propinandũ.Litteræ litteratę in ſecundis rebus
ſunt maximo ornamento,in aduerſis maximo ſolatio,nihilq; tam triſte q̃d
per fas non fiat minus triſte,nihil tam lætum quod nõ fiat his lætius.Ergo
igitur ad vnum mœroris leuamentũ potentiſſimũ ſtudia confugiamus,ad
ſcribendi legendiq; ſolatia cõuolemus,quæ triſtitudinis maculas abſterge
bunt,frontem ſerenabũt,animũ defecabunt inſtar mundi,qui ſemper enu/
bis purus/liquidus/& imperturbatę lucis eſt. Verum enimuero ſunt & illa
ad mœrorẽ explodendũ parua quidẽ/non tamẽ aſpernãda remedia,videli/ Helenium
cet vt Heleniũ nobis præſto ſit, ſic appellatur herba ex Helenæ lachrymis
nata,quæ in vino pota effectrix hilaritatis,eaq; triſticia oĩs aboletur. Ha Bugloſſa
beamus & bugloſſon,quæ in vinũ deiecta animi voluptates auget, & ob
id vocatur Euphroſynon,ſic eĩ greca voce hilaritudo atq; lætitia ſignifica Muſica lenit
tur. Danda interdũ opera auriũ muſicæ ſuauitati,qua ſenſus hilarãtur,qua paſſiones
capitur omne quod viuit,quæ lenit pathe.i.paſſiones animorũ,& ſollicitã
explicat frontẽ,de cuius laude extat oratio a me compoſita per id fere tẽpus
quo adoleſcẽtulus Odas Horatĳ hoc ipſo in gymnaſio ꝑfitebar. Simo me/ Abronis
mores Adagĳ græci q̃d ait,ἁβρωνοσβιοσ, Abronis vita,q̃ fuit diues & vita
vixit molliter ac beate,noſq; admonet/vt ſine nubilo triſticiæ in animi ſere/ Bimales
nitate viuamus.Nonnunq; geniales agendi ſunt dies,& hilaritate cõuiua/
li ac potione liberali curæ diſſipandæ animuſq; exhilarandus,cui nõ minus
expedit indulgere q̃ corpori.Nemo tamen exiſtimet me ꝑcipere vinolenti/
am,agereq; vinolentor⁹ patrocinium,nõ enim volo mergi vos vino & po
culis ingẽtibus ingurgitare mentis vigorem,ſed liberalius ſolito nõnunq;
parentare Dionyſio,qui vt morbis quibuſdam/ſic etiam triſticiæ medetur, Parentare
curaſq; ex animo foras trudit. Vnde Seneca liberum dici autumat,nõ ob li/ Dionyſio
centiam linguæ/ſed quia liberat aſſeritq; animos a ſeruitio curarum,quod Liber vnde
& verſiculus lyrici poetæ decẽter inſinuat,Diſſipat Euchius curas edaces.
Plato quoq; exiſtimauit refici, integrariq; animos modicis inter bibẽdum

remissionibus, reddicq; eos seriores & ad instauranda sobrietatis officia fieri habiliores. Libet verbis græcis subtexere id quod luculenti græcorū scriptores ꝓdidere, quod memoratu & scitu dignum est. κρατηρο μεν πρωτοσσδιοσ ολύμριωϖ καὶ ὀλυμπιωϖ θεοϖ ὀδὲ δευτεροσ ηρωωϖ οδὲτριτοσ διοσ σώτηροσ, id est prima cratera est Iouis olympij/olympiorūq; deorū siue cœlicolarū, secūda vero heroū, tertia autē Iouis saluatoris. Ad hunc intellectum referri non absurde potest illud Apuleianū. Prima cratera ad sitim pertinet, secūda ad hilaritatē, tertia ad voluptatē. Quidam nō solū ter/sed ter tria, immo ter tria ter pocula haurienda esse demōstrant. Verū nos in honore Iouis & cœlitū & heroum ter bibamus, terniscq; poculis satis siti hilaritati/voluptati faciamus. Namq; & hic numerus qui græce trias/latine ternio dicit, inter perfectos numeros cum primis numerat. Ita animo refoto si quid in eo frigidæ tristiciæ & curæ edacioris infuerit diluemus, poterimusq; cōmodissime a Dionysijs ad Nephalia sacra transire, in quibus nō vinū dabat/sed aqua tantū mulsa, quæ sobriosorū sunt festiuitates, quos græco vocabulo νηφάλια vocant. Fiebat aūt apud Athenienses vt hoc quoq; obiter attingam, νηπάλια θυσια, id est sobrium sacrificium soli/lunæ/memoriæ/nymphis/auroræ & veneri, vt inquit Polemon, in quo ξυλᾶνηφάλια, id est ligna sobria cremabantur. Diuæ quoq; ruminæ quæ præest lactentib⁹ infantibus/nephaliū festum celebrat, in quo lac libare cōsueuerant. Ergo ita nonnunq; vino indulgeamus, vt possimus animo exhilarato mœroreq; discusso repente ad nephalia sacra cōuerti, & sobriorum munia nauiter capescere, cauētes ne instar anus Plautinæ merobibi & multibibi dum volum⁹ discutere tristiciā, rationē excutiamus & mentē. Hęc in p̄sentia satis habeo decerpsisse ex aceruo remediorū, quæ ad mœrorē explodendū existimant esse accōmodatissima, inter quæ sunt & fabulatores elegantissimi maximeq; litterati. Adhibeant interdū & scurrilitates scurrarū, quæ nō nimia esse solent hilaritatis illicia, sunt & balnearū deliciæ nō min⁹ voluptariæ q̄ salutares, vnde illis inditū nomē esse autumat diuus Augustinus, qui in libris cōfessionū refert balneū græcis ideo βαλαρειον appellari q̄ βαλλειτάσ ἀνιασ, id est anxietates pellat ex animo. Ergo igit pro viri li parte elaborem⁹, vt symboli Pythagorici bene memores cor minime gustemus/mœrorēq; ex animo ꝓpellamus, vitam agentes hilariorē iucundiorem q;, vt fronti serenæ gaudia interiora respōdeāt, vt intus & foris nubilo tristiciæ discusso serenati simus. Nam alioqui vita nō est vitalis/nisi cū hilaritate cōtingat, & vacuitas ab angoribus adhibeatur.

Trias Ternio

Nephalia

Balneum vnde

Non gustandum ex melanuris.

Melanuri pisces.

SYmbolū Pythagoræ μηγευεσθαι μελανοὐρων, id ē nō oportere gustare ex melanuris/hoc est habētibus caudas nigrātes, quo tropologice significat nō oportere cōuiuere cū nigris hoibus, id ē malis, quoniā ex malorū cōsuetudine trahunt mali mores. O præceptū salutare, o symbolū in pectore memori figendū, quo monemur cauere a cōmertio nigrorum/hoc est vitiosorū. Duo sunt colores, albus & niger, quorū altero virtus/altero vitiositas prænotat. Candor est symbolū virtutis, nigritia vitiositatis. Hinc illud Persianū, Illa prius creta mox hæc carbone notasti. Iubet Pythagoras abstinere a gustatu melanurorū. Dispiciam⁹ qui sint melanuri (vt ita nouerimus) a quibus cauere debeamus. Melanuri sunt pisces ex eo dicti q̄ nigrantē habent caudā, qui inter saxatiles numerā/

cur. Melanuri piſcis Ennius poeta vetuſtiſſimus meminit eo verſu, Melanu
rum turdum merulamq; vmbramq; marinam. Verum nō a piſcibus id ge
nus abſtinere nos voluit diuinus veneranduſq; philoſophus, ſed ſymboli
cos præcepit cauendos eſſe homines nigros, hoc eſt vitiorum nigritudine
decoloratos, quorum magna natio eſt, Namq; omnes impoſtores fraudu
lenti ſcriptores, omnes malicioſi peculatores, nequam veteratores, denicq;
omnes mali ſunt nigri, ſunt melanuri, ſunt atritate notabiles. Audite quæ
ſo quod mirum vobis videri poterit non parum multi albati conſpiciūtur,
qui ſunt omnium integerrimi qui inter nos familiariter degunt, foris Ca
tones/intus Sardanapali, in ꝓpatulo triſtes/domi diſſoluti, qui obſtipo ca
pite obambulant, quorum faciem quum aſpicias haud mali vidētur, quos
ex veſtium candore ſinceros cenſeas & ſanctos. De quibus illud merito di
ci poteſt, Doloſi homines, doloſa veſtimenta, veſti nulla fides. Quis enim
non vicus abundat triſtibus obſcenis? Hi ſermone cenſorio, lingua Cato
niana alienas ſordes & vitia ſæueriſſime inceſſunt intercutibus ipſi vitijs
madentes. Econtrario ſunt alij pullati & veſtibus nigris atrati, quorum
mens interior nigritiæ exteriori reſpōdet vt intus foriſq; ſint nigerrimi. Ab
his omnibus (quoniam ſunt melanuri) cauere & cauendum eſſe præcipit
ſymbolum Pythagoræ. Qꝛq; oppido q̄ arduū ac difficile eſt cauere a me
lanuris/quū nō ſint oībus cognoſcibiles, quū veſtitu fallant & vultu, quū
verboꝛ inuolucris ſimulationūq; adumbrationibus mores lutulentos ob
uoluant, quū ſub habitu ouium lupi deliteſcāt. Nam (vt inquit non minus
vere q̄ elegāter Plautus) lupus eſt homo homini nō homo, q̄ qualis ſit non
nouit, nō cuicūq; obuiū eſt iudicare de hoīe ꝓpter occultas volūtates mul
tipliceſq; naturas frōs/oculi/vultus perſæpe mentiunt. Oratio vero ſæpiſſi
me. M. Tullius canina facūdia ac mordacitate ſatyrica inuectus in Piſonē
oculi (inquit) ſupercilia, frōs/vultus denicq; totus qui ſeruo quidam tacitus
mentis eſt, hic in fraudem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus de
cepit/fefellit/induxit. Archidamus dicere ſolebat ouem vnam tantū/eandē
q; vocē reddere, hoc eſt balatū hominē vero ϛολλασκαι ποικιλασ, id eſt
multas & varias voces efficere dōec ad id aliqñ quod cupit/ꝓuenit, homo
cameleō eſt. Nam vt ille colores ſuos multipharia qualitate cōmutat, ita &
homo verba immutat variatq; conſilia, diuerſiſq; imaginibus īmutat ꝓput
exiſtimat eſſe cōducibile. Homo eſt protheus, qui modo leo frendit, modo
anguis ſibilat. Et (vt inquit poeta) omnia trāſformat ſeſe in miracula rer.
Homo eſt Panchros. Vt eñ hæc gemma ex oībus coloribus cōſtat, ita ho
mini omnes inſunt colores, vt difficile ſit verꝛ hominis colorē internoſcere.
Sententia probabilis eſt, cuius & Hieremias ꝓpheta cōmeminit, nec mu
tare poteſt æthiops pellem ſuā, nec pardus varietates ſuas. At homo verſi
pellem ſeſe facit quū lubet, eſtq; varietate mutabilis ac lubricus. Tres im
primis natiōes infamat antiqtas. pinde ac doloſas & inter melanuros ha
bēdas, Cretā/Ciliciā/Cappadociā, vnde ſcitū illud, ϛρια καππακακιϛας,
id eſt tria. c. peſſima, tanq; p tres litteras hæ tres nationes quæ a littera c in
cipiūt/deſignētur. Nōnulli hoc dictum eſſe autumant de tribus Cornelijs,
videlicet Cornelio Sylla, Cornelio Cinna, Cornelio Lentulo, qui oēs peſſi
mi extiterūt, turbatoreſq; reipublice. Hi eñ per tres litteras in libris Sybil
linis deſignati fuiſſe ꝓdunt. Verum in omnibus gentibus inuenias haud
ſane difficulter Cilicas/Cretēſes/Cappadocas, inuenias & Cornelios, hoc

Doloſi hoīes

Doloſa veſtimēta.

Lupus eſt hō homini.

Homo cameleon & ꝓtheus.

Verſipellis

Tria. C. peſſima

est pessimos atq; melanuros, qui in nullo non genere hominum reperiũtur, quor̃ natio numerosissima est. Omne sæculum Clodios feret & Catilinas sed nec brutus erit bruti nec auunculus vsq;. Rari quippe boni numero vix sunt totidem, quot Thebar̃ portæ vel diuitis ostia nili. Qui cauet ne decipiatur etiam quum cauet etiam quum cauisse ratus est, sæpe his cautor captus est. Caueamus ergo a gustatu melanuror̃, fugiamus longissime contubernium nigror̃ hominum, ne & ipsi nigritia inficiamur. Trahunt enim a conuersantibus mores. Et vt inquit Menander, Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimæ. Viuamus cum Lelijs, cum Catonibus qui ex bonis optimos efficere possint. Quotiẽs autem melanuri occurrant/proclamemus. Hic niger est, hunc tu Rhomanæ caueto. Hemistichion est Enniani de elephantis. It nigrum campis agmen, quod Actius dixit de indis. Quod Maro noster de formicis loquens/decenter vsurpat. Et nos quoq; de melanuris disertantes neq; inconcinniter neq; intempestiue dicamus. It nigrum campis agmen. Nam agminatim nigri, hoc est vitior̃ labe decolorati, & nigritia mor̃ infecti euntes conspiciuntur, a quorum gustatu vt symbolum Pythagoræ salubriter monet, quicũq; temperauerit/is viuet inoffensius honestiusq;.

It nigrũ campis agmen

Ignẽ gladio ne fodias.

SYmbolum Pythagoræ est, Το πυρ μαχαῖρα μηστκᾶλευειν, hoc est ignẽ gladio ne fodias, quod signat potẽtiã/irã/& tumẽtem animũ nõ esse lacessendũ, quod sane piculosius est q; irritare crabrones. Tiberius cæsar subinde dictabat linguã mẽtẽq; liberas esse debere. Valeat hoc qdẽ in libera ciuitate ꝓgenitis, vt lingua & mẽte sint liberiores licẽtioresq;. Ver̃ apud principes cautissime agendũ est, ne ignẽ gladio fodiamus, hoc est ne quid a nobis aut agat aut dicat, quod principẽ lædat ꝓuocetq; ad iracundiã. Aristoteles Calisthenẽ salubriter monuit, vt cũ Alexãdro magno aut rarissime aut iucũdissime loqueretur. Quo scilicet apud regias aures vel silẽtio tutior, vel sermone esset acceptior. At ille dum intempestiuis salibus ꝓfricat regẽ, cruciabiliter ꝑemptus pœnas dedit vrbanitatis linguæq; liberioris. Dicere solebat Cestius declamator. Ea etiam quæ regibus ꝓsint ita suadẽda esse vt delectẽt, & nihil nisi cũ summa veneratiõe dicẽdum. Igit̃ qui apud principẽ est verba facturus, ita dicat, ita verba ꝓpẽdat, vt multa adulatiõe animus eius ꝓmulceat̃. Siqdẽ in auribus habeat animus maximeq; potẽtior̃, ꝓut iucũda audiũt vel ingrata, ita hilarescũ vel indignãtur.

Eruãdus est inde modus, quẽ in rebus oĩbns vtilissimũ ꝓhibẽt, ne assentatores/adulatores sue esse videamur, ne nobis blanditiæ nostræ detrimẽto sint atq; dispẽdio, sicut olim accidit Atheniẽsibus ad omnẽ assentationẽ natura formatis. Nã quũ. M. Antonius ille triũuir vellet se dici libertũ patrẽ, habitu quoq; & comitatu deũ imitaret̃, occurrerũt venieti ei Atheniẽses cũ cõiugibus & liberis, eũq; Dionysiõ saluta hæc adulatiõis salutatio, si atticus ibi lepos fubstitisset. Ver̃ ꝓgredietes dixerũt se. M. Antonio despõdere in matrimoniũ suã mineruã, rogauerũtq; vt ea duceret vxorem. Tũc Antonius dixit se ductur̃ ver̃ dote opus. Itaq; dotis nomie se illis impare mille talẽta, & ita Atheniẽsibus indecoræ imo dicæq; adulationes mille talẽtis cõstitere. Cõtra Theocritus ignẽ gladio fodit, hoc est irã regiã maledict̃ elicuit, pœnasq; dedit dicacitatis mordacioris, nam quũ ad euterpionẽ coquũ dicacit̃ dixisset

eyclopi me crudū appones. Hoc dicto taxauit regem Antigonū qui luſcus erat & cocles, Necnō coquinariā coquo opprobrauit, de euterpioni hac dicacitate pulſato nō defuit falſa ledoria. Capite igitur carebis (inquit) & huiuſce ſcōmatis pœnas pendes. Mox rem ordine Antigono denarrauit, qui cōtinuo immiſit percuſſores, & ita Theocritus ob nimiam linguæ licētiam capite mulctatus eſt. Curemus ergo & caueamus omni diligentia/ne ignē gladio fodiētes iram principalem acuamus, ne ob id dictum factūve tantillum excandeſcat in nos princeps, ne ad indignationē prouocet. Et quū ſępe lubricum linguæ cauſa exitij ſit, proſpiciamus ne lingua temeraria malum in noſmetipſos cōtrahamus ſicuti Cæcias nubes, ne more pyrauſtæ mortē noſmetipſis cōſciſcamus, de quo prouerbiū eſt græcorū πυραυστόυ μοροσ, pyrauſtæ mors. Cupimus principem eſſe mitem/facilem/miſericordē, agamus apud illum blande & reuerenter. Nāq; vt apud Curtiū inquit egregie Alexander magnus. Regum ducūq; clæmentia, nō in ipſorū modo/verumetiā in illorum qui parent ingenijs ſita eſt. Siquidem obſequio mitigantur, cōtumacia fiunt truculenti. Annotatū eſt quod in præſentia ſubit mentem/philoſophos quoſdam reperiri cōtumaces/refractarios & cōtemptores principum atq; magiſtratuū, qui tunc ſe demū vere philoſophari exiſtimant/ſi liberius obloquātur & licentius, tanq; philoſophia ſit libertas quædam & magiſtra loquēdi & viuendi prout libido eſt, verū tales ſedulo monendi ſunt, vt philoſophandū aliter putent/ne philoſophię noīe ſanctiſſimo abutantur, vt de principibus per quos ipſis frui tranquillo ocio licet honeſtiſſime loquātur & ſentiant, ſintq; memores Horatianæ ſentētiæ. Principibus placuiſſe viris nō vltima laus eſt. Sciant principū vires eſſe pręualidas & manus prælongas, ſciant principes vitæ/neciſq; mortaliū eſſe imperatores, Si rex dixerit occidite/occidunt, exterminate/exterminānt, ne ſint quæſo maledici et cōuitiatores. Cynica mordacitas ꝑcul abſit, multi mortifera loquūtur, redituraſq; per iugulum voces nō cōtinent/plurimis ob id interemptis. Optimus eſt homini (vt inquit Heſiodus) linguæ theſaurus, quā intra vallum dentiū coercendā eſſe ſapiēter monet. Et (vt docet Eſopia fabella) lingua & optima & peſſima mortalibus, cuius lubricū multos præcipites dedit, quibus fuiſſet cōducibile Pythagoricū ſilentiū edidiciſſe. Neq; in dynaſtas Tetrarchas regulos exeruiſſe linguā virulentā, quę atra ceu ſerpētiū vibrat, & inſtar acuti gladij fodicat vitalia. Quotus quiſq; eſt qui malit dictum q; amicū perdere qui aculeū linguæ retundat, qui genuino dente non mordeat. Deniq; quotus quiſq; eſt/qui ignē gladio nō fodiat? Nos vero ob temperātes ſymbolo ſaluberrimo potētiores demereamur obſequio pleniori/nec verbo nec re prouocantes principalis animi tumorē. Deniq; hæc ſit ſumma noſtri ꝓpoſiti, vt pro virili parte placeamus & obſequamur, etſi ꝓ deſſe nō poſſumus/minime obeſſe velimus. Sed quod de principib⁹ irritandis dictū eſt, hoc idem de omnib⁹ in vniuerſum dictū ſit, ne ſcilicet quippiā in quempiā aut dicam⁹ aut agamus quod bilem moueat, iracundiā extimulet, animū tumentē incentiuo furoris inflammet. Habes vxorē iurgioſam & moroſam, qualis Xantippe in Socratem fuiſſe fertur, nolito irritare crabrones. Eſt tibi res cū homine iracundo & rixoſo, nolito verbis maledicis laceſſere. Deniq; vbiq; locorū vbiq; gentiū memor ſis ſymboli Pythagorici, ne ſcilicet ignē gladio fodias. Nam (vt inquit veriſſime ſimul & ſapiētiſſime Salomon), Sermo mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem.

Cæcias nubes.

Pyrauſtæ mors.

Annulū angustum non gestandum

SYmbolum Pythagoræ est, μὴ φορεῖν στέφανον λάκτου, hoc est annulū angustum non gestandū, quod significat vitæ libertatē colendā esse, & nullo seruitutis vinculo alligandā. Libertas (vt inquit iurisconsultus) inæstimabilis res est, cui concinit illud Plautinum. Omnes profecto liberi libētius viuimus q̄ seruimus. Ab eodē aliubi dictum est. Procreare liberos lepidus sonus, at liberū esse id multo est lepidius. Contra omnis misera est seruitus (vt inquit Arpinas orator) quā nostra ciuitas ferre nō potest, & ciuibus rhomanis mors potior fuit seruitute. Scitum est illud dignūq̄ memoratu/quod a Spartanis legatis olim dictum est hydarnæ regio p̄fecto, qui quū eos hortaret vt sese dederent maximo

Exēplū memorabile

persarū regi, pollicereturq̄ Lacedæmonios principatū græciæ obtenturos ita respōderunt. O Hydarnes non ex æquo consiliū tuū ad nos spectat atq̄ ad te, qui cōditionis quā suades expertus es nostræ expers. Nam seruus tu quidē esse nosti, libertate autē nondū expertus es/vtrum sit dulcis an non, quæ si tibi bene cognita foret, nō vt hastis/sed vt securibus pro ea dimicaremus/nobis suaderes. Sicut autē libere locuti sunt hi lacedæmoniorū oratores, ita & libere fecerūt. Siquidē in conspectū regis veniētes iubētibus satellitibus regis vt procumbētes regem adorarēt, ea adoratione quā græco vocabulo προσκύνησιν appellitāt, p̄tinaciter negauerunt se nunq̄ id esse facturos, neq̄ enim sibi esse consuetudinē hominē adorandi. Tanti erat libertas apud homines qui seruitutē omniū malorū maxime arbitrabant. Quid nōne Athenienses quiddā consimile & egerunt & dixerunt? Quorū verbū illud a græcis scriptoribus præconio laudis extollitur, qui lacedæmoniis timentibus ne cū barbaris fœdus percuterēt/respōdere, neq̄ tantū auri vsq̄ gentiū est, neq̄ regio vlla pulchritudine & bonitate præcellēs data, p fœdere p̄suaderet, vt induceremur ad tradendā seruituti græciā/barbarisq̄ subiiciendam. Et illud quo ad sol eodē itinere meabit quo nunc meat, eousq̄ se nunq̄ cum Xerse societatē coituros. Ex hisce satis liquet quē admodū libertas omnib⁹ reb⁹ est anteponēda/& seruitus p̄pulsanda. Apud eosdē Athenienses celebratur ἐλευθέριος Ζευς, id est iupiter cognomēto liberator tanq̄ a seruitute persarū, & iugo illos liberasset cui fortes viri & illustres in extremo exitu libare consueuerāt. Hinc illud a Seneca moriēte dictum est, libare se liquorē illū Ioui liberatori. Tharsea quoq̄ ille memorādus postq̄ sectis vtriusq̄ brachij venis/cruorem effudit humū spargēs, libemus inquit Ioui liberatori. Plautinus seruus agit Eleutheria, quasi dicas, libertatis solennia quib⁹ nihil p̄ciosius est. Recte igitur solus sapiēs appellabitur liber, vtpote qui nec dominationi cuiusq̄ pareat/nec obediat tupiditati, cui⁹ animo vincula nulla injici possunt. Rem miram vobis denarrabo, sed tamē veram/si veridici sunt scriptores, qui tradūt rhomanos Cappadociæ genti cōcessisse vt liberi essent, primores Cappadocū libertatem recusasse/dixisseq̄ se eam ferre nō posse, & vt sibi rex daretur orauisse. Tum rhomanos demiratos q̄ inuenirent qui libertatē recusarēt p̄misisse, vt quē vellent regē/eligerent, q̄ Ariobarçanē elegerūt, maluerūtq̄ sub iugo seruitutis degere/q̄ frui dulcedine libertatis. Symbolū Pythagoræ videlicet parū, p̄bantes quo præcipit angustū annulū nō gestandū libereq̄ viuendū, q̄q̄ dij boni vix homo quisq̄ inuenit q̄ vere liber sit, veraq̄ libertate p̄fruat, principes dynaste reguli, denicq̄ ipsi regū reges seruitutē seruiūt, dominosq̄ habent/et q̄dē imperiosissimos. Alius libidini/alius cupiditati, ali⁹ iræ/alius ambitioni/ali⁹ glo-

Eleutheria

Mirū de cappadocibus

Cappadocia q̄b libertatis q̄ cupiuerunt

Nemo liber.

ſtæ,alius crudelitati ſeruit,alius oĩbus. Totq; dominoꝝ ſunt ſerui/quot vitioꝝ q intrinſecus fodicãt/hominẽq; diuellũt. Nos ꝑ virili ꝑte curemus vt iuxta ſymbolũ Pythagoræ nihil ſit in nobis aſtricti/ nihil alligati,vt arctũ ſeruitutis iugũ excutiẽtes/liberi ſolutiq; viuamus. Dogmatis Pythagorici videt flamẽ Dialis apud Rhomanos fuiſſe ſeruãtiſſimus/cui fas non erat annulo vti niſi ꝓuio & caſſo,& nos annulũ ꝓuiũ/laxũq; induamus,vt nulli addicti ſimus & mãcipati.Faciamuſq; illud Plautinũ.Liberæ ſunt ædes, liber ſum ego,libere me vti volo.

Hirũdines ſub tecto nõ habẽdas.

SYmbolũ Pythagoꝛę eſt ὁ μωροφιλοῦσ χελίδονασ μὴ ἐχειν id eſt hirundines ſub eodem tecto non habendas,quod ſignificat garrulos & loquaces eſſe explodendos eliminandoſq;,a quibus perinde ac exitialibus cauendum præcipit Satyricus Venuſinus quum ait, Garrulus hunc quando conſumet,quumq; loquaces ſi ſapiet/vitet. Græca vox eſt, ψιθυροῦ ἀνδρα ἐκβαλε τῆσ οἰκίασ,id eſt hominem blateronem & garrulum ex domo tua eĳcito. Homerus ingeniorum fons Therſitem dicit ἀμετροεπῆ,id eſt ſine modo blaterantem & loquutuleium tentalem fuge.Ille tibi ſit familiaris & intimus,qui verborum eſt vir paucorum,qui ſcit ſe a natura formatum eſſe ad pauciloquium,quæ duas homini aures dedit/os vnum,vt videlicet audiamus plura q̃ dicamus,ſimuſq; auſcultatores magis q̃ immodici ſermocinatores. Pythagoras loquacitatẽ vſq;quaq; repudiãs/diſcipulos elinguabat,quos nihil prius docebat q̃ tacere.Eratq; hoc primũ apud illum ſapiẽtiæ rudimentũ/meditari cõdiſcere,loquitari dediſcere,loquaciores in quinquenniũ velut exilio vocis puniebant.Salutare eſt auditores optimi pythagoriſſare,id eſt Pythagoræ documẽta ſectari præcipiẽtis,vt a cõmercio caueamus illoꝝ hominũ, quos antiqtas loquutuleios blaterones linguaces appellat,quoꝝ ora ſcaturiũt verbis futilibus & lapſantibus,quoꝝ lingua infrenis eſt & ꝓdiga, ſimiliſq; graculoꝝ ſine modo ſtrepẽtium,in quibus eſt verboꝝ vis larga, & ſonitus inanis citra ſcientiã & ſententiã. Hæ ſunt hirundines quaꝝ garrulitatẽ explodendã nec ſub eodem tecto habendã eſſe præcipit Pythagoricũ ſymbolũ. Hi ſunt multiloq;/largiloq;/ falſiloq;/ mẽdaciloq;, quos ſi eliminaueritis,viuetis modeſtius & tutius,diceturq; vobis auſcultatores magis q̃ loquutores eſſe cordi. Vt aũt diſcerniculo quaſi quodã internoſcere id genus hoĩes poſſitis,auriculaꝝ magnitudo indicabit,quæ (vt auctor eſt Trogus) nota eſt loquacitatis.

Sup chenice nõ ſedẽdũ

SYmbolũ Pythagoræ eſt, ἐπὶ χοίρικῆσ μὴ κάθεζειν,id eſt ſuper chænice nõ ſedendũ,quo monemur de craſtino eſſe cogitandũ & de futuro habendã curã. Eſt em̃ χοιρὶξ chœnix apud græcos cibus diurnus. Barbaroꝝ eſt (inquit.M. Tullius) in diem viuere,Peritiſſimoꝝ vero eſt in horã viuere,q̃les fuiſſe Antonianos aſſeclas obiurgatiõe cẽſoria,inceſſit ſummus orator de qbus dici poteſt,Edũt & bibũt tanq̃ craſtino morituri,q verſiculũ Maronianũ ꝓbantes dicũt. Pereat qui craſtina curat,qui illud Horatianũ cõcinnẽtes cantillãt. Quid ſit futuꝝ cras,fuge quærere,& quem ſors dieꝝ cũq; dabit/lucro appone. Subſcribit Horatiano verſiculo illud Senecæ. Qui pendet ex craſtino, perdit hodiernũ. Singulos dies,ſingulas vitas puta. Epitaphium Sardanapali ſymbolo reclamat,quod ſic inquit,Ede/bibe/lude. Et,Quũ te mortalẽ noris ꝓſentibus exple Delitijs animum,poſt mortem nulla voluptas, Euãgelica quoq; illa

sentẽtia. Nolite sollíciti esse de crastino. Sufficit em̃ diei malícia sua, ab Helluonibus vsurpari solet, detorquericꝫ in interpretationem deteriorem. Verum hæc nos alio intellectu sanctiore explicare consueuimus. Diogenes hemerobios cognominatus est quasi Diarij victus, qui modico parabilicꝫ cõtentus in diem viueret, de quo est apud græcos illa celebrata paroemia, ξωη πιθου, vita dolij. Symbolum Pythagoræ est saluberrimum quo docemur somnũ excutere atcꝫ torporem, imitaricꝫ formicas, quæ hyemis memores æstate congerũt alimenta in horreum/tectocꝫ reponũt. Et vt ait nobilissimus poeta, prædamcꝫ ꝑ herbas. Conuectant calle angusto pars grãdia trudũt. Obnixe frumenta humeris pars agmina cogũt. Castigãtcꝫ moras, opere omnis semita feruet. Dij boni quantã in tãtulis animalibus sedulitas, quãtus in opere labor, cꝫ diligens concursatio. Siquis comparet onera quæ gestant corporibus illarꝫ, fateatur nullis portione vires esse maiores. Salomon condecenter mittit nos ad formicas spectandas imitãdascꝫ. Vade (inquit) ad formicam o piger, & considera vias eius, quæ parat æstate cibum sibi, & cõgregat per messem quod comedat. Vscꝫquo piger dormis? Veniet tibi q̃si viator ægestas, & pauperies quasi vir armatus. Haud absímile est illud Plauti, ex rudente. Nimis homo nihili est, qui piger est, nimiscꝫ id genus odi ego male. Vigilare decet hominem, qui vult sua tempori conficere officia, Qui dormiunt libẽter, sine lucro & cum malo quiescũt. Consimiliter Plautinus senex inquit in mercatore. Adolescẽs quum sis, tũc quum est sanguis integer, rei tuæ quærendæ cõuenit operam dare. Simus ergo impigri & strenui, toleremus labores dum anni sinunt & vires, paremus in iuuẽta id quo in senecta ꝑfruamur, viuamus iuuenes in freto, vt senes quiescamus in portu, vt in senecta pigri & ocioſi si collibuerit/esse possimus. Ita symbolo Pythagorico obtemperãtes sup chenice nõ sedebimus, hoc est in diem nõ viuemus, necꝫ Hemerobij, id est Dialis victus nũcupabimur, sed formicæ paruulæ exemplo congerẽtes in horreũ habebimus crastini, hoc est futuri rationem. Dabimuscꝫ strenue ac nauiter operam, ne ꝑ desidiã atcꝫ torporẽ subrepat improuisa pauperies/meritocꝫ rideamur, quũ turpe sit viro sapiẽti dicere/nõ putarã. Præterea chenix mẽsura est capax q̃tuor sestariorꝫ, vt docet Priscianus illo versu. Sestarius vnus q̃ q̃ter assumptus fit graio noĩe chenix.

Vita dolij

formica

Salomon

plauty

A fabis abstinendũ.

Symbolũ Pythagoræ præcipit κῦα μωραπεχέλεσθαι, id est a fabis abstinẽdũ esse. Discordes sunt variæcꝫ sentẽtiæ eruditorꝫ, cur Pythagoras a fabis abstinẽdũ esse cẽsuerit. M. Tullius ideo pythagoricis interdictũ putat/ne faba vescerent̃, quia id genus legumẽti habet inflationẽ magnã, cõstatcꝫ eũ cibũ quærẽtibus trãqllitatẽ mẽtis esse cõtrariũ. In hãc sentẽtiã nõ tã pedibus cꝫ stilo vadit Plinius sic scribẽs. Faba hebetare sensus existimata & insomnia quocꝫ facere, ob hoc pythagorica sentẽtia dãnata. Quidã ꝑdidere idcirco fabam a Pythagora repudiari/quoniã mortuorꝫ animæ sint in ea, qua de causa parentando quocꝫ assumebatur, hodiecꝫ in parẽtalibus ferialibuscꝫ erogat̃, inter hominũ mẽdicabula. Varro & ob hæc flaminẽ ea nõ vesci tradit, q̃m & in flore eius litteræ lugubres reperiant̃. Horatius elegãtissime fabã dixit esse Pythagoræ cognatam, ꝑpterea ꝙ a faba nõ secus abstinebat, cꝫ a cognata cognatus abstineat. Hinc alter Satyrographus de Pythagora loquẽs ait, Ventri indulsit nõ omne legumen, qui ne fabas cõculcaret, campũ fabaciũ introire recusauit,

& ita ſe inimicis inſectantibus præbuit trucidandum. Quidam diligentiꝰ us ſcitiuſq; arcanam Pythagoræ doctrinam periſitantes autumant ſymbolice & operte eum voluiſſe homines non a faba edenda abducere, ſed a rei veneriæ proluuio ſubmouere. Nam κυαμουσ, & fabam & teſticulos ſignificare tradunt, & reuera fabæ genitalibus maximeq; virili balano, hoc eſt glādi ſunt perq; ſimiles, quod & græci ſcriptores prodiderunt. Quum ergo dixit Pythagoras, κυαμουαπεχεσθαι, non legumine fabaceo abſtinere nos voluit/ſed a coitu ſuffrenare, vt caſte ſcilicet ac ſancte vitam degeremus, qui olim interrogatus quando αφροδισια, hoc eſt veneria forent exercenda. Tunc inquit quum teipſo infirmior fieri vis atq; debilior. Ad hūc intellectum referr̄ Empedocleum carmen, Ah miſeri a cyamo miſeri ſubducite dextras.

NOn tamē credamus in totū nobis cōcubitu interdictū eſſe & venere, quod ꝓnitioſum magis eſſet q; ſalutare. Nam cōcubitus ſicut frequēs ſoluit corpus/ita rarus excitat. Et ſicut veneri ſi modus abſit nihil ꝓnitioſius, ita bonæ valitudini nihil pene vtilius ſi modice rarēterq; exerceat̄. Galenus maximus medicoꝝ refert ſe nouiſſe viros virtute & ſanctitate venerabiles, qui abſtinētia coitus vltronea adeo cōtriſtarent̄ vt appetētia & cōcoctio & bona valitudo afficeret̄. Hinc ſcitū illud Cynici Diogenis memorat̄. q quū ex inſtituto philoſophiæ eſſet cōtinētiſſimus, tamē cōcubitū quaſi purgatorio medicamēto vtebat̄, nō voluptatis cauſa, ſed bonæ valitudinis, qui olim tētigine ſatyriove extimulatus, ſcortum continuo iuſſit per internuncium euocari, quo ſerius aduentāte factus eſt maſtuprator, mox cum meretrix aduenisſet/manus inquit fuit mihi ꝓ concubina, impleuitq; vicem meretricis, ex quo ſatis liquet venerādos & graues & philoſophicos viros vti venere, non ob voluptatem, ſed ob valitudinem, vt ita exuberātia noxiꝫ ſeminis releuētur, etem̄ non minus ex deſiderio naturali excrementa genituræ q; ſtercoris & vrinæ foras ægerenda ſunt. Et vt ait Seneca, libido quæ neceſſe eſt/affluat, & vt Ariſtoteles Pliniuſq; notificant, venus medetur melancholicis mēte captis, dolori lumboꝝ hebetationiq; oculorum. Verum vt ait diuerticulo repetatur inſtituta narratiō, & ſymbolum Pythagoræ per multiplicem interpretationem lanarratiō, & ſymbolum Pythagoræ per multiplicem interpretationem latiſſime expādat̄. Plutarchus Cheronēſis qui merito polyhiſtor, hoc eſt multiſcius, nec minus polygraphotatus dici poteſt, exiſtimauit Pythagorā hoc ſymbolo quo præcipit vt a fabis abſtineatur, nihil aliud præcipere voluiſſe q; vt ab adminiſtratione reipublicæ abſtineamus, ꝓpterea q; fabis ſuffragia antiquitus ita ferebant̄, ſicut hac quoq; tempeſtate fieri vulgo cōſpicimus vt ꝑ fabas albas annuētes ſuffragemur, ꝑ nigras renuētes refragemur. Qui ergo dixit vt a fabis abſtineremus, ſymbolicos dixit & operte nec ad rem publicā adminiſtrandā accederemus, tanq; negociū id ſit moleſtū difficile periculoſum.

DEmoſthenes ille oratoꝝ decus & eloquentiæ græcę columē adoleſcētes a reipublicæ curatione dehortari ſolebat affirmās ſi duæ eſſent viæ ab initio vitæ mortalibus ꝓpoſitæ, quaꝝ altera ad rem publicā, altera ad interitū manifeſtariū ferret, eſſentq; manifeſta oīa quæ ſubire oportet rempublicā gerētes, videlicet odia/calūnias/ inuidias/ſimultates/certamina/terrores, illā potius electuros homīes, quæ ferret ad interitum. Hæc ſentiebat dicebatq; Demoſthenes, cui vtiq; credi cōue-

nit,vtpote id vitæ genus experto,quum in republica Atheniẽſium diu ver/ ſatus affatim nouiſſet quid mali foret & incõmodi in rerumpublicaꝝ ad/ miniſtratione Duæ philoſophorum ſectæ,epicureorum ſcilicet & ſtoico/ rum in hac re diſſidio,quaſi quodam concinũt:fiuntq; cõcordes,& vtraq; ad eandem metam diuerſa via tendit. Epicurus ait,Non accedet ad rem/ publicam ſapiens/niſi ſi quid interuenerit. Zeno ait,accedet rempublicam ſapiens/niſi ſi quid impedierit,ita alter ocium ex ꝓpoſito petit,alter ex cau/ ſa. Contra dici talia audio,quum ad tuendos conſeruãdoſq; homines ho/ minem natum eſſe videamus,conſentaneum eſt huic naturæ,vt ſapiẽs ve/ lit gerere & adminiſtrare rempublicam,& quum ad laudem & decus na/ ti inſtitutiq; ſimus,vnde laus maior & decus homini eſſe poteſt q; ex ad/ miniſtratione reipublicæ:Et quum homines ad agendum eſſe natos con/ ſtet,cũq; actionum plura ſint genera,inter maximas actiones hominis eſt rerumpublicarum adminiſtratio. Nempe ab homine hoc exigitur vt pro/ ſit hominibus/ſi fieri poteſt multis,ſi minus paucis,ſi minus ꝓximis,ſi mi/ nus ſuis. Quomodo ergo prodeſſe homo hominibus poterit,ſi ſe ſeiunxe/ rit a negocijs/in ociumq; proiecerit:Scitote duas eſſe reſpublicas. Alteram magnam & vere publicam,qua dij atq; homines contínẽrur. Alteram pu/ ſillam,cui nos cõditio naſcẽdi aſſignauit,hæc autem exempli cauſa eſt Rho manoꝝ Atheniẽſium,& vt meos quoq; attingam Bononiẽſium,quæ non ad homines omnis pertineat/ſed ad certos. Sũt quidam qui vtriq; reipubli cæ operam dant,maiori ſcilicet & minori,qui philoſophañ ſimul & nego/ ciãtur. Quidam tm̃ minori,vt ſunt Rhomæ ſenatores,in municipijs decuri/ ones,& hi quos politicos appellant. Quidam tm̃ maiori,vt ſunt philoſo/ phi & diſciplinarum ingenuarum ſtudioſiſſimi. Nos vero huic maiori rei/ publicæ deſeruiamus,cui melius in ocio q; in negocio,melius a feriatis q; ab occupatis opera dari poteſt. In qua haud dubie fuſius/ ꝓlixius/ cõmo/ dius q; in illa minore multis ꝓdeſſe poterimus. Siquidem vir litteratns nõ ſolum ſuis municipibus,verumetiam alienigenis proderit,non ſolum vi/ uentibus,verumetiam nepotibus & poſteritati conſulet. Præterea inter/ rogo vos ad quam rempublicam ſapiẽs ſit acceſſurus, Atheniẽſium ne:in qua Socrates damnañ,in qua Themiſtocles & Ariſtides oſtraciſmo,quod exilij decẽnalis nomẽ eſt indigne mulctañ. An Carthaginẽſium,vbi impe/ ratores ꝑ inhumanã crudelitatẽ tollunt in crucẽ. An in Rhomana republi/ ca ſenator exiſtet:in qua Camillus mittit in exilium,in qua Scipio ille bel/ li fulmẽ horrorq; Carthaginis profugus & extorris literni vitam ægit,ex/ pertus ciues ſuos ingratiſſimos,cui vni Rhoma & ſalutẽ & imperiũ,ſi bñ/ ficia pẽſaret/acceptum referre debebat,ne lõgum faciam,ſi ꝓcenſere ſingu/ la voluero,nulla ꝓrſus,nulla reſpublica inueniri poterit,quæ ſapientẽ,aut quam ſapiẽs pati poſſit.

Oſtraciſ/ mos

Dictũ Iſo cratis.

Socrates ille rhetor cuius domus fuit officina dicẽdi,quũ in cõuiuio a ſodalibus rogareť,vt aliquid in mediũ de eloquẽtiæ ſuæ fonte ꝓ/ ferret,id munus ita deprecatus eſt,quæ preſens inqt locus & tem/ pus expoſcit ego non calleo/quæ ego calleo,nec loco præſenti ſunt apta nec tempori. Conſimiliter ſapiẽs qui ſymbolum Pythagoræ obſeruãs abſtinet a fabis,hoc eſt ab adminiſtratione reipublicæ,dicere poterit quæ probat populus,ego neſcio/quæ ego ſcio,nõ probantur a populo,& idcir/ co a regẽda republica reſilio. Ipſe Pythagoras regendæ reipublicæ diſcipli/

nam ſuis diſcipulis vltimam tradebat iam doctis, iam perfectis, iam ſapien
tibus, iam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, vt eis nollet cõmittere/
niſi virum qui rectum clauũ tenere/et ſcopulos poſſet euitare. Quas ob res
non parum multos fuiſſe accepimus/qui apertiſſime recuſarunt latum cla/
uum/hoc eſt ſenatoriam dignitatem, quũ in ampliſſimũ locum atq; ordinẽ
peruenire potuiſſent, Qui quidẽ videbant qualis in vita ſenatoria ſplendor
ineſſet, quanta ornamẽta/quæ dignitas, ſed ordine ſuo atq; conditione con/
tenti/vitam tranquillam & quietam, remotam a procellis inuidiarũ/turbi
nibuſq; reipublicæ ſequi maluerũt beatitatem ipſam tranquillitate metien/
tes, quũ. M. Tullius fortunatos eos homines iudicet, qui remoti a ſtudĩs
ambitionis ocium ac tranquillitatẽ vitæ ſecuti ſunt, quidã in ſtudĩs littera/
rum/quibus nil beatius beatiſſime quieuerũt, nõnulli in agris vixerunt ob
lectati ruſticatione/ruſticaniſq; voluptatib⁹ & cõmodis, & profecto ſi rem
ſollerter excutere velimus, atq; ęqua lance perpendere, proculdubio dĩjudi
cabimus nil agricolatione vberius eſſe, nil dulcius, nil libero hoĩe dignius,
Cuius laudes celeberrimi ſcriptores certatim cõdiderunt, & nos opuſculo
iampridẽ edito / haud quaq; incurioſe ſumus executi, verũ enimuero vnus
omniũ Columella copioſiſſime facundiſſimeq; id munus impleuit, qui rem Columellæ
ruſticam fecit eloquentẽ, qui non partes/nõ membra, ſed totum corpus rei laus.
ruſticæ bene compactum adamuſſim formauit. ſicuti probus pictor totam
imaginem effigiat, ſicuti ſignifer ſignũ luculentũ ex omni parte conſũmat.
Ergo hunc tanq; totius ruſticationis parentẽ maxime veneremur, eiuſq; li/
bros iugi & quotidiana lectione verſemus, in quibus ſumma cum eloquen
tia/ſumma eſt cõiuncta doctrina, cuius lectio & frugifera eſt & voluptifi/
ca. Siquidem primis ſex voluminibus omnia vberrime atq; elegantiſſime
explicantur, quę pertinent ad villæ poſitionem/fundiq; inſtrumentũ, ad cul
tum agrorũ culturamq; vinearũ & ſtatumina, quæ ad arbuſtum & poma/
ria, necnõ ad inſitionem arborum pomeriferarũ. Septimus & octau⁹ liber
cultum pecoris maioris & minoris vnacum medicina veterinaria, hoc eſt
totam rem pecuariã complectunt. In nono de villaticis paſtionibus & ich/
thyotrophĩs, hoc eſt piſcium viuarĩs luculẽter diſſeritur. In decimo mella/
ria ſiue apiaria quæ philogræci vocant mellia turgia, hoc eſt de apibus et al
ueorum cura induſtrie cõſcripſit, veterumq; auctorũ placita ſecretis diſper
ſa monumentis ſcitiſſime collegit. Libro vndecimo hortorum cultus nume
ris poeticis illuminauit, & verſu heroico cõplexus eſt hortenſia omnia, quę
Vergilius alĩs poſt ſe memoranda reliquit. Duodecimũ volumen cõtinet
ea quæ ad officium villici pertinẽt/qualiſq; villicus eſſe debeat, & quid quo
quo menſe ſerendũ ſit. Rurſuſq; de cultu hortorũ proſaica oratione conſcri
bitur. Nouiſſimus autẽ liber cõpoſitus eſt de officio villicæ epiſtatę, hoc eſt
perfectæ villicationis, de penoribus ſalgamiſq; cõdendis, quõ muria dura,
quõ oxygala, quõ defrutum fiat, item de condituris oliuarũ, deniq; moretũ
quõ oxyporũ qua mixtura cõcinnes. Nõne videtur ex omnib⁹ mẽbris/& nume
ris bene cõpactum, beneq; coagmentatũ eſſe totũ corpus ruſticationis, vt
nihil quicq; ſit præterea deſiderandum, vt ruſticatio in vniuerſum nulli tan
tum ſcriptori debeat/quantũ Columellæ, cui⁹ lectio digna eſt ſtudioſis agri
colatiõis, digna cupidis latinitatis, digna eruditis, digna principib⁹, digna
regibus. Siquidem reges Herophilometor, Attulus Archelaus, necnon &
Xenophon non mediocri cura hoc opus excoluerunt, celeberrimus vero

omnium externorum pœnus mago rusticationem expoliuit, cuius octo & viginti volumina memorabilia ex senatusco͂sulto in latinū sermonem conuersa fuerunt. Nos itaq; Columellam scriptorem primę tribus, primæq; notæ classicum eloquentem copiosum, graphicum hoc anno publice enarrare decreuimus, ex cuius enarratione mentes auditorum erudiātur/aures commulceantur. Ego qui in ocio negocios⁹/in ferijs occupatus esse soleo, composui annotationes in hunc scriptorem comperies atq; interuallatas, quibus salebrosa leuigantur/tortuosa corriguntur, quas opinor non improbabit/quisquis nostra qualiacunq; sunt/probare consueuit. Cæterū tantisper dum ista tractabimus secundū pythagoræ symbolū a fabis abstinebimus, hoc est a publicis negocijs erimus feriati. Columellæ copulabitur satyricū poema/sermones vocant, in quib⁹ omne vafer vitium ridenti Flaccus amico tangit, & admissus circum præcordia ludit Callidus excusso populum suspendere naso. Mira est in Horatiano carmine vrbanitas, miruq; cū eruditione multijuga lepos, adeoq; in satyra acer & validus & amussitat⁹ est, vt ad lucernam venusinam, ad archetypon Horatianū secuta ætas sese formauerit/composueritq;. Ego quotidianis condimentis lectiones hasce condire connitar, daboq; operam vt aures pabulo iucūdiore permulceam, animos esca salubriore saginem, & ita more rituq; priscorum duobus ferculis erit mensa nostra semper instructa, quæ eustomachos/hoc est boni stomachi pransores iucunde alent, & citra noxam/citraq; fastidium saturabunt.

Præcepta pythagoræ.

Verum sicut a symbolis Pythagoræ exorsa est oratio, ita præceptis pythagoricis terminetur, quæ in ore atq; in intimis præcordijs habenda esse censeo, censebitq; quisquis de semetipso bene censerit. Hæc autē sunt quæ maxime probantur, fugienda sunt omnibus modis & abscindenda languor a corpore, imperitia ab animo, a ventre luxuria, a ciuitate seditio, a domo discordia, & in cōmune a cunctis rebus intemperantia, his paucissimis quidē/sed saluberrimis præceptis tota viuendi lex & norma continetur, quæ non alio modo q̄ si ex cœlo demissa forent/edisscere/obseruare/& mente condita tenere debemus, quibus non aliter q̄ oraculis vtiq; credi oportet. Nam

Oraculum

si oraculum est voluntas diuina hominis ore enunciata, vt clarissimi conditores prodidere, quem tandem antistitem sanctiorem inuenire sibi diuinitas potuit q̄ Pythagoram? per quē humano generi præcepta præscriberet, qui adeo veridicus extitit/vt ex eo Pythagoram græco nomine nuncupatū tradant, q̄ non minus vera q̄ Pithius Apollo loqueretur, cuius tanta fuit maiestas vt pro deo coleretur.

¶Habeamus ergo in manibus, in ore, in pectore penitissimo hæc symbola Pythagoræ atq; præcepta ex venerabilis ac diuinæ doctrinæ sacrario reserata, si honeste, si beate, si citra noxam & vituperationem viuere concupiscimus, si deniq; volumus vt vitæ nostræ cymba in salutis portu tuto trā quillissime consistat, quod supereſt deum optimum maximum oro, vt mihi tantisper vitam proroget, dum ad cōmentarios producendos, ad annotationes elucubrandas, dum ad scripta id genus moralia & sancta formāda ero opifex idoneus. Istud enim est mihi principale propositum, vt pro virili parte prosim studiosis, consulam posteritati/vt scribendo/legendo/commentando nos vixisse testemur. Dixi.

¶Finis.

AD ILLVSTREM MARCHIONEM IACOBVM Badenſem Philippi Beroaldi Bononienſis Epiſtola.

SOleo ipſe mecũ illuſtris Marchio cũ primis admirari iu uenes illos qui nobilitate ſplẽdẽtes/ opibus pollentes/ in gremio luxuriãtis fortunæ mollit educati/litteras tñ nõ aſpnant, nec eruditos/eruditorũq; cõſuetudinẽ faſtidienter illudũt. Adeo bona mens/bonaq; fortuna rarenter copulant. Quotus em̃ quiſq; ex globo nobiliorꝝ eloquentiæ ſtudet? quo tus quiſq; aut eruditus eſt/aut eruditiõis affectator? Econtrario cõpluſculos videas(de opulẽtioribus loquor)qui vbi occepe/ rint adoleſcẽturire/ſe totos dedãt beluinis voluptatib⁹, quibus litteratoriũ gymnaſiũ carcer eſt, doctrina ſupplíciũ, qui ſpreto/ res ſunt ſtudiorꝝ/oſores ſtudioſorꝝ. Tu vero clariſſime Iacobe in ampliſſimis fortunarũ bonis poſitus imperatorio ſtẽmate præfulgẽs, inter opes principales indulgenter enutritus iuue/ nis/immo adoleſcẽs adhuc ſtudia litterarũ ſitienter amplexaris doctos foues, daſq; iugiter operã, vt nataliũ tuorꝝ ſplẽdor eru/ ditione magis magiſq; illuſtret̃. Veniſti nõ pridem vna cũ duo bus clariſſimis fratribus ad gymnaſiũ hoc noſtrũ, vt ingenium ingenuis diſciplinis excoleres, ordinẽq; ſcholaſticorꝝ, immo ipſum(vt verius loquar)gymnaſium exornares, nã quũ cæteri ferme ſcholaſtici ex gymnaſio litterario ornamenta quærere ſo leant/tu ipſi gymnaſio maxime es ornamẽto honeſtamẽtoq;. Degis hic nitide & magnificenter famulitio copioſo/ comita/ tu decentiſſimo/cultu ſplendidiſſimo mõſtrabilis, adeo vt nul/ lus ãnos dehinc plurimos fuerit in ordine ſcholaſticorꝝ te vno magnificẽtior illuſtriorq;. Agis prorſus principem/maximiq; principis filiũ, nihil prorſus degenerans a claritudine nataliũ. Tibi pater eſt illuſtriſſimus Marchio Badenſis Chriſtophorus Auguſtiſſimi Rhomanorꝝ impatoris Federici. iij. ex ſorore ne pos, qui animi magnitudine virtutiſq; præſtantia cæteris toti/ us germaniæ principibus haud dubie antecellit, ſine quo nihil mẽoriabile p hoſce annos ab inclytiſſimo Maximíliano geſtũ eſt, cui ducatus bellici primæ partis conſenſu germanorꝝ defe/ runtur. Apud quos fortiſſimi principis nomen meritiſſimo aſ/

Laus Marchionis Iacobi a ſtẽmate.

Laus Marchionis patris.

secutus est. Quid memorē ꝑsapiæ tuæ Badensis vetustatē? In qua cōplusculi rex gestaq; claritudine fulserūt. In qua archiepiscopi nō pauci floruerūt, quos rhomani imperatoris electores primarios/legitimosq; extitisse nemo nō nouit. Quid referā ciuitatē Badēsem, in qua badēsis familia diutissime est dñata. Inclytā famigeratāq; cēserit inter latissimæ germaniæ ciuitates? quæ haud lōge a rheno inter amnes memoratissimos sita/duarū artiū munitiōibus ꝑpe inexpugnabilis conspicit, vbi thermæ sunt salutares, vbi scriptio vetustissima litteris iā senio exolescētibus indicio est, Antoniū rhomanū impatorē illius vrbis cōditorē extitisse. Illud silenter præterire nec volo nec possum.

Propinqtas Marchionis cū Maximiliano Rhomanorū imperatore

Te mi Iacobe trāsmōtanorū nobilissime, nexu sanguinis ac necessitudinis arctissimo cohærere sacratissimo impatori Maximiliano, qui deꝰ est terrenus. Cui vel notū esse tm̄modo sūmus est honor. Hæc stēmata tā clara/tā splēdida nō te insolentē reddūt vt multos, Sed comem affabilēq; præstāt vt paucos sitientēq; litteraturæ istius politioris. Cuius nos iampridē sumus ꝑfessores. Et quū domi habeas eruditos, voluisti tñ nostræ quātulacūq; est/eruditiōis gustū libamentaq; attingere. Voluisti vt domus tua noua quasi quædā me ductore ac doctore academia efficereť. In qua quotidie resonat aliquid dignū memoratu. Ex quo effectū est/vt te monitore disertationem quampiā publico a me auditorio de fœlicitate peroratā redegerim in libellum quem in præsentia tibi illustris Marchio Iacobe nūcupatim dedico, tuoq; sub nomine conditū depromo. Libellus est concinna breuitate cohibilis, est rerū varietate/vt opinor nō pœnitendus. Vt aūt meus erga te amor ac obseruātia fieret testatior vulgatiorq;, eum impressoribus tradidi imprimendum. A quibus in mille exemplaria trāscriptus numen tuū meūq; latissime circūferat. Quicquid, id est quātulūcūq; est/quæso hilari vultu & serena fronte suscipias, munusculū est chartaceū & oppido pusillum, sed quo princeps ab homine litterato precioſius accipere non possit. Diij faxint/vt id sit perpetuū meæ erga te obseruātiæ monumentum. Vale vir clarissime, & me qui tibi mancipatus sum, in numerū tuorū ascribito.

¶Oratio Philippi Beroaldi Bononiensis de fœlicitate habita in enarratione Georgicon Vergilij & Columellæ.

QAgna res est viri ornatissimi, & omnibus horis omnium votis expetita fœlicitas, huc tendunt cunctorũ vota mortalium, Hæc est summa curarum, Hæc est summa rerum expetendarum. Fœlicitate terminãtur nostra desideria, Cui fœlicitas adest/huic nihil prorsus deest. Inueniũtur qui regna non optent, qui vero fœlicitatem repudiet/nullus existit, Nomo enim nõ fœlix esse vult, nemo non fœlicitatem summũ bonorum esse consentit. Quocirca de fœlicitate humana tanq; ad rerum omnium maxime expetibili maximeq; expetenda hodierno die disertare constitui. Et in hac disertatione ex latissimo pratorum virore floscu los nõ paucos hincinde decerpere. Quorum odoratu olfactantes recreent. Audiui olim ecclesiasticos concionatores, non paruæ in ecclesia existimationis super fœlicitate concionãtes. Sed tam implicata, tam spinosa, tã incondita erant quæ dicebantur, vt in prædicanda fœlicitate infœlices fuisse meritо iudicarẽtur. Nos ista lucide dicemus/& historica fide tractabimus, partim oratorio, partim philosophico more. Memorãtes exempla ad fœlicitatem pertinẽtia, & veterum philosophorũ sententias non incuriosе pensitantes. Sed ne longiori q̃ par sit exordio vos morer, iam rem ꝓpositam ingrediemur. Et de fœlicitate, verbis opinor non infœlicibus latialiter disputabimus, quod dum a me fit, vos quæso diligẽter attendite, nec minus auribus q̃ animis verba perpendite.

¶Dicturi de fœlicitate hodierna narratione. Primum finiamus quid sit ipsa fœlicitas. Cuncta enim per finitionem apertiora fiunt ac magis collicuescunt. Est itaq; fœlicitas (vt inquit Augustinꝰ in quinto de ciuitate dei) omnium rerum optandarum plenitudo. Vel vt ait Boetius in tertio cõsolationis, Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus. Aristoteles in primo Ethicorum decernit fœlicitatem esse finem rerum expetendarum. Cætera propter fœlicitatem expeti, fœlicitatem vero propter seipsam. Sed de hac fœlicitate quæ nam ea sit/dissentiunt, nec vulgus sapientesq; concordant, immo nec ipsi philosophi inter se cõueniunt. Diffinitio fœlicitatis.

¶Disputantes enim de finibus bonorum & malorum, varias sententias prodiderunt. Constituto autem fine bonorum/constituta sunt omnia. Hunc ergo curiosius disquiramus. Quibusdam nihil bonum nisi voluptatem esse placet, vt Epicureis. Quibusdam nihil bonum nisi honestum, vt Stoicis. Finis bonorũ vestigãdꝰ

¶Hieronymus summũ bonum esse autumat vacuitatem siue indolentiam, quæ græco vocabulo αφαλγησια nuncupatur. Carneades academicus nihil bonum esse censebat nisi prima naturæ, hoc est sanitatẽ/robur/pulchritudinem, & alia id genus. Indolentia

¶Dinomachus & Calipho voluptatem cum honestate dixerunt summum bonum.

¶Diodorus indolentiam honestati copulauit. Alij in gloria, alij in diuitijs, alij in potentia summũ bonũ/ipsamq; fœlicitatẽ collocauerũt, quidam in ocio/non pauci in vita rusticana.

¶Academici vero/id est platonici, et peripatetici. i. aristotelici q philoso

Tria genera bonorum

phorū haud dubie nobiliſſimi ſunt, tria genera bonorū eſſe tradiderunt, ex quibus fœlicitas perficereť. Prima animi bona, vt virtutes. Secunda corporis, vt valitudinem & pulchritudinē. Tertia, externa quæ fortunæ aſcribuntur, vt diuitias & honores.

¶Nunc videamus ex his quid ſit verius, nobiliora fauorabilioraq; haud quaq; ſomniculoſe penſitantes trutinantes ve.

Fœlicitaſ donū deorum.

¶Eccleſiaſtici doctores ſummū bonū eſſe dixerūt vitam æternā, ſummū malum mortē ęternā. Sed nos in p̄ſentia de humana fœlicitate diſſeramus, quæ vt inquit Ariſtoteles donū eſt deorū, ad quā cūcti mortales peruenire diſcutiūt, q̄uis diuerſo tramite procedāt. Et q̄uis variæ diſſidenteſq; ſentē/tiæ ſint, tamē oēs in diligendo boni/ſine, hoc eſt fœlicitate cōſentiunt.

¶An voluptas ſit ſumma fœlicitas.

Voluptas Ariſtippi.

¶Ariſtippus (vt hinc exordiamur) cōditor ſectę cyrenaicæ voluptatē ſtatuit eſſe ſummū bonū. Et ita voluptate metiť ipſam fœlicitatē, in hāc ſnīam agminatim pedibus eunt docti pariter et indocti. Etem̄ mortales eo cōcurrūt, vt inquit veriſſime Seneca, vbi audiāt laudare voluptatē, nec fortaſſis immerito. Nā ſi teſte Ariſtotele id bonū eſt quod omnia appetunt. Omnia autē appetunt voluptatē, effici videtur/vt voluptas ſit id bonū.

¶Eudoxus quoq; philoſophus/aſtrologiæq; cōſultiſſimus, ac Platonis oppido q̄familiaris, de quo Lucanus.

Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.

Sentētia Eudoxi de voluptate.

¶Voluptatē ex eo ſummū bonū eſſe putabat, quia cernebat rationalia irrationaliaq; vniuerſa voluptatē affectare. Huiꝰ aūt rōnes ꝓbabiles videbanť ob ipſius hoīs modeſtiā ac probitatē. Nō em̄ vt voluptatis amicus voluptatē aſſerere credebať. Sed quia res vera ita ſe haberet. Nec minꝰ manifeſtum hoc eſſe ex cōtrario cenſebat. Etem̄ quū cōtrariorū cōtraria ſint conſequētia, Sicut dolor eſt inquit per ſe oībus fugiendus tanq; ſummū malum, ita voluptas omnibꝰ erit expetenda tanq; ſummū bonum.

Contrariorū cōtraria conſequentia.

Epicurus voluptarius.

¶Hæc oīa manarūt ex ſchola Epicuri philoſophi voluptariį, qui in voluptate ſummū bonū fœlicitatēq; cōſtituebat. Habet hæc ſecta ſectatores pene infinitos. Quorū (vt inquit Apoſtolus) deus venter eſt, & quæ ſub ventre ſunt. Hinc Philoxenus ſummū bonum collocās in voluptate guſtatus, γερᾶρου λαρυγγᾶ ἐὔχετο ἔχειν, id eſt optabat ſibi dari gruis collum, vt videlicet diutius illa voluptate bibēdi edendiq; frueretur.

Dictum Philóxeni.

¶Hinc Sardanapalus aſſyriorū rex gulæ & ventri deditiſſimus, natuſq; belluationi, ſcripſit in epitaphio ſe illa tm̄ habere quæ ediſſet, et quæ per libidinem expletam percepiſſet. Verba eius hæc ſunt inſcripta monumento.

Epitaphium Sardanapali

Ede bibe lude, & quū te mortalē noris præſentibus exple
Delitiįs animum, poſt mortem nulla voluptas.
Namq; ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hauſit, at illa manent multa & præclara relicta.
Hoc ſapiens vitæ mortalibus eſt documentum.

Xerxes.

¶Hinc Xerxes ille maximus Perſarum rex repertori nouæ voluptatis conſtituit præmium.

Officiū a voluptatibus.

¶Claudiꝰ Tiberius Nero tertius cæſarū nouū inſtituit officiū, qđ a vo/

luptatibus dicebatur, qui ꝓpter nimiã vini auiditatẽ pro Tiberio biberius, Biberius pro Claudio caldius, pro Nerone mero vocitabat, qui noctem/continuũq; biduum epulando bibendoq; consumpsit.

¶ Quid memorem ingluuiem vitellianam? Heliogabali & Galeni imperatorum/multorũq; aliorum asociam & luxum, qui omnes mancipati fuerunt abdomini, vtpote helluones & gulones maximi, quales græco vocabulo Asoti nuncupantur, de quibus Marcus Tullius libro secundo de fini bus, Nolim mihi fingere asotos qui in mensam vomant. Idem ait asotos esse de patella. Asoti qui

¶ Quid multa? inuentæ sunt ciuitates & populi vniuersi, qui voluptatem hanc veluti summũ bonum amplexarẽtur, quales fuere Milesij/Sibaritæ/& Tarentini.

¶ Olim Milesij luxu diffluentes eiecerunt e ciuitate Hermodorũ virum clarissimũ, quia frugalitatis & modestiæ erat amator. Dixerũt enim, nemo apud nos frugi sit, nemo vnus excellat. Apud græcos & maxime apud Aristophonem in pluto vulgatũ est prouerbiũ de Milesijs, πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκαι μιὸ μιλησιοι. Olim fortes fuere milesij, tanq; luxuria & nequitia omne robur virilitatis perdidissent. Nemo apud Milesios frugi.

¶ Sibaritæ vero in Italia, quibus vt indicat Quintilianus, in tertio odio erat frugalitas, adeo delicijs & luxuria intemperãtes diffluebant, voluptatem veluti deum amplexãtes, vt intra dies septuaginta a Chrotoniatis deleti sint. Refert Helius lampridius Sibaritas eo anno quo perierunt repertse obsonium ganeatũ ex oleo & garo, quem Sibariticũ missum appellant, quo cum primis delectatus est Heliogabalus. Sibaritis frugalitas odiosa. Sibariticus missus.

¶ Tarẽtini (vt nomẽ ipsum indicat) molles delicatiq; supra cunctos mortales fuerũt, Nãq; tarentũ sabinorũ lingua molle significat, vt docet Macrobius in tertio saturnaliũ, vnde tarẽtinos dici putat. M. Varro, quã in sententiam ire videri potest Horatius/quũ ait, Et molle tarentum.

¶ Non me præterit Etymon nominis tarentinorũ aliud deduci apud scriptores idoneos. Apud tarentinos autem deliciæ & voluptates illicibiles in tantum inualuerunt propter fortunas nimium secundas, vt plures ludos festaq; celebritates, q; reliquos anni dies agerent, vt auctor est Strabo. Præterea sicuti tradit Plutarchus, balneis/conuiuijs/gymnasijs tarentini indulgebant, potum & lasciuias, & id genus genialia immodice percolentes, ex quo fluxit illud satyrici Poetæ, Atq; coronatum & petulans madidumq; tarentum. Poeta.

¶ Possem infinita prope congerere de vita voluptaria, hominibusq; voluptarijs qui hoc fine voluptatem metiuntur, sed occurrendum est aurium satietati. Verum quod citra fastidium sit/solẽt philosophi, qui voluptatem per seipsam tanq; summum bonum putant appetendam verbis pingere tabulam quandam, in qua voluptas in sella regali/quasi quædam regina consideat, eiq; virtutes veluti famulæ subijciantur obseruãtes eius nutum vt faciãt quicquid illa imperauerit. Voluptas in solio & regina.

¶ Illud quoq; adde/ꝙ voluptates multæ sunt & multifariæ, aliæ honestæ/aliæ turpes. Alia ẽ voluptas equi/alia canis/alia asini/alia hominis. Vnde illud Heracliti, ὄνους σύρμασ' ἀμείβεσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν, ἡδίον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὀνοισ, id est asinos magis stramina optare q; aurum. Dulcius est enim alimentum asinis q; aurum. Multijugæ voluptates Dictum Heracliti.

Voluptatem nõ esse summũ bonum.

Aliud in homine bonũ & in pecore

Sed profecto non videtur esse conueniens atq; decorum, vt summum in homine bonum idem sit quod est in pecore & in brutis animãtibus. Ad maiora enim genuit nos natura, vt inquit orator arpinas, vt auctor est Seneca in quæstionibus. Ob aliud profecto nati sumus & vt cibum potumq; percolamus. Aristoteles in. vij. Ethicorum hinc probat voluptatem non esse summũ bonum, quoniam inquit, Voluptates impediunt prudentiam. Et quanto maiores sunt/tanto magis obnubilant, quod in aphrodisijs/id est in rebus venereis patet. Nemo em dum veneri operatur/perspicere mente quicq; potest. Plato quoq; deus ille philosophorum ex hoc ostendit voluptatem non esse summũ bonorum, quoniam addito inquit alio bono/fit expetibilior & si sola sit. Summum autem bonum nullo additamento cumulari potest. Id enim est summũ cui nihil adijci potest, quod absolutum et ex omni parte cõsummatum est. Præterea summũ bonũ nunc̃ in malum verti videtur posse, atqui sæpe ex voluptate mala proueniunt/& mœrores subsequentur. Vt enim græco vocabulo testatum est, ἡδονη ἀδελφη ἐστιν λύπη, hoc est voluptati soror est tristicies. Ex quo exijt illud Plautinum in amphitrione. Ita dijs placitum, voluptati vt mœror comes subsequatur.

Plato deus philosophorum.

Voluptati soror tristicia.

Quædam sunt voluptates quas ob turpitudinem occultamus, quod autem summũ bonum est/id occultari non debet, & si sollerter pensitaueri/mus, non potest voluptas ventris & coitus esse summa fœlicitas, quum sæpe sit causa ęgritudinum. Morbi enim, vt inquit diuus Hieronymus, aduersus Iouinianum saturitate nimia concitantur, & multi quod turpiter ingesserunt/ turpius egerunt. Hippocrates quoq; maximus medicorum docet crassa & obesa corpora in paralysim & pessima morborum genera erumpere, nisi cita missione sanguinis minuantur. Vnde & athletæ quorum vita et ars sagina est, vt inquit Galenus doctissimus Hippocratis interpres, diu viuere non possunt, nec diutina perfrui valitudine, quorũ mentes adipibus inuolutæ/nihil sublime/nihil tenue possunt cogitare. Nam vt Hieronymus ait, Pinguis venter non gignit sensum tenuem.

Morbi ex saturitate.

Hippocrates maximº medicorum

Galenus pinguis ventr nõ gignit sensũ tenuem

Seneca in de gulatores

Anneus Seneca sæueriſſimus vitiorum castigator perorans in voluptatem gulonum sic scripsit prope diuinitus. Inde inquit pallor est & neruorum vino madentium tremor, & miserabillor ex cruditatibus & fame macies. Inde incerti labentium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate tituba

Mala ex ingluuie.

tio, inde intra cutem humor admissus/distentusq; venter, dum male assuescit plus capere & poterat. Inde suffusio luridæ bilis & decolor vultus, tabesq; in se putrescentium, & retorti digiti articulis obrigescentibus, neruorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio corporum sine intermissione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? quot oculorum & aurium

Verminationes cerebri

tormenta/& cerebri æstuantis verminationes? & omnia per quæ exonerarmur internis vlceribus affecta. Innumerabilia præterea febrium genera/aliarum impetu subeuntium, aliarum tenui peste repentium, aliarum horrore & multa membrorũ quassatione veniẽtium. Quid alios referam innumerabiles morbos supplicia luxuriæ? hæc doctissimi et perinde sanctissimi viri verba, quem nõ ex helluonibus istis rubore suffundant, quem nõ reuocent a voluptate pestifera, quæ tot malorum mater est/atq; fomentũ,

¶ Critolaus peripateticus malū esse voluptatē ait, & multa alia mala pa/ Critolaus
rere ex sese, videlicet iniurias/ desidias/ obliuiões/ ignauias.
¶ Antisthenes socraticus philosophus dixit voluptatē esse summū malū.
Eius nāq; hoc verbū est, μαργειην μαλλον η ηδονην, id est insanirem Horatius
potius q̄ oblectarer. In morsum voluptuosoꝝ dixit Horatius. Sperne vo/ Silius
luptates nocet empta dolore voluptas. Apud Silīū in. xv. punicoꝝ. Virtus
voluptatē incessit Cōuitio hoc obiurgatorio & graui.

Quippe nec ira deū tantū nec tela nec hostes,
Quantū sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circū te semp volitās infamia pēnis.

¶ Aristoteles in. iij. Ethicoꝝ voluptates/ gustus & tact⁹ ait esse beluinas. Aristoteles
¶ Hippocrates ꝓdidit τηρσηρουσιαν ειναι μικραν επιληψιαν, id est Hippocrates
coitū esse leuē morbū comitialē. Coitus leuis
¶ Democritus venerē dānauit, in qua homo exiliret ex hoīe. epilepsia
¶ Græci eos q̄ duabus his pecuinijs voluptatib⁹ sese totos dediderūt, ap/
pellāt vocabulis ꝓbrosis, ακολαστους και ακρατεις, latine intēperantes
& incōtinētes dicere possumus.
¶ Socrates fons philosophoꝝ dicebat multos hoīes ꝓpterea velle viuere, Scitū
vt ederēt & biberēt, se bibere atq; esse vt viueret. Socrates
¶ In Decretis canonicis distinctione vltima de cōsecratiōe legimus quos/
dam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes proscriptione
bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos conualuisse.
Abundantia enim epularum, vt inquit verissime Ioannes Chrysostomus Ioānes Chri
morbū facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat, & putrescere fa/ sostomus.
cit corpus humanū.

¶ An gloria sit summum fœlicitatis.

¶ Quanto honestior videri debet sententia illorum, qui summum bonum
fœlicitatemq; in honore & gloria collocauerunt. Videtur ferme hæc fuisse
summa boni in summis imperatoribus Rhomanorum/ græcorum/ barba/
rorumq;. Qui voluptates omnes contempserunt. Qui dies noctesq; in la/
boribus militaribus exanclauerunt, qui vigilarunt/ sudarunt/ alserunt ob
hoc solum vt glorioſi viuerent/ glorioſiores morerentur, de quibus illud est
poetæ satyrici. Ad hæc se Rhomanus, grauiusq; & barbarus induperator. Iuuenalis
Erexit causas discriminis atq; laboris inde habuit, tanto maior fame sitis
est q̄ virtutis,
¶ In Rhomāoꝝ laudē dixit Salustius. Laudis auidi/ pecuniæ liberales erāt Salustius
gloriā ingentē, diuitias honestas volebāt.
¶ Hāc gloriā vt inqt elegāter diuus Augustinus ardētissime dilexerūt, ꝓ/ Augustinus
pter hāc viuere voluerūt, ꝓpter hāc & mori nō dubitauerūt. Cæteras cupi/
ditates huius vnius cupiditate pressērūt.
¶ Hæc gloria veluti finis fœlicitatis Fabios, Marcellos, Aphricanos, Cæ/
sares incitauit/ inflāmauit/ extimulauit ad res magnas forti aīo capessen/ Flaccus
das. De hac cecinit Valerius Flaccus.

Tu sola animos mentēq; peruris gloria.

¶ Hāc Silius Italicus facē honestæ mētis appellat, quū ait, Silius
Abripuit traxitq; virꝝ fax mētis honestæ Gloria. Horatius

¶De hac Horatius sic meminit in sermonibus.

Sed fulgẽte trahit cõstrictos gloria curru.
Nõ minus ignotos generosis.

Milciadis trophea calcar Themistoclis

¶De Themistocle atheniẽsi scribũt historici, ꝙ noctu ambulabat in publico ꝙ somnũ oculis capere nõ posset, quærẽtibusq; huiusce vigiliæ causã respõdebat milciadis tropheis & gloria se ex somno suscitari.

Hic est Demosthenes.

¶Demosthenes oratorẽ apud græcos clarissimus valde lætatus est glorioso susurro, quando anus attica aquam ferens, ita alteri insusurrauit, hic est ille Demosthenes. Græce dulcius effert, ουτοσ εστι δημοσθενησ. Nec immerito. Mortales em̃ ad laudem & gloriam geniti sunt. Et vt inqt verissime Silius.

Ad laudes gentiũ capiat si munera diuũ.
Fœlix ad laudes hominũ genus.

Trahimur oẽs gloria

¶Marcus Tullius ait principes gloria esse alẽdos, tanq; id sit pabulũ suauissimũ, & vt idẽ alio loco inqt, trahimur oẽs laudis studio. Et optimus q̃sq; maxime gloria ducit. Nullã ꝓfecto virtus aliã mercedẽ laborẽ periculorũq; desiderat, præter hãc laudis & gloriæ.

Sitior glïæ Alexãder.

¶Alexãdri q ex rebus gestis nomen magni sibi inuenit, pectus insatiabile laudis fuit, q plus ꝙ par sit sitior gloriæ, Anaxagora referẽte innũerabiles esse mũdos ex auctoritate Democriti præceptoris, Heu me miserẽ inquit, q ne vno qdẽ mũdo sum potitus. Hinc exijt illud.

Vnus pelleo iuueni nõ sufficit orbis.

Orbis Alexandro angustus est.

¶Hinc controuersia illa est apud Senecam famigerata. Alexãder orbi terrarẽ magnus est. Orbis Alexandro angustus est. Idem quum in phrygia ad Achillis tumulum astitisset. O fortunate inquit adolescens, qui tuæ virtutis præconem Homerũ inueneras, quod apud Siliũ versibus modulatis sic expressum est.

Fœlix eacida. Cui tali cõtigit ore
Gẽtibus ostẽdi. Creuit tua carmine virtus.

Lachrymæ Cæsaris.

¶Cæsar quũ apud Herculis templũ in Hispania res gestas ab Alexãdro vt inqt Plutarchus, cõtemplaret in pictura, ingemuit lachrymauitq; veluti ignauiã suã ꝓtæsus, ꝙ nihil tũ memorabile a se actũ esset in ea ætate qua iã Alexãder orbẽ terrarũ subegisset.

Hannibal

¶Hannibal pœnorũ ille inclytissimus imperator apud Silium alloquens, milites in pugna canẽsi mercedem laborum suorũ solam gloriam esse vult. Sic em̃ inquit.

Bellãdi merces gloria.

Mihi magna satis sat vera superq;
Bellãdi merces sit gloria, cætera vobis
Vincantur.

¶Quid multa? non solum magni in re militari duces, & egregij in administratione reipublicæ ciues gloriam inhiant & amplexãtur, sed etiam scriptores ferme omnes hanc gloriam veluti præmium vberrimum suarum lucubrationum spectare videntur, illi quoq; philosophi qui libros scripserũt de gloria cõtemnenda, sua nomina in titulo inscripserũt, & in liminari pagina lectitari voluerũt. Quid nonne & opifices ipsi gloria ducti nobilitari volũt? Nãq; Phidias ille inter statuarios artifex nunq; satis pro meritis

Vafricia Phidiæ.

laudatus, quũ fecisset simulacrũ mineruæ incomparabile, nec ei liceret in-

scribere vt moris est nomẽ suũ, inclusit in clypeo suam ipsius effigiem, qua cõuulsa/tota operis colligatio & structura soluebatur. Pli. li. xxxvj.

¶ Sauros quoq; & Batrachos sua impensa construxisse produntur templa octauiæ porticibus incluſa, inscriptionem sperantes, qua negata hoc tamen alio modo vsurparunt. In columnarũ enim epistylijs insculpserunt ranam atq; lacertam tanq; nominũ eorum argumẽta. Sauros enim græce lacerta/& batrochos rana significatur.

¶ Libet & mihi vt de me nõ nihil transeũter attingã vsurpare illud Horatianũ. Gaudeo, ꝙ spectant oculi me mille loquentẽ.

¶ Hoc vnum etiam adijciam ꝙ tanta gloriæ cupiditas est insita mentibus mortalium, vt quidam sceleribus innotescere voluerint, quia virtutibus nequibãt, inter quos haud dubie numeratur Herostratus, de quo Gellius, Valerius, Solinus in polyhistore, & cæteri omnes nõ pauca pscribunt. Hic enim Dianæ ephesiæ templũ incendit, quod opus pulcherrime & magnifice inter septem spectacula mundi meruit annumerari, vt videlicet consumpto opere pulcherrimo, nomen suum per totum orbem diffunderetur. Ephesij publico decreto sanxerũt, vt hic esset illaudatus innominatusq;, sed frustra. In hodiernum enim nominat, in hodiernum est famigeratus quod solum cupiebat. Exemplum Herostrati.

¶ Et quod Liuius dixit de Manlio Capitolino, ꝙ famæ magnæ malebat esse q̃ bonæ. Hoc idem de Herostrato dicẽdũ, qui hoc solum curauit etiam nefanda patrando, ne vita sui obliuiscereturꝰ Famæ magnæ magis q̃ bonæ

¶ Gloriam nõ videri finem fœlicitatis.

¶ Verum hæc gloria non videtur esse finis ille fœlicitatis quẽ quærimus, quum sit res caduca/& intra breue sæculum flaccescat, quum aliunde pendeat, quod de summo bono credi nefas est. Magis enim in laudantibus q̃ in laudato constitit gloria, quæ nihil aliud est q̃ opinio de aliena virtute bene sentientium. Huc adde ꝙ philosophi & cum primis diuus Augustinus amorem laudis & gloriæ feruentissimum vitium esse dixerunt. Hinc illud Horatianum. Gloria quid

Laudis amore tumes. ¶ Hinc illa Persiana mordacitas. Persius.

¶ Egregium quũ me vicina dicat nõ credam. Et illud, Sed recti finemq; extremũq; esse recuso. Euge tuum & belle.

¶ Exclamat tragicus poeta. O doxa doxa, o gloria gloria, quid aliud es q̃ aurium inflatio magna? Gloria inflatio aurium

¶ Democritus abderites philosophus lætatus est/ꝙ athenis multos annos vixerit ignotus illi vrbi. Veni inquit athenas & nemo me nouit. Democritus Nemo me nouit.

¶ Anneus Seneca decenter ait. Qui vixit notus omnibus/ignotus moritur sibi. Et ab Horatio luculenter dictum est.

Nec vixit male qui natus morienſq; fefellit.

¶ An in potentia sit collocanda fœlicitas.

¶ Quidam summũ bonum in summa potentia constituũt, hi vel regnare ipsi volunt, vel adhærere regnantibus iudicant esse fœliciſſimũ/pulcherrimumq;. Et profecto regnũ res est, vt ait Liuius, inter deos hominesq; pulcherrima. Reges sunt dij terreni, quod etiam historico exemplo comproba tur. Nãq; Anatgaricus gothorum rex cõstantinopolim ad Theodosiũ im/ Dictũ Anatarici.

peratorem poſt ictum fœdus inuiſendi cauſa venit, a quo comiter & hoſpi taliter acceptus eſt, & quum vrbem introñſſet/quūq; ædificia ciuitatis pul cherrimę atq; frequentiā populi cōtemplareť, quūq; deinceps imperatoris regiā ingreſſus obſequia/obſequiaq; diuerſa conſpiceret, ſine dubio inquit Deus terrenus eſt imperator. ¶In libro Eſdræ ſcriptū legimus. Si dixerit rex exterminate/exterminăt, plantate/plantant, cuncta obediunt regiæ ma ieſtati. Dicere ſolebat Iulius cęſar. Si violandū eſt ius/regni cauſa violandū eſt. Idem quū in alpibus oppidulū oppido puſillū præteriret, amicis quærē/ tibus/an etiam illic ſeditiones aliquæ de principatu forent, μαλλον αν

Malo hic eē ꝑm° q̄ rho mæ ſecūd°.

ἐφη ἐβουλομην προτοσ ἐν ταυθα εἰναι η δευτεροσ ἐν ρωμῃ. Mal/ lem inquit hic eſſe primus q̄ Rhomę ſecūdus. Hinc illud Papinñ ſtatñ. Sed ſummo dulcius vnū ſtare loco. ¶Polynices quoq; apud Senecam ait. Pro regno velim/patriam penates cōiugem flammis dare.

¶Potentiam nō eſſe ſummū bonum.

¶Cæterū multa ſunt quæ documento ſunt ſolidam fœlicitatē nō eſſe in potētatu & regno collocatā, et illud imprimis quod ſcribit Dion pruſenſis Regnū eſſe rem arduā/laborioſam/plenā curarū/plenam negocioꝝ, quæ in cōmoda principes ipſos ſæpe ꝓturbant.

Terror im/ pendet

¶Prętęrea verſus eſt antiquus ꝓuerbiñ vice inuulgatus vſurpatuſq;. Ne ceſſe eſt multos timeat, quē multi timent.

¶Recepto autē ſemel hoc metu nō pōt eſſe firma ac incōcuſſa fœlicitas. Semꝑ aūt vt inquiūt philoſophi aliquis error impendet, ex quo colligiť bea titudinē hanc quā quærimus/in regno reperiri nō poſſe, vtpote refertiſſimo terrorū atq; formidinū, a Seneca nō min° vere q̄ venuſte ſcriptū eſt. Simul iſta poſuit cōditor mundi deus, odium atq; regnū.

Nobilē ma/ gis q̄ fœlicē pannum.

¶His aſtipulatur ſcitum illud regis illius quem ferunt traditum ſibi dia dema, priuſq; capiti id imponeret retentum diu cōſideraſſe ac dixiſſe, O no bilem magis q̄ fœlicem pannum, quem ſiquis penitus cognoſcat/q̄ multis ſollicitudinibus & periculis/& miſeriꝭ refertus ſit, ne humi quidem iacen/ tem tollere vellet.

Exemplum Damoclis et Dionyſiñ.

¶Notiſſimum memoratiſſimūq; eſt exemplū Damoclis atq; Dionyſiñ. Nam quū Damocles cōmemoraret in ſermone copias & opes, ac maieſta/ tem Dionyſiñ ſyracuſani, negaretq; vnq; beatiorem extitiſſe. Vis ne inquit Dionyſius o Damocle, quoniam te hæc mea vita delectat, ipſe eadem de/ guſtare & fortunam experiri meam? Quum ſe ille cupere dixiſſet, collocari iuſſit hominē in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo, abacos cō/ plurimos ſtrauit argēteis aureiſq; celatis vaſis, tum ad menſam eximia for ma pueros iuſſit conſiſtere, eoſq; ad nutum illius intuentis diligenter mini/ ſtrare. Incendebantur odores menſæ conquiſitiſſimis epulis extruebantur. Aderant vnguenta/coronæ/delitiarum omne genus. Fortunatus ſibi Da/

Gladius e la cunari de/ miſſus.

mocles videbatur in hoc tam beato apparatu gladium fulgentem e lacuna ri, ſeta equina appēſum dimitti iuſſit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Quūq; ille Dionyſiacas copias imminentis mortis periculo aſpernaretur, iamq; beatus amplius eſſe nollet. Talis eſt inquit Dionyſius vita quā bea/ tam putabas, ſic ſemper nobis mortem imminentē videmus. Exiſtimate er go quomodo fœlix ille eſſe poterit/qui ſemper timere cōpellitur, cuiq; Tan/

Tātali ſaxū

tali ſaxum, vt dicitur, ſemꝑ impendet.

¶Imperiū res est inuidiosissima, vt inqt Vopiscus. Meritoq; ait Sidonius Apollinaris. Nō assentior his/q sūmā beatitudinē existimāt sūmā potestatē. Nā sicut hoībus reges, ita regibus desideria dominādi dominant. Hinc inuēti cōplures, q vitā priuatā ociosamq; regno anteponerēt.

¶Seneca Me mea tellus lare secreto tutoq; tegat.

¶Catullus O qd solutis est beatius curis.

¶Horatius Nec ocia diuitijs arabū liberrima muto.

Fœlicias in ocio

¶Aristo. in ethi. inqt, videt fœlicitas esse in ocio. Negociamur vt ociemur.

Exemplū Cyneæ & Pyrrhi

¶Nō ab re fuerit hoc potissimū loco exēplū de Pyrrho & Cynea pulcherrimū recēsere. Cyneas em facūdia memoriaq; præpollēs, Pyrrhū ad Italiā ppēsum cernēs. Sic illū aliquādo ociosum affatus est. Egregij bello o Pyrrhe Rhomani esse dicunt, ꝙ si eos supare dij dederint qd tūc agemus? Ad hæc Pyrrhus. Nulla inqt nobis neq; barbara neq; græca ciuitas resistere poterit Rhomanis supatis, sed statim totius Italiæ impio potiemur, parūper cōmoratus Cyneas, quū Italiā ait cepimus quid tūc agemus? Et Pyrrhus pxima inqt est insula Sicilia opima & opulēta, quæ captu facilis erit. Recte inquis dicit Cyneas, sed an finis militię nobis erit cœpisse Siciliam? Deus modo iusit? victoriā præstet. Nā his veluti præludijs vtemur ad res maximas cōficiēdas. Quis em Aphrica abstineat & Carthagine, qua subacta nullus nobis resistit orbis. Ita est inqt Cyneas. Sed victis omnibus & subactis quid faciemus tādem? Et Pyrrhus subridēs, ociabimur inqt, & quotidiana festiuitate lætitiaq; pfruemur. Tūc Cyneas, quid vetat o rex inquit quo minus nūc ista lætitia & festiuitate & ocio pfruamur? Suppetit quippe nobis sine labore facultas istaꝝ rerꝝ omniū ad quas p sanguinē & pericula & ærūnas peruēturi sumus. Verissima erāt quæ dicebant a Cynea, sed Pyrrhū nequaq; ab incepto retraxerūt, Iamiā regno italico inhiantē & spes immodicas anhelantē.

Ociabimur

¶Nō pauci extiterūt, qui ocium & vitæ rusticæ simplicitate fortunatū esse censuerūt. In eaq; verā fœlicitatē collocauerūt, haud dubiæ vitam rusticā vrbanæ anteponētes. Hinc ait Maro. O fortunatos nimiū sua si bona norint Agricolas. Et Horatius. Rure viuentē beatū esse autumat, q alio quoq; loco sic cecinit.

Laus vitæ rusticæ

Beatus ille qui ꝓcul negocijs
Vt prisca gens mortaliū
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fœnore,

¶Delphicū oraculū Aglaū dixit esse fœliciſſimum, qui in angustissimo archadiæ angulo paruū, sed annuis victibus large sufficiens prædiū colebat, nunq; ex eo egressus, & ita minima cupidine, minimū in vita mali exptus. Et ꝓfecto vt ait idē Horatius.

Aglaus' nunq; egressus agellū

Viuere naturæ si cōueniēter oportet
Vidisti ne locū potiorē rure beato?

¶Natura em vt inquit Mar. Varro dedit agros, ars humana ædificauit vrbes. Rusticatio autem ab exiguis profecta primordijs/ad summum culmen puenit. Hinc apud antiquos græcos illustrissimus quisq; pastor erat, ex quo alios græco vocabulo, polyarnas, alios polymelas, alios polybutas vocitarunt, a multitudine videlicet agnorum/ouiūm ac boum. Rhomani quū virū bonum laudabāt, eum bonā agricolam, bonūq; colonū appellita-

Polyarnas
Polymeles
Polybutæ

bāt. Ampliſſime ēm laudari exiſtimabaṫ/q ita laudabaṫ.

Triūphales aratores

¶ In tanto denicꝫ honore apud priſcos fuit agricolatio, vt impatores Rhomanos non puduerit manibus triumphalibus agros colere, ſemina tractare, arbuſta diſponere. Præterea nobiliſſimarum familiarum non aliunde cognomēta ſunt cꝫ a rebus ruſticanis. Nam Fabij/ Lentuli/ Cicerones a leguminibus, quæ quiſcꝫ optime ſerebat/cognominati ſunt. Piſones a pinſendo dicti. Multa quocꝫ nomina habemus veterum Rhomanorum, partim a maiore, partim a minore pecore deducta. Hinc enim iunios/ bubulcos/ſtatilios/tauros/pomponios vitulos cognominauerunt. Hinc portij Catones & annij capræ nominantur. Quinetiam Italiam nuncupationem traxiſſe a vitulis, quos græci antiqui italos vocabant/nemo non nouit. Hinc locupletes appellati loci hoc eſt agri pleni, & ipſa pecunia/ipſumcꝫ peculium a pecore nomen ſortiuntur. Infinita prope dici poſſent de vitæ ruſticæ bonis ac fœlicitate/ſed meipſum cohibeo, quum in illo orationum noſtrarum extet oratio continens laudationem ruſticationis vberrimam. Illud diſſimulanter præterire non poſſum, quod Diocletianus imperator imperio depoſito contulit ſe in ocium rei ruſticæ quietiſſimum, illicꝫ beatiſſime conſenuit, & Attalus rex omiſſa regni adminiſtratione hortos fodere cœpit & villicari. De agricultura nō minus honorata cꝫ frugifera reges duceſcꝫ ampliſſimi ſcriptitauerūt.

Italia a vitulis

Pecunia a pecore.

Diocletianus depoſuit impiū rei ruſticæ vacās

¶ Siquidem Hieronymus Attalus & Archelaus reges, Xenephō & Mago duces volumina de re ruſtica condiderunt. Præterea innumeri tam græci cꝫ latini conditores negocium iſtud ſtilo illuſtrauerūt. Sed eorum qui extant Marcus portius Cato omnium bonarꝫ artium magiſter optimus, ac ſine æmulo agricola librum compoſuit, præcepta colendi agrum continentem, poſt Catonem Terentius Varro, qui a Terētiano vir doctiſſimus vndecuncꝫ dictus eſt, annum iam vitæ octogeſimumprimum agens rem ruſticam expoliuit. Plinius noſter quo nihil doctius/compoſita breuitate venuſtauit. Palladius decentiſſimo ordine diſtinxit. Columella autem tancꝫ ruſticationis parēs totum diſciplinæ ruſticæ corpus luculētis voluminibus complexus eſt. Vergilius vero carmine Georgico rem ruſticam potentem fecit/reddiditcꝫ illuſtriorem. Et nos hoc anno duos hos inclytiſſimos rerꝫ ruſticarum ſcriptores publico auditorio ꝓfitebimur, id maxime curantes vt nō minus frugifera ſit cꝫ voluptifica noſtra ꝓfectio. Sed iam ad reliqua ꝓpoſita ꝑgamus.

Portius Cato
Terētius Varro
Plinius.
Palladius.
Columella
Vergilius

¶ An diuitiæ ſint finis bonorꝫ

¶ Quidā, immo pene omnes autumāt ſummū eſſe diuitias, & ſolū diuitē eſſe beatū, ſimul cōcinnētes illud Horatianū.

O ciues ciues quærēda pecunia primū
Virtus poſt numos.
Nec minus illud ex ſermonibus.

¶ Omnis ēm res/virtus/fama/decus/diuina/hūanacꝫ pulchris.
Diuitijs pārēt, quas q cōſtruxerit ille
Clarus erit/fortis/iuſtus/ſapiēs/etiā rex, & qcqd volet.

¶ Horatianæ ſentētiæ aſtipulaṫ Petronius arbiter, quū ait.

Quiſquis habet numos ſecura nauiget aura,

Fortunāq; ſuo tēperat arbitrio. Et mox paulo Petronius arbiter.
Multa loquor qd vis numis præſentibus opta
Eueniet, clauſum poſſidet arca Iouē.

¶Hinc iuriſcōſultus ti. de verborū ſignificatione refert bona dici diuitias ab eo q̄ beēt, id eſt beatos efficiāt. Ait, M. Tullius diuitias eſſe effectrices rerū magnarū & cū primis voluptatū. Pecuniæ nerui ſunt bellorū, auri pſuaſio eſt regū. Huic metallo (vt ingt veriſſime Apuleius) difficultates omnes ſunt puiæ, & auro adamātinæ fores pſtringunt. Dictitare ſolebat Verres nihil eſſe tā ſanctū quod nō violari, nihil tā munitū quod nō expugnari pecunia poſſit. ¶Auri, vt ingt Horatius,

Bona q̄ beent
Pecuniæ nerui rerū
Dictum Verris

Per medios ire ſatellites, & prūpere amat
Saxa potētius ictu fulmineo.

¶Philippus Macedonum rex omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modo aſellus honuſtus auro poſſet aſcēdere. Ideo impatores boni qđ tormētis & machinis expugnare nō poſſunt vincūt auro, ſicut Philippus vrbiū portas diffindebat.

Scitū Philippi

¶Quū in præſentia mauors fulminet & telū ſuū cōcutiat, nō nihil velut in trāſcurſu de re bellica interſeremus.

Mauors fulminat

¶Plurimum in bello pollere creduntur militum copia & virtus, ingenia imperatorum, fortuna per omnia humana maxime in res bellicas potens. Qui vero pecunias bellorum neruos eſſe dixerunt, oracula certiora dixiſſe videntur. Archidamus lacon ſocijs percunctantibus quantum ſatis foret pecuniarum ad belli adminiſtrationem reſpondit οπολεμοσ ουτε ταγμεραζητει, hoc eſt bellum ordinata non quærit. Exiſtimat. M. Tullius in ſummo imperatore quattuor has res ineſſe oportere. Scientiam rei militaris/virtutem/auctoritatem/fœlicitatem. Non pauci addūt quintam veluti potentiſſimam auri copiam affluentiorem, ſine quo reliqua manca & mutila eſſe exiſtimantur, ſine quo præclara non facile geri poſſunt. Nam q̄ officium boni imperatoris eſt, vt quod viribus efficere non poteſt, id auro efficiat, interdum aſtu calliditateq; conficiat, imiteturq; Lyſandrum qui cenſebat vulpis pellem aſſuendam eſſe, quo leonis non aſſequeretur qui diſſebat pueros talis eſſe decipiēdos/viros autem iureiurando. Sed in arcanis ſit & αποῤῥητοισ quod facturus eſt imperator. Vnde præceptū militare tradit a Vegetio. Quid fieri debet tractato cum multis, quid vero facturus ſis cum pauciſſimis/vel potius ipſe tecū. Hinc laudatus ille Metellus, qui interroganti quid facturus foret reſpōdit. Si veſtem hanc mei conſilij cōſciā eſſe crederem/eam flammis deurerē. Hinc inter ſigna Rhomana erat minotaurus, vt quēadmodū ille in intimo labyrintho additus erat, ita ducis cōſilium ſemper debere eſſe ſecretum. Dicere ſolebat Paulus Aemilius, bonū impatorē nunq̄ ſignis collatis decertare oportere niſi ſumma neceſſitudo aut ſumma ei occaſio data eſſet. Militaris ſine duce turba corpus eſſe credit ſine ſpiritu, pluſq; pollet interdū bonus impator q̄ numeroſus exercitus. Hinc quum Scipio Aemilianus numātinos vertiſſet in fugam, illiq; grauiter indignarentur, quærētes quid Rhomanos fugiſſent quos prius totiēs fugauiſſent. Tunc numantiū quempiam dixiſſe ferunt ωσπα προβατ ατ ακαι μυεστιν οδε ποιμηναλλοσ, hoc eſt oues quidem & nunc eaſdem eſſe/ſed paſtorem alium. Vere q̄ pditum eſt tanti eſſe exercitū quanti impatorem. Ex quo aliud Chabriæ dignum ſcitu, dignumq; memoratu

Lyſander Vulpina pellis aſſuenda leoninæ

Minotaurus inter ſigna

Exercitus ſine duce

Corpus ſine ſpiritu

Dictum Chabriæ ſcitiſſimū

est,qui dicere cõsueuit,οτι φοβεροτερον εστιν ελαφων στρατοπεδον ηγουμενον λεοντος η λεοντων ελαφου,id est formidabiliorem esse ceruoꝝ exercitum duce leone,q̃ leonum duce ceruo. Idem dicebat officiũ optimi imperatoris esse,res hostium & cõsilia optime nosse. Id autem fit cõmodissime p̃fidissimos rxploratores. Parant autem tales liberalitate & pecunia,quæ vel vna virtus sæpe victoriam præstat ex hostibus,qua Cæsar dictator milites sibi reddidit deuotos/fideles/obnoxios. In hæc diuertisse nõ fuerat alienũ ꝓpter glisc̃tes indies belloꝝ rumusculos,q̃bus Italiã flagraturã ominant̃.

¶Ergo igit̃ vt ad ꝓpositum reuertamur,pecunia ingens generis humani bonum existimat̃,vt inquit Euripides. Pecunia in honore, pauptas ꝓbro haberi cœpit,vt Salustius Senecaq̃ notificãt. Cui diuitiæ supsunt,hũic nihil prorsus deesse credit̃.

Euripides

Et genus & formã regina pecunia donat
Et bñ numatũ decorat sua dela venusq̃,vt inqt Horatius. Prouerbij quoq̃ vice illud inuulgatũ. Vñ habeas quærit nemo,sed oportet habere.

¶In Decretis canõicis distin.xlvij.traditũ est,ꝙ mẽs mortaliũ semp auꝝ, semp argentũ videt,gratius intuet auꝝ q̃ solem. Omnis nostra oratio ad deum auꝝ querit.

Gratius auꝝ q̃ sol

Iuuenalis

¶Huic sentẽtiæ subscribit illud Satyrici poetæ memoratissimũ.

Prima vete vota & cũctis notissima tẽplis
Diuitiæ crescãt,vt opes,vt maxima toto
Nostra sit arca foro.

Et illud Horatij. Det vitã det opes & cætera.

¶Seneca libro.xxij.epistolaꝝ. Admirationẽ inquit parẽtes auri argentiq̃ fecerũt,totus populus in alio discors,in hoc cõuenit,hoc suspiciũt,hoc suis optãt,hoc dijs velut maximum reꝝ humanaꝝ consecrãt. Deniq̃ quod optimum videri volũt,sæculum id aureum appellant, Sine me inqt alius vocari pessimum/simul vt diues vocer. An bonus/nemo,an diues,oẽs quærimus,nõ quare & vnde,quod habeas tantũ rogãt,vbiq̃ tanti quisq̃ quantum habuit/fuit.

Sæculũ aureũ

¶Cõsil'e est illud Apuleij ex Apologia, Tãti reuera estis q̃tũ habetis.

¶Caligula Rhomanus impator existimans auꝝ esse summũ beatitudinis sup innũmeros aureoꝝ aceruos nudis pedibus spaciatus,& toto corpore aliquãdiu volutatus est.

Pessimus dũ diues

¶Græcus ille Alcmæõ(de quo scribit Herodotus)olim prægrandẽ tunicã indutus,& calceos latissimos calciatus,prexit ad thesauros Cresi Cresо ꝓmittẽte,ibiq̃ in aceruos aureoꝝ ꝓcũbẽs primũ referssit calceos auro,dein omnes sinus vestimẽti,q̃netiã ramẽta auri crinibus implicuit,os quoq̃ & manus auro cõpleuit,exiuitq̃ auro suffarcinatus,nõ homini sil'is/sed monstro,cuius os erat turgidũ,& cũcta mẽbra auro onusta

Alcmæon onustus auro

¶Interrogatus Bias priẽsis quidnã faciẽs hõ delectaret̃,Lucrans inquit.

Respõsum Biãtis

¶Pythius quoq̃ bithinicus,q̃ Xerxis tẽporibus claruit,auri cupidine incẽsus/tanq̃ id summũ bonũ foret,oẽs ciues in metallis auri fodiẽdis occupatos habebat,Idq̃ vnum auri cõgerẽdi studium tantopere colebat,vt multi ob laboris magnitudinẽ interirẽt. Vñ mulieres agminatim ad Pythei vxorem venerũt orãtes vt huic malo mederet̃,quæ illas bono animo esse iussit. Dein adhibitis artificibus,panes & edulia omne genus ex auro cõfici præ-

Historia Pithij remotior

Sollertia fœminæ

cepit,quibus diligenter ſtudioſeq; cõfectis Pitheo parari cœnam poſtulanti auream menſam vxor apponi iuſſit,cuius aſpectu delectatus eſt Pitheus vtpote mira arte ſingula elaborata cõſpiciens,inde aſpectu iam abunde ſatiatus/cibum afferri præcipiebat. Verũ vxor cuncta quæ poſtulaſſet ex auro cõcinnata iubebat apponi,quũq; ille iracundia perſitus eſurire ſe/vociferaretur ſatis ſpectaculi iam vidiſſe, neq; aurum ſe id temporis amplius expoſcere. Tũ vero mulier cordata & prudẽtia pollens,nullius inquit rei o cõiunx præter hanc vnam habendæ facultatẽ præbes,omnis omniũ virorum cura tuo iuſſu in parando auro verſatur,iam nemo agros colit,iam omnis ſerendi/plantandi arbores,& totius ruſticatiõis diligentia intercidit,dum in auro fodiendo tuo iuſſu omnes ſunt occupati. Hac vxoris caſtigatione tam ſancta/tam vera,nõ mediocriter cõmotus Pitheus eſt, Fodiendi tamẽ auri negocium nequaq; penitus omiſit,tanq; in auro ſumma beatitas eſſet collata. Hic ille Pitheus qui platanũ auream/vitemq; nobilem illam Dario regi donauit, qui Xerxis copias innumerabiles excepit epulo,ſtipendium quoq; quinq; menſiũ,frumentũq; pro alendo exercitu pollicitus. Diues ille apud Horatium ſic infit,

Obſonia ex auro.

Platanus aurea

Populus me exibilat,at mihi plaudo
Ipſe domi,ſimul ac numos contemplor in arca.

¶Penetramus inquit nõ minus vere q; eleganter Plinius,in terræ viſcera/auri argentiq; venas,& æris ac plumbi metalla fodientes,gẽmas etiam & quoſdã paruulos quærimus lapides ſcrobibus in profundũ actis,viſcera eius extrahimus/vt digito geſtetur gemma quã petimus,quot manus ateritur,vt vnus niteat articulus. Si vlli eſſent inferi,iam profecto illos auariciæ atq; luxuriæ cuniculi refodiſſent.

Verba Plinij bracteata

¶Diuitias non eſſe finem fœlicitatis.

¶Verum eñuero (vt tradit Ariſtoteles) ipſæ diuitiæ nequaq; ſunt ipſum ſummũ bonũ,Sunt quidem vtiles, expetunt quidẽ ꝓpter fœlicitatẽ/ſed nõ ſunt ipſa fœlicitas quæ ꝓpter ſeipſam expetit. Quod bonũ eſt ex malo non fit,diuitiæ aũt fiunt ex malo & iniquitate,ergo nõ bonũ. Ex quo illud Hieronymi. Diues aut iniquus/aut iniq heres. Et illud euãgelicũ. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis,hoc eſt ex diuitijs quæ ex iniquitate prouenũt. Propterea nihil philoſophis, & potiſſimũ Senecæ,bonũ videtur quo quis & male vti poteſt. Videmus aũt diuitijs q; multi male vtant,quinetiã quod bonũ eſt nocere nõ poteſt nec debet. Atqui videmus diuitias q; pluribus fuiſſe exitio & nocuiſſe,vnde colligimus diuitias pro ſummo bono habendas nõ eſſe,quũ ſæpe vertant in malum/dentq; peſſum ipſum poſſeſſorem. Hinc illud Satyricum.

Diuitiæ cauſa exitij.

Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat,& cuncta exuperãs patrimonia cenſus.

¶Longũ facerẽ ſi vellẽ in præſentia ꝓcenſere quot viros diuitię immòdicæ in exitiũ præcipitauerint,obuia omnib⁹ ſunt exẽpla id genus.

¶Quicq; d aptã moderationẽ ſupergradit (vt ſcribit Apulei⁹ in magia.) oneri potius q; vſui exuberat. Ex q̃ eſt illud Heſiodi,οσω πλεόρη μισυ παντοσ;id eſt quãto plus eſt dimidiũ toto. Pla. in. v. de rep. & libro. iij. de legibus interpretat dimidiũ eſſe plus toto,quia mediocritas eſt vtilior ſalubriorq; ipſo immodico & toto;quod ſæpe noxium eſt atq; peſtiferum.

Heſiodus Dimidium plus toto.

¶Q. in diuitijs non sit summa fœlicitas, documẽto maximo euidentissimoq; sunt homines ditissimi, quos incœstos/anxios/sollicitos/ idẽtidem cõspicimus, quorũ fœlicitas bracteata/personata/supparata/elegãter a Seneca appellatur, quasi velamẽto quodã adumbrata, vt foris & fronte beati videantur, intus vero & in secessu animi infœlices ac miseri.

Fœlicitas p/sonata.

Dictũ Anaxagoræ

¶Multi (quos vulgus ob diuitias fœlices putat) sæpe dolent, sæpe suspirãt. Interrogatus Anaxagoras quisnã esset fœlix, Nemo inquit ex his quos tu fœlices existimas.

An persarũ rex beatus.

¶Socrates apud Platonẽ interrogatus a Polo, fœlix ne ei videretur Archelaus macedoniæ rex, nescio equidem, Nunq; enim apud ipsum fui. Idem negauit magnũ Persaꝝ regem sibi fœlicem videri, quia inquit, Ignoro quo pacto ad eruditionem iusticiamq; se habeat. Virtute enim non diuitijs fœlicitatem metiebatur.

Plautinus Odi aurum.

¶Ait Plautinus senex, Odi ego aurũ, multa multis sæpe suasit perperã. Vtinam (inquit Plinius noster) posse e vita in totum abdicari auri sacra fames, vt celeberrimi auctores dixere, proscissum conuitijs, ab optimis quibusq;/ & ad perniciem vitæ repertum.

Crates abiecit aurum

¶Apuleius aurum appellat metallum execrandum. Hinc haud immerito Crates Thebanus (vt ab historicis ꝓditum est, & in decretis canonicis repetitum) magnum pondus auri abiecit, necq; putauit se posse & virtutes & diuitias simul possidere.

¶Hinc Zeno audito rerum suarũ naufragio. Iubet (inquit) fortuna me expeditius philosophari.

Democritus

¶Democritus quoq; quo magis vacuo animo studijs litterarũ operam daret, patrimonium suum patriæ donauit.

¶Et Anaxagoras possessiones incultas reliquit, pluris faciens doctrinã q; diuitias, cuius est illud scitum, Non essem inquit ego saluus nisi istæ possessiones perissent.

Nulli satis

¶Huc adde, ꝙ nulli mortalium vnq; tantum est/quantũ cupit. Fortuna enim (vt inquit Epigrãmatarius poeta) multis nimiũ dat/satis nulli, quanto diuitior quisq; est/tanto cupidior, qui autem cupit beatus esse/nullo modo potest. Talis magnas inter opes inops est/& congesto pauper in auro, vt clarissimi auctores prodiderunt. Et vt ait Claudius, Semper inops quicunq; cupit.

Inops quicũ q; cupit.

¶Et mediusfidius ad viuẽdũ velut natandũ is melior/q onere liberior.

¶Maiore (inquit Seneca) tormento pecunia possidetur q; quæritur. Præterea nõ valent diuitiæ liberare a morbis, quibus implicati mortales ꝓ valitudine impenderent Persicas gaças. Homo autem ægrotus q̃uis opulentissimus potentissimusq; beatus esse nõ potest, quum opus sit prosperitate ad bene beateq; fruendum comportatis diuitijs. Ex quibus omnib⁹ euidenter colligimus diuitias nõ efficere ipsam fœlicitatem quã quærimus, quæq; finis est rerum omnium expetendarum.

¶An virtus sit effectrix vitæ beatæ.

Sapientem esse omnia

¶Sæuerissimi sanctissimiq; philosophorum summum bonum in honesto/hoc est in ipsa virtute posuerunt, existimantes solum sapientem esse omnia. Hinc exijt illud Horatianum,

Ad summam sapiens vno minor est Ioue diues

Liber/honoratus/pulcher/rex denicꝫ regū.

¶Et profecto virtus ſicut auctor eſt Seneca in libro ad Galionem de vita beata, altum quiddam eſt excelſum, & regale inuictum infatigabile. Virtutē in templo inuenies, in foro in curia pro muris ſtantem puluerulentam/coloratam/calloſas habentē manus. Huic ſententiæ ſubſcribit Silius a quo virtus ita deſcribit. Virtus aliqddā

Silius de virtute.

¶Frons hirta nec vnq̄ꝫ
Cōpoſita mutata coma Stās vultus & ore.
Inceſſuq; viro ꝓpior, lætiq; pudoris.
Celſa humeros, niue fulgebat ſtaminæ pallæ

¶Dixit Ouidius.

Inuia virtuti nulla eſt via.

¶Horatius virtutē ſic diffinit.

Virtus eſt vitiū fugere & ſapiētia prima ſtulticia caruiſſe.

¶Luculius ſatyræ cōditor virtutē his verſibus enarrat.

Virtus quid ſecundū Luciliū

Virtus eſt homini ſcire id qđ' quæq; habeat res.
Virtus ſcire homini rectū, vtile q̄d ſit honeſtū
Quæ bona, quæ mala, itē q̄d inutile turpe honeſtū.
Virtus quærēdæ rei finē ſcire modūq;
Virtus diuitijs preciū ꝓſoluere poſſe.
Virtus id dare, quod re ipſa debet honori.
Hoſtē eſſe atq; inimicū hominū morūq; malorꝫ
Cōtra defenſorē hominū morūq; bonorꝫ
Hos magnificare, his bñ velle, his viuere amicū
Cōmoda præterea patriæ ſibi prima putare,
Deinde parentū, tertia iā poſtremaq; noſtra.

¶Poeta Comicus in Amphitrione ſic inquit,

Plautus

Virtus omnibus rebus anteit ꝓfecto.

Libertas/ſalus/vita/res/parētes/patria & ꝓgnati tutantur ſeruant.

Virtus oīa in ſe habet, oīa adſunt bona quē penes eſt virtus.

¶Seneca libro epl'arꝫ. ix. ad Luciliū. Virtus inqt eſt recta ratio.

Virtus recta ratio

¶Auguſtinus ait. Virtutē artem eſſe bene viuēdi. Memoratiſſimus eſt Horatianus ille verſiculus.

Horatius.

Et ille

Vilius argentū eſt auro, virtutibus aurꝫ.
Virtus eſt mediū vitiorꝫ & vtrinq; reductū.

¶Autumat Marcus Cicero in Tuſculanis quæſtiōibus ad beatæ viuendū ſatis poſſe virtutē. Cui aſtipulat Silius illo verſu,

Ipſa quidē virtus ſibimet pulcherrima merces.

¶Nō ab re fuerit ſubtexere verſus luculētos, q̄bus graphice decēterq; deſcribit virtutē Claudianus, quū ſic ait,

Virtus a Claudiano celebrataa

Ipſa quidē virtus preciū ſibi, ſolaq; latæ
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis
Erigit, plauſu vt petit clareſcere vulgi.
Nil opis externæ cupiēs, nil indiga laudis.
Diuitijs animoſa ſuis, immotaq; cūctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.

¶Ait Horatius.

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, Intaminatis fulget honoribus.

¶ Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hãc virtutẽ ꝓcipiendã nauigauere, hãc ꝓgrinatiõibus ſuſceptis inueſtigauere, hãc cũ primis predicauere tanq̃ beatitudinis effectricẽ.

¶ Contrariorũ (vt inquiũt philoſophi) conrraria ſunt conſequẽtia. Si vitia efficiũt vitam miſeram, conſequenter virtutes efficient beatã. Ideoq̃ Stoici dicũt ſapientẽ fore beatum, etiam ſi occæceẽt/ obſurdeſcat, membris debiliteẽt, doloribus crucieẽt.

¶ Virtutẽ ꝑ ſe nõ ſatis eſſe ad vitã beatã ꝓficiendã.

¶ Vere diligẽter ꝓpẽſa & pẽſitata, decernimus in virtute eſſe q̃dẽ plurima ad faciendã fœlicitatẽ/ſed haud quaq̃ oĩa. Nã fœlix (vt inqt Ariſtoteles) indiget præter virtutẽ bonis corpis atq̃ fortunæ. Stoici q̃dẽ dicũt ſapiẽtẽ in rota & tormẽtis conſtitutũ eſſe beatũ. Vel volẽtes vel nolẽtes nihil dicũt, quorũ dogma deludit Auguſtinꝰ in. xix. de ciui. dei, quũ in illis ſit q̃dam ſupbiæ ſtupor.

Dogma Stoicorũ illuſum

¶ Theophraſtus qui ex diuinitate loquẽdi ſibi nomẽ inuenit, in caliſthene ſuo laudauit hãc ſententiã, vitã regit fortuna/nõ ſapiẽtia.

¶ Indolẽtia illa Hieronymi nõ eſt dicẽda ſũmũ bonũ, qm̃ in ſtultis eſſe poteſt, fœlicitas aũt cũ ſtulticia nõ copulaẽ, præterea aliud eſt nõ dolere, aliud eſſe in voluptate fœlicitateq̃. Et vt inqt elegãter Seneca. Indolentiã nunq̃ bonũ dicã, quã habet cicada/habet pulex.

Indolentia Hieronymi

¶ Qui voluptatẽ cũ honeſtate ſũmũ bonũ eſſe dixerũt, hi dixerũt q̃dã aliquid, ſed nõ oĩa cõplexi ſunt ꝓficiẽtia fœlicitatẽ.

¶ Ariſtoteles philoſophorũ inclytiſſimus in. x. Ethicorũ, fœlicitatem eſſe quandã contemplatiuam operationem ſic colligit, Deos omnes maxime fœlices exiſtimant ac beatos. Quas res tribuimus dijs agẽdas? iuſtas & iniuſtas? Ridiculum id foret ſi contractibus & reddendis depoſitis ſint occupati. At exercent liberaliratem? abſurdum eſt credere illis eſſe nũmos. Dormire illos non dicendum, vt Endymionem/ quum ſomnus ad dormientes ꝓtineat. Vigilare ergo & viuere cuncti deum credũt, ergo & operari. Ocioſam eam & immobilem dicere naturam dei/impium eſt. Quod & Origenes teſtaẽ in. iij. Periarchon. Actiones autẽ deo non daneẽ vt homini. Quidnam itaq̃ aliud reſtat niſi contẽplatio, quare dei operatio beatitudine præcellẽs, cõtemplatiua ſumme fœlix exiſtet, quæ deo maxime eſt cognata. Verum indigebit ꝓſperitate corpis & alimẽtis quum homo ſit. Natura nãq̃ ipſa nõ eſt ad cõtemplandũ ſufficiẽs, ſed & corpus ſanũ eſſe oportet, & alimẽta reliquũq̃ famulatũ adeſſe. Itaq̃ vitæ degẽdæ ratio q̃ta maxime placuit philoſophis in cõtemplatiõe & cognitiõe poſita rerũ quæ quia deorũ erat vitæ ſimillima, ſapiẽti eſt viſa digniſſima. Ergo igiẽ vt aliq̃n concludamus latiſſimã de fœlicitate diſputationẽ, recurrendũ nobis eſt ad ipſam diffinitionẽ. Eſt aũt fœlicitas (vt dudũ dictum eſt) plenitudo rerũ optandarũ. Hæc autem plenitudo cõſtat ex triplici genere bonorũ. Ex bonis animi, ex bonis corpis, ex bonis fortunæ. Cumulata hæc bona faciũt abſolutã fœlicitatẽ, quod vt planius & lucidius ꝓcipiaẽ quid ſit ipſe homo, & ex quibus conſtet quærendum eſt.

Origenes.

Contẽplatio eſt fœlicitas.

Fœlicitas plenitudo optãdorũ.

¶ Homo neq̃ ſolũ corpus eſt, neq̃ aĩa ſola, ſed ex anima ſimul & corpore compactus eſt. Proinde ſummũ bonũ hoĩs quo fit beatus, ex bonis vtriſq̃ cõflaẽ. Qui virtutẽ ſummũ bonorum eſſe dixerunt, in hoc lapſi ſunt, q̃ ani-

Hõ ex aĩa & corpore

mum ſolum tuẽtes corpus omiſerunt. Qui voluptate corporis fœlicitatem metiuntur, animũ incultum ac veluti pediſſequũ reliquerunt. Qui vero ex animi & corporis ac fortunę bonis fœlicitatem conſtituerunt, hi veritatem ipſam propius inſpexerunt, eoꝝq; ſententia tanq; optima veriſſimaq; comprobatur. Bona autem animi virtutes ſunt, & hæc longe magis honorãda q; corporis ac fortunæ bona. Anima enim (vt inquit veriſſime Ariſtoteles in. vij. Politicorum) precioſior eſt corpore & pecunijs. Externa autem gratia animi expetũtur/non autem animus gratia illorum. Principatum inter bona animi obtinet prudentia, quæ eſt cunctarum regina virtutum, vt ait Plato. Hæc circa humana verſatur, vt docet Ariſtoteles in. vi. Ethicorum. Vnde Anaxagoram & Thaletem ſapientes fuiſſe dicunt/non prudentes, qui propria cõmoda ignorarũt/& patrimonia cõtempſerunt. Socrates virtutes omnes putauit eſſe prudentias/cæteræ virtutes, vt iuſticia, quæ lucifero mirabilior exiſtimatur, vt fortitudo, quæ ꝓpria viri virtus eſt, vt temperantia, quæ libidines obfrænat ſatis notæ/& a nobis alio loco fuſius explicatæ. Doctrinæ & ipſæ multijugæ inter animi bona memorant̃/quibus animus fit θει ιοτατοσ, id eſt diuiniſſimus.

Fœlicitas ex trinis bonis.

Bona animi prudentia

Sapiẽtes/nõ prudentes

¶ Bona corporis ſunt valitudo/robur/pulchritudo, ſine quibus non poteſt eſſe vera fœlicitas, ex quo ſatis liquet diuitias non eſſe ſummũ fœlicitatis, quũ bonam valitudinem præſtare non poſſint. Meritoq; laudatur illud Horatianum,

Bona corpis

Horatius.

Non domus aut fundus nõ æris aceruus & auri
Aegroto domini deduxit corpore febres
Non animo curas, valeat poſſeſſor oportet
Si comportatis bene rebus cogitat vti.

¶ Virtus quoq; ſine valitudine corporis nõ ſatis fungi officio ſuo poteſt Animus em̃ fulturis corporis ſuſtinetur, quũ ſit vas et veluti organũ animi ipſum corpus. Dixit Salomon, Non eſt cenſus ſuper cẽſum ſanitatis corporis. Vulgatiſſimus eſt ille feſtiui poetæ verſiculus vice prouerbij celebrat⁹.

Corp⁹ organum animi

Non eſt viuere/ſed valere vita.

¶ Apud Platonẽ in gorgia Cantio cõuiualis celebrat̃, quã cãtores in cõuiuijs vſurpãt ita cõcinnẽtes, optimũ quidem eſſe bene valere. Secũdo loco formoſum eſſe. Tertio habere diuitias bono modo partas. Idẽ mox paulo nihil (inquit) ſanitate eſt melius. Hæc. M. Varro primogenia naturæ appellat, Alij prima naturæ græci ϝαπροϝαφυσεωσ. De quibus. M. Cicero & Aurelius Auguſtinus nõ parum multa prodiderũt.

Cantilena cõuiualis.

Primũ bene valere

Primigenia naturæ.

¶ Academici & Peripatetici, vtpote philoſophoꝝ nobiliſſimi ꝓbãt hęc prima naturæ, in quibus numerant incolumitatẽ/ valitudinem, ſenſus integros/doloris vacuitatem, vires/pulchritudinẽ, quorũ conſimilia ſunt in animo. Sine pulchritudine non poteſt eſſe abſoluta fœlicitas, ideoq; dixit Ariſtoteles, ꝙ nõ ſatis idoneus eſt ad fœlicitatẽ homo penit⁹ deformis. Eſt em̃ forma dei munus. Et vt inquit Homerus θεων ερικυδεα δωρα, Deorũ dona glorioſa nequaq; aſpernanda. Verũ ad hãc corporis incolumitatem/firmitudinẽq; cuſtodiendã, vtpote rem rerum omniũ precioſiſſimã, inuentę ſunt innumeræ medicinæ, tot cerata/malagmata/emplaſtra/collyria/antidota/cathaplaſmata excogitata ſũt, tot catapocia/tot pharmaca/ tot medicatæ potiones inuentæ. Compoſitiones & mixturæ inexplicabiles circumferũtur, quin & medicina a rubro mari atq; ex India petitur/vt ita fiat pre-

Pulchritudo dei donum

Malagmata

Catapocia

cioſior. Meritoq; ſcripſit Plynius noſter vnam hanc artium imperatoribus quoq; imperare, nullamq; eſſe medicina fructuoſiorem.

Nulla ars medicīa fructuoſior.

¶ Verum ſcio plus quotidianas exercitationes ad ſanitatem prodeſſe/ q; medicos, q; medicinam. Exercitatione em̄ (vt ait Fabius Quintilianus) cuncta cōualeſcunt, ſine qua (vt inquit Galenus) impoſſibile eſt hominem ſanitate proſperrima diu frui, & (vt auctor eſt Auicenna) ad ſanitatis conſeruationē plurimū poteſt/ polletq; exercitatio, cuius multæ ſunt ſpecies.

Exercitatiō Auicenna

Galenus Celſus Clara lectio Noſtra exercitatio.

¶ Galenus exercitationē paruæ pilæ reliquis anteponit. Cōmode etiam exercēt (vt docet Cornelius Celſus) curſus/ ambulatio/ & clara lectio, qua nos prope peculiariter vtimur, quotidie publicis lectionibus contentiſſime boantes, & raucedini exerta voce repugnantes.

Gymnaſtica

¶ Plato & Ariſtoteles gymnaſticam cum primis probant, qua vires augeſcunt/ & ſanitas inoffenſa cuſtoditur. Præcipit Ariſtoteles in. viij. Politicorum, adoleſcentes gymnaſticæ & pedotriuicæ eſſe tradendos. Vbi pedotriuica (vt hoc quoq; in tranſcurſu declaremus) ſignificatur exercitatio pertinens ad doctorem pedotriuem. Eſt autem pedotriues (vt docet Plato in libro de philoſophia) exercitatiōis magiſter, cuius officium eſt (vt idem tradit in Gorgia) corpora hominum formoſa/ robuſtaq; efficere. Idem Plato adeo gymnaſticam probauit (vt libro. v. de republica) fœminas gymnaſticā exercendas eſſe cenſuerit, qui libro. vij. de legibus, gymnaſticæ nomine exercitationes omnes bellicas cōtineri docet, eamq; diuidit in ſaltationem & luctationem. Priſci pentathlon nominauerunt genus exercitationis/ his quinq; artibus conſtans, iactu/ diſci/ curſu/ ſaltu/ iaculatione/ & luctatione, id latini quinquertiū vocant. Vnde Athletæ ipſi quinquertiones dicti Pancratiaſtem quoq; appellauerunt eum, qui in omni gymnaſtica exercitatione pugnaret & vinceret, & Pancratium dixerunt ipſum multiforme certamen, de quo ita Propertius,

Et patitur duro vulnera Pancratio.

Pedotriuica Pedotriues qui.

Plato ꝓbat gymnaſticā.

Pentathlon quinquertiū

Pancratiaſtes.

Pancratium

¶ Pancratij meminit iuriſconſultus titulo ad legem aquiliam his verbis Si quis in colluctatione/ vel in pancratio/ vel pugiles/ dum inter ſe exercentur/ alius alium occiderit, quo in loco mera deliramēta vigilans ſomniauit accurſus. De Pancratio copioſius fuſiuſq; a nobis ſcriptum eſſe in cōmentarijs Propertianis.

¶ Ergo igitur ad bona corporis cuſtodienda vtemur exercitatione, quæ (vt ait Cornelius Celſus) prima corporis curatio eſt, debetq; ſemper antecedere cibum in eo qui bene concoxit amplior, in eo qui minus concoxit remiſſior. Valetudinē quoq; durabilem præſtat ipſa frugalitas & victus parſimonia. Simplex enim cibus homini vtiliſſimus, ecōtrario aceruatio ſaporum peſtifera/ & cōdimenta pernicioſiora. Hippocrates in libro de flatibus malam dietā vocat, quę conſit ex pluribus cibarijs multiformiq; alimonia. Nam vt inquit decenter & frugaliter Horatius,

Simul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchilia turdis,
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoq; tumultū
Lenta feret pituita.

Simplex cibus ſaluberrimus.

Verſus memoria digni.

¶An fortunæ bona fœlicem faciant.

¶Bona externa quæ vocant,vt ſunt diuitiæ & honores,quæ vitam beatiſſimã ꝓficere exiſtimãtur/in manu ſunt ac poteſtate fortunæ,hæc toto mũdo(vt inquit elegãter Plynius) & locis omnibus/omnibuſq; horis, omniũ vocibus ſola inuocaẽ, & vna nominaẽ/vna accuſatur,vna agitur rea/vna cogitatur,ſola laudatur/ſola arguitur, & cum cõuitijs colitur,volubiliſq; a plæriſq;/ & cęca etiã exiſtimata,vaga/incõſtans/incerta/varia/indignoꝝq; fautrix,huic omnia expenſa/huic omnia feruntur accepta,& in tota ratiõe mortaliũ ſola vtrãq; paginam facit. Hanc fortunã deam, qua renuẽte nihil ſecundũ mortalibus cõtingere poteſt. Vario ritu/multijugis nominibꝰ/totus veneratur orbis. Alij Rhamnuſiam,alij Nemeſim,Nortiam alij,Sortẽ alij nũcupant. Tichen græcia omnis appellat.

Bona fortunæ.
Scitu dignũ de fortuna.
Rhamnuſia
Nortia
Tiche

¶A fortuna fortunatos dicimus fœlices,quaſi fortunæ alumnos aut filios,cui tantũ tribuere veteres rhomani/vt ſexcentis templis totidemq; cognomentis fortunã venerarẽtur. Namq; Rhomæ colebatur fortuna cognomento primigenia/viſcata/puſilla/fortis/maſcula/cõuertẽs/bene ſperãs/virgo barbata. Sicuti Plutarchus docet in ꝓblematibus,& in libro περιτησ τυχησταωρ ρωμαίωρ,id eſt de fortuna Rhomanoꝝ. Hinc Theophraſtus ſcripſit in ſuo Caliſthene. Vitam regit fortuna/nõ ſapientia. Plautus quoq; ſic ait in Pſeudolo,Centũ doctorũ hominũ conſilia hæc deuincit dea fortuna,atq; hoc verum eſt. Perinde vt quiſq; fortuna vtitur/ita præcellet,atq; exinde ſapere eum omnes dicimus. Magnam inquit.M. Tullius eſſe fortunæ vim in vtramq; partem quis neſciat? Nam & quum proſpero flatu eius vtimur,ad exitus perueniemus optatos, & quum reflauerit/affligimur. Si mulacrum fortunę cum copia & gubernaculo deformant,vt auctor eſt Lactantius libro tertio diuinarum inſtitutionũ,tanq; & hæc opes tribuat/& humanarũ rerum regimen obtineat. Cui opinioni Vergilius quoq; ſubſcribit,qui fortunam omnipotentẽ vocat. Et Saluſtius Criſpus quum ait,Profecto fortuna in omni re dominatur. Hæc dea(vt inquit Horatius)pollens eſt,vel imo tollere de gradu mortale corpus,vel ſuperbos vertere funeribꝰ triumphos. Et vt ait Ouidius,

Noĩa fortunæ cõplura
Plutarchus de fortuna.
Simulacrũ fortunæ
Lactantius

Nempe dat & quodcũq; libet fortuna rapitq;.

¶Tanta denicq; eſt vis atq; potentia fortunæ, vt ei locũ in cœlo quoq; fecerint. Quis enim ab Horoſcopo locus appellaẽ bona fortuna,vt docet Iulius Firmicus in.ij.matheſeos, græco vocabulo Agathotychen nũcupant, quæ maxima ſocietate cum Horoſcopo iungitur,quia de trigono ab Horoſcopo videtur. Sextus vero locus mala fortuna nominatur,quia nulla cum Horoſcopo ſocietate coniungitur.

Agathotychæ
Mala fortuna.

¶Ergo igitur quum ſint tria genera bonorũ,animi/corporis/atq; fortunæ. Hęc(vt ait Ariſtoteles in.vij.politicoꝝ)oportet adeſſe fœlici. Fœlicitas enim & vita beata cumulatur ex cumulo plenitudineq; iſtorũ bonoꝝ,quæ quanto fuerint cumulatiora/tanto fiet homo beatior,& ita erit vita beata/beatior/beatiſſima ſecũdũ Academicos. Stoici vero hos gradus excludũt, apud quos nihil eſt rectius recto,nihil beatiꝰ beato. Bona autẽ animi haud dubie cẽſemus reliquis anteponẽda. Probamꝰ librã illam Critolai,qui quũ in alterã lancẽ animi bona imponas,in alterã corporis & externa, tantũ ꝓpendere illam bonorũ animi lancem putat/vt terram & maria deprimat.

Libra Critolai.

Exẽpla fœlicium insignia.

¶Supereſt vt veſtigemus exemplis, an in vllo mortalium cumulata fuerint ſimul hæc omnia bona, vt merito fœlix & eſſe & dici meruerit Lucius metellus pontifex/conſul/dictator/magiſter equitum, qui primus elephantos primo bello punico duxit in triumphũ, decem maximas res/optimaſq; conſummaſſe fertur. Fuit enim primarius bellator, optimus orator, fortiſſimus impator. Auſpicio ſuo maximas res geri voluit, maximo honore vti ſumma ſapientia eſſe, ſummus ſenator haberi, pecuniam magnã bono modo inuenire, multos liberos relinquere, & clariſſimus in ciuitate eſſe. Sed cũiuis hæc omnia illi vni contigerint/nec vlli alĩ poſt vrbem cõditam, fœlix tamen dici non debet, ſiquidem is Metellus orbam luminibus exegit ſenectam amiſſis incendio, quũ Palladium raperet ex templo deæ Veſtæ. Huius quoq; nepos inter rara fœlicitatis humanæ exempla numeratur. Nam præter honores ampliſſimos cognomẽ quoq; Macedonici a quattuor filĩs illatus eſt rogo, vno prætore, tribus conſularibus, duobus triumphalibus, vno cenſorio, quæ ſingula paucis contigere. Vnde a. M. Tullio dictum eſt veluti prouerbialiter, Metelli ſperat ſibi quiſq; fortunam. Sed quis hunc iure fœlicem dixerit, quum periclitatus ſit ad libidinem inimici? Catinĩ Labeonis tri. plæ. a quo in ipſo dignitatis ſuę flore ad Tarpeiũ ſaxũ raptus eſt vt præcipitarerur, faucibuſq; intortis, & expreſſo per os ſanguine ęgre alterius tribuni interceſſione a limine ipſo mortis reuocatus, alieno beneficio poſtea vixit.

Fœlicitas Metelli

Infortuniũ Metelli

Alteri⁹ Metelli proſperitas

Calamitas Metelli

An Auguſt⁹ fœlix.

¶Diuũ quoq; Auguſtum vniuerſa mortalitas in hac fœlicitatis cenſura nũcupat. Qui quũ Caium ex filia nepotem in Armeniam mitteret, optabat a dĩs immortalibus, vt illum Pompeĩ beniuolentia, Alexãdri magni audacia/& ſua ipſius fortuna ſubſequereť. Sed ſi diligenter æſtimentur cuncta non pauciora infortunitatis/cũq; beatitatis documenta in eo reperientur. Inter quæ cum primis numerari poſſunt hæc. Repulſa a magiſterio equitũ apud auunculum Cæſarem. Triduana ęgroti latebra in palude philippenſi prælio. Et vt fatẽtur Agrippa & Mecœnas, aqua ſubter cutem fuſa, Turgida latera, naufragia ſicula, ruinæ pontis, tot ſeditiones militũ, tot ancipites morbi corporis. Vulgatiſſima Iuliarum filiæ neptiſq; adulteria, aliaq; non pauca infortunia. Ex quibus fit vt infœlix quidem dici non debeat, fœlix tamen eſſe non poſſit.

Exẽplũ croeſi & Solonis

¶In hac fœlicitatis reputatiõe ſubit inclytum Croeſi Lydorum regis exemplum, qui quum theſauris opibuſq; luculentiſſimus, & omnibus fortunæ bonis exuberaret, ſe omniũ mortalium beatiſſimũ eſſe exiſtimabat, ad quem quũ peruenieſſet Solon athenienſis vnus ex ſeptẽ Græcię ſapientibus hoſpitaliterq; in regiã exceptus, iuſſu Croeſi a miniſtris circũductus eſt circa theſauros, omniaq; quæ mortales perinde ac beatiſſima admirant. Poſt hæc Croeſus Solonẽ ſciſcitatur ecquem viderit iam omniũ beatiſſimũ ſperans, videlicet ſe inter homines beatiſſimum eſſe iſta percontabatur. Tunc Solon (vtpotę philoſophus) ab omni aſſentione ſequeſtratus, reſpondit ſe vidiſſe beatiſſimum Tellum athenięſem, cui illi in patria bene inſtituta filĩ erant honeſti & boni/eorũq; ſingulis liberi, hiq; omnes ſuperſtites. Et cum hoc vitę (quantũ in nobis ſitum eſt) bene traduxiſſet, obitus ſplendidiſſim⁹ cõtigerat. Siquidem prælio viriliter dimicãs, hoſte in fugam verſo pulcherrimam oppetierat mortem, quem Athenienſes in eo quo occubuerat loco publice humauerunt/magnificeq; honorauerũt. Iterũ Croeſus interrogat,

Tellus beatiſſimus.

quemnam secũdum a Tello vidisset,putans haud dubie secundas se beatitatis partes esse laturum. Tunc Solon Cleobem inquit & Bithonem beatissimos vidi, quibus genus argiuum erat & victus suppeditabat. Ad hæc corporis robur excellens,vt in certaminibus pariter ambo victores extiterint,pietate quoq; in matrem memorabiles. Nam quum dies festus Iunonis apud argiuos esset,oporteretq; omnino matrẽ eorum,vtpote sacerdotem ad solenne & statutum sacrificium currũ vehi ab oppido ad fanum stadia circiter quinq; ac quadraginta, morarenturq; iumenta, tunc iuuenes hi iugum subeũtes boum vice plaustrum pertraxerunt,& ita mater sacerdos aduecta ad delubrum Iunonis est curru a filijs ducto,quæ præcata deam dicitur,vt Cleobi & Bithoni filijs suis daret id quod optimum homini dari posset a deo,post hanc precationem vbi sacrificauerunt epulati cum matre somno se dederunt/nec amplius sunt excitati,sed in ipso delubro quiescentes mane inuenti sunt mortui,quorum statuas tanq; virorũ qui optimi extitissent argiui apud Delphios collocarunt,& his quidem Solon secundas beatitudinis partes tribuebat,ex quo Crœsus cõturbatus inquit,O hospes Athenienſis,adeo ne tibi ꝓ nihilo contemnitur nostra fœlicitas,vt ne priuatis quidẽ viris nos æquiparãdos ducas? Tũc Solon neminẽ ante obitũ appellandũ esse beatũ grauiter ac copiose esse disseruit,asseruitq; hominẽ esse calamitosum,quum nullus humanæ vitæ dies rem prorsus talẽ qualẽ alius afferat,& in diurno tempe multa videantur, quæ nemo vellet videre,& multa tolerẽtur/quæ nolit quispiã tolerare. Sẽtentiã Solonis fuisse verissimã ipsius Crœsi exitus cõprobauit,qui haud ita multo post magno impio spoliatus,& a Cyro captus, sup ingentem pyram impositus,vinctus compedibus est/vt viuus cõcremaretur. Cui in tanta calamitate posito, venisse in mentẽ Solonis ferũt,quod sibi ab eo olim dictum foret,vt viuentibus beatũ esse neminẽ. Tũc Crœsus ingemiscẽs ter Solonẽ nominasse sublatissima voce proditur. Admiratus ob hoc Cyrus fussit interpretes ꝓcunctari,quisnã hominũ aut deorũ is esset Solon,quem in dubijs casibus solũ imploraret. At Crœsus nihil dissimulans,cũcta quæ a Solone audiuerat/renarrauit. Quæ vbi ad Cyrum perlata sunt,tunc rex ille vtpote qui sapiẽtior esset q̃ Crœsus,& Solonis oraculũ ex præsentibus exemplis comprobatũ esse conspiceret,nõ solũ Crœsum missum fecit,sed summo etiã honore quoad vixit/apud se habuit. Ex quo visus est Solon eadem oratione alterũ seruasse ex regibus, alterũ cautiorẽ/ prudentiorẽq; reddidisse. Auctores Herodotus, Plutarchus, Mar. Cicero,& cæteri,ob hoc dixit poeta satyricus.

Cleobis Bithon in nũero beatorũ

Iumẽtorũ vicarij.

Mors Cleobis & Bithonis

Nemo beatus aute obitũ

Crœsus exutus regno & captus

Et Crœsum,quẽ vox iusti facũda Solonis — Iuuenalis
Respicere extremæ iussit spacia vltima vitæ. — Ouidius
Hinc exijt illud Nasonis, Sed scilicet vltima semp
Expectãda dies homini est, dici beatus
Aute obitũ nemo supremaq; funera debet.

¶ Aristoteles tamen huic Solonis sententiæ alacriter reclamat ac refragatur,qui ait in primo Ethicorum,Beatos dici viuentes,quum fœlicitas fœlix. operatio sit. Nemo fœlix.

¶ Cæterũ si verũ facere iudiciũ volumus,ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere/mortaliũ nemo est fœlix. Abunde igitur atq; indulgẽter fortuna deciditur cũ eo,qui iure dici nõ infœlix põt. Quippe vt omnia

bona affatim ſuggerant, certe ne laſſeſcat fortuna metus eſt, quo ſemel re/cepto ſolida fœlicitas eſſe nõ poteſt, meritoq; Chryſippus laudare ſolebat Euripideum carmen illud.

Carmen Euripidis.

Nemo mortalis eſt, quẽ nõ attingat dolor morbuſq;.

¶Et vt inqt veriſſime Plinius. Q; multos accepta afflixere impia, cq; multos bona ꝑdidere & vltimis merſere ſupplicijs. Ita eſt, ꝑfecto alius de alio iudicat dies, & tamẽ ſup̃mus de omnibus, ideoq; nulli credendũ eſt. Quid quod incertũ ac fragile eſt, hoc munus naturæ quicqd dat̃ nobis. Quid qd extimatione nocturnæ ꝙtis dimidio quiſq; ſpacio vitæ ſuæ viuit, ꝑs æqua morti ſimilis exigit̃. Nec reputant̃ infantiæ anni/qui ſenſu carẽt, nec ſenectæ in pœnã viuacis. Adde tot ꝑiculoꝝ genera, tot morbos, tot metus, tot curas, totiẽs inuocatã mortẽ, vt nullũ frequẽtius ſit notũ. Natura vero nihil hominibus breuitate vitæ præſtitit melius, hebeſcũt ſenio ſenſus, membra torquent̃, præmorit̃ viſus/anditus/inceſſus, dẽtes etiã ac ciboꝝ inſtrumẽta labaſcũt. Et tamẽ vitæ hoc tẽpus annumerat̃, ergo ꝑ miraculo. Et id ſolitarium repit̃ exemplũ Xenophilũ muſicũ centũ & quinq; annis vixiſſe ſine vllo corꝑis incõmodo. Itaq; cenſeo optandũ eſſe, orandũq; ab vltra mũdano deo, vt quoniã nemo mortalium fœlix eſt, ita nos foueat ne infœlices dici iure poſſimus.

Hebetant̃ ſenio ſenſus Xenophilus ſaniſſimus.

¶Sed iã complicãda ſunt vela, ac inhibendi remi, & receptui canendũ eſt. Audiſtis pauca quædã viri ſplendidiſſimi, opinor nõ ingrata ſuꝑ fœlicitate plura ſcio dici potuiſſe & copioſius & elegãtius, ſed ꝓcendũ fuit auriũ faſtidio. In hac enarratiõe monſtrauimus inter cætera quoſdã ſenſiſſe illos eſſe fœlices/q ocio ruſticano fruerent̃. Quocirca vt ex aliqua ꝓte ꝓticipes huiuſce fœlicitatis efficiamur. Enarrabimus publico gymnaſio Vergilium & Columellã duos agricolationis conditores luculentiſſimos, alterq; verſu, alterq; pedeſtri oratione rem ruſticã elegãter & graphice explicãtes. Nos vero ꝑ virili ꝓte dabimus operã, vt lectiões noſtræ dapibus ruſticanis & vrbanis iuxta conditæ, hoc eſt vtilitate & voluptate ſaturos reddant auditores. Videor meo iure inſtitutoq; ꝑpe ſolenni facturos, ſi oratione verſiculis clauſero.

¶Diſtichon ad auditores extemporaliter effuſum.

Fœlix cui conſtant bona corꝑis & bona mentis.
Necnon fortunæ munera parta deæ.

¶Endecaſyllabon ad illuſtriſſimũ Ioannẽ Bentiuolũ.

Fœlix o nimis & beate princeps.
Cuius præſidio eſt beata fœlix
Pollẽs Felſina, nos ſumus quieti.
Hoc ꝑ te ſuperos libẽs præcabor
Vt donẽt tibi Neſtoris ſenectam,
Auguſti decus, & vicem Metelli.
Sit natis quoq; fauſtitas parentis,
Pro me hoc debeo te rogare princeps
Vt molli foueas pium clientem
Afflatu niueæ beatitatis,

¶ Eiusdem Endecasyllabum ad Germaniam.

O Germania muneris repertrix,
Quo nil vtilius dedit vetustas,
Libros scribere quæ doces premendo.
Fœlix frugibus, inclyta & metallis.
Et diues pecoris, feraxq; gemmæ.
Quod glessum vocitant tui parentes,
Electrum attica, Succinum latini.
Pollens principibus, potens virorum,
Qui glaucis oculis/comaq; flaua,
Grandes corpore, spiritu feroces,
Septi robore, prodigiq; vitæ
Hostes aggrediuntur & lacessunt
O Germania glorioſa salue,
Tu vasa ex oricalcho & apparatum
Mensarum nitidum ære, machinasq;
Ad nos belligeras subinde mittis.
Abs te turba venit scholasticorum,
Hoc qui gymnasiũ excolunt/opimant,
Iam doctum & latialiter sonantes
Tris nuper quoq; regulos Badenses
Lautos/magnificos/probos dedisti.
Inter quos Iacobus enitescit,
Lingua/dexteritate/comitate/
Cultu/mundicijs/nitore/victu/
Clarus/munificus/potens/disertus,
Splendorq; & columen scholasticorũ,
At Germania præpotens alumnos
Ad nos consimiles subinde mitte.

Finis.

DArs philoſophiæ eſt,& ea quidem pulcherrima,viri clariſſimi administrare rempublicam. Quod ſane negocium ianuam famæ re/pandit,& virum prudẽtem/ac politicon oſtendit. Nam ſi præcla/rum & laudabile eſt in re œconomica agere bonum patremfami lias,quanto præclarius ac laudabilius in republica agere patriæ parẽtem? Et quum homo hominũ cauſa natus ſit,nuſq; profecto commodius poteſt hominib⁹ homo prodeſſe ac patrocinari/q; adminiſtrando rempublicam, quæ in vniuerſum cunctorum cõmoda complectitur. Vt autẽ non ſatis eſt
Nomophylaces. bonas leges habere/niſi cuſtodes earum ſint diligentiſſimi,quos græci no/mophilacas vocant,ita nõ ſufficit bene morales eſſe ciuitates/niſi earũ ſint tutores vigilantiſſimi,hi autem ſunt reipublicæ gubernatores, quorũ ope/ra ſedentaria plus haud dubie prodeſt q; cæterorum negocioſa ſtrenuitas. Sed quum adminiſtrandæ reipublicæ ſit forma nõ ſimplex/nec genus vnũ. Quum alij aliud probent,videor facturus operæpræcium/ſi hodierna diſer tatione quæpiam de republica, deq; optimo ſtatu & principe digna ſcitu, nec indigna memoratu ex litterarum interiorum ſecretarijs deprompſero, quę audientium & aures permulceant & animos refoueant. Quod dum a me fit,vos quæſo diligenter attendite.

Monarchia
Oligarchia
Ariſtocratia
Democratia
ADminiſtrandarũ ciuitatum tres ſunt ſpecies. Eſt principatus vni/us,quam monarchiam vocãt. Eſt paucorum optimatumq;,quæ oligarchia atq; ariſtocratia nuncupatur. Tertia eſt popularis gu/bernatio, q̃ græco vocabulo democratia dicit. Auctores Dion, Plato, Ariſtoteles,& cæteri. Item Ariſtoteles in ſecũdo politicorum quoſ/dam fuiſſe tradit/qui optimam gubernationem eſſe crederent ex omnibus his commixtam,& propterea laudari rempublicam lacedæmoniorũ veluti
R,p,laconũ ex monarchia/ariſtocratia/ democratia conſiſtentem. Rex enim apud illos erat pro vnius gubernatione. Senatus pro paucorum potentia. Ephori aũt ſtatum popularem repręſentabant. Quæ vero ex tribus administrationb⁹ melior potiorq; ſit/difficile eſt iudicatu,quum ſuos quæq; aſſertores habe/at,nec ego tanq; arbiter honorarius quicq; decernere auſim, ſed quod ve/teres ſenſerint/explicabo. Ita enim optime citraq; inuidiam alienis iudicijs rei tantæ cenſura peragetur,& quum libera ſint iudicia/opinetur de his,vt cuiq; libitum erit/exiſtimatio ſua cuiq; ſit. Vt autem facilius res tota colli/queſcat,hiſtoria remotior enarranda eſt huic negocio,quod molior/accom modatiſſima.

Magophonia. ¶Poſt magophonian/ id eſt magorum cædem,quo die nulli magorum fas eſt in publicum prodire, ſed cuncti intra domorum ſepta ſe continent.
Sententiæ in concilio perſarum. facta eſt conſultatio de ſtatu perſarum conſtituendo,vbi varię ſententiæ di ctæ,ex quibus iſtæ tres potiſſimũ memoriæ ſunt proditæ. Othanes exhor/tans ad gubernationem popularem, a monarchia pro virili parte dehorta
Othanes ꝓ Democra/tia. batur,oſtendens principatum vnius haud quaq; probãdum, propterea q; etiam ſi optimus fuerit,tamẽ ex licentia peccandi & inſolentiã leges præua ricetur,fœminas vi conſtupret,indemnatos interimat, & impune baccha/bundus omnia ex animi libidine cõficiat. At quum dominatur inquit mul/titudo imprimis nomẽ obtinet omnium pulcherrimum,iſonomiam/ id eſt iuris æquabilitatẽ, omnia conſilia in commune referuntur/& in multitudi/ne omnia inſunt. Hæc Othanes.

¶ At Megabyçus ad oligarchiam, id eſt ſtatum paucorum rem traducēs ad eam ſocios hortabatur, improbans Othanis ſententiam tanq; populari multitudine nihil ſit, neq; inſipientius, neq; inſolentius. Et plæbi ꝓprium ſuumq; ſit nihil intelligere, quæ ad res obeundas ſine conſilio præceps ruit torrenti flumini ſimilis. Itaq; improbato ſtatu populari tanq; peſſimo hortatus eſt ad ſtatum optimatum, dicens credibile eſſe ex optimis optima exiſtere conſilia. Megabyçus ꝓ oligarchia

¶ Poſt Megabyçi ſententiam Darius tertio loco dixit, ſtatum vnius principis anteponendum, monarchiāq; eſſe præſtantiſſimam. Propoſitis enim tribus ſtatibus & his omnibus optimis, vt optime impet populus, optime pauci, optime vnus. Multo antecellere vnius impiū. Nam viri (inquit) vnius qui optimus ſit, principatu nihil melius eſſe conſtat. De ſtatu populi, turbulento ſcilicet & inconſulto, idem ſentio quod Megabyçus. De ſtatu vero paucoꝝ hoc amplius contra Megabyçum, ꝙ videlicet odia inter ipſos priuatim excitantur in publicum ꝓnicioſa. Quum vnuſquiſq; primus in republica eſſe velit. Ex talibus autem odijs ſeditiones, ex ſeditionibus cædes exiſtunt. Proinde opus eſt vt vnus ſit veluti caput, a quo nequaq; membra diſſentiāt. Darius ꝓ monarchia

¶ Hæ tres in conſilio Perſarum fuerunt dictæ ſententiæ, quarum vltima vicit, ꝙ ſcilicet melior foret ſtatus vnius, & ita auctor ipſe ſententiæ Darius paulo poſt rex Perſarum eſt declaratus. Hæc in curia Barbarorum agitata, qui nullo litterarum dolatorio ſunt leuigati. Videamus deinceps quid doctiſſimi virorum ſuꝑ hac re ſenſerint. Plæriq; omnes damnant gubernationem popularem, ꝓinde ac peſſimam, a qua Apollonius Tyaneus Veſpaſianum dehortatur, atq; abducere contendit apud Philoſtratum contra Euphratis & Dionis ſententiam. Veſpaſiano ſuadentium popularem ſtatum reſtituat, tanq; ciuitas Rhomana populari gubernatione maxime gauderet, & ſub tali adminiſtratione magnam impꝛiū ꝓtem adepta eſſet. Sententiæ Apollonij aſtipulatur Marcus Tullius, qui in oratione ꝓ Plantio ſic inquit. Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia. Et ab optimo poeta dictum eſt. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Olim Demoſthenes quoq; extorris & in exilium ꝓgens cum ſuſpirio dixit. O Pallas quæ tribus infeſtiſſimis beluis deleſtaris, noctua/dracone/& populo, tanq; populus inter κατα θηρια, id eſt malas beſtias numerandus ſit. Quin etiam Plato populum dixit eſſe beluā multorum capitum, Cui ſuccinit illud Horatianum, Belua multorum capitum es. Nam quid ſequar, aut quem? Lucurgus nomothetes, id eſt legum conditor, interrogatus cur ſtatum popularem in republica lacedæmoniorꝝ non conſtitueret, ſcite reſpondit, συ πρωτωσεν τηοικιασον ποιησον δημοκρατιαν, id eſt tu primus in domo tua efficito principatum popularem. Quadrat huic rei ſententia quoq; illa græci poetæ catholica, ισχυρον ὀχλοσεστι γουκε χειδεμουν. Hoc intellectu, turba turbulenta eſt, nec mentem habet. Cōtra ſtatū popularā

Dictū Demoſthenes

Lycurgus nomothetes

¶ Reliquæ duæ adminiſtrationes, paucorum ſcilicet & vnius valde ꝓbāntur. Nam ꝙ ſtatus optimatium qui dicitur Ariſtocraticus ſit optimus nomine ipſo declaratur, & ex exemplis tam recentibus q̄ vetuſtis liquet, & auctoritate fulcitur. Sentētia Plautina eſt in milite. Nemo ſolus ſatis ſapit. Ariſtocraticus ſtatus optimus

Ex quo fit vt cõsultationes pluriũ bonorꝫ in vnum conspirãtes sint salutares & cõducibiles rebus magnis administrandis. Aristoteles in.iij. Politicorꝫ. Vno (inquit) duo meliores sunt, & ante Aristotelẽ Homerus cecinit

Duo meliores vno

Duos ad omnia esse præstãtiores, hinc Agamẽnon Homericus decẽ optat cõsiliarios Nestori cõsimiles illo versu, Τοίουτοι δεκά μοι συμθραδὴ μορεο᾽ ειεραχειωρ.

Stat⁹ vni⁹ an teponendus.

¶Cæterum vt statum vnius optimum præstantissimumꝫ esse credamus inclinat animus & ratio suadet, & sententia eruditorum decernit quorum auctoritas nobis pro ratione est, inter quos est Aristoteles qui in octauo Ethicorum censet administrationem populi esse pessimam, vnius vero optimam. Et Homerus qui in secundo Iliados rhapsodia sic inquit, ουκ αγαθὰρ πολυκοιρανιη εισ κοιρανος εστω εισ βασιλευς, id est non bonus est multorum principatus, vnus sit dominus, vnus rex, quod vno versu sic reddi potest. Nõ opus vt multi, sed princeps imperet vnus, rex Vnus,

Homerus

Dion

Dion Syracusanus versum hunc Homericum referens, olim dictauit non posse bene regi rempublicam multorum imperijs. Et a Domitiano itidem dictum est. Non est bona imperatorum multitudo. Ad hæc diuus Cyprianus, vt vnus inquit sit princeps omnis natura consentit. Rex vnus est apibus, & dux vnus in gregibus, & in armentis rector vnus. Multo magis mundi rector vnus qui vniuerso quæ sunt, verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat. Cypriano subscribit illud quod in Decretis canonicis septima quæstione prima traditum est ex auctoritate Hieronymi ad Rusticum monachum sic scribentis. In apibus dux vnus est, & grues vnã sequuntur ordine litterato. Imperator vnus, Iudex vnus prouinciæ. Ibidem præcipitur vt singuli sint ecclesiarum episcopi, singuli archiepiscopi, singuli archidiaconi. Ille quoꝫ diuinus Plato libro de regno magno maxime probat monarchiam, id est vnius principatum. Igitur quum constet optimum esse statum vnius paulo plura super hoc videntur annotanda.

Cyprianus

Rector mũdi vnus.

n apibus dux vnus.

Principatũ fato dari

¶Scitum est illud Rhomani imperatoris principatum non nisi fato dari, & Homerus a Ioue autumat dare scriptum & ius principi (quum ait) Rex vnus cui scœptra dedit, venerãdaꝫ iura Iuppiter. Idem Diotrephis vocat reges quasi a Ioue nutritos, ex quo fit vt veluti dij terreni principes mortalibus colẽdi sint. Id quod olim ab Athanarico Gothorum rege dictum cõstat, qui quum ad Theodosium Constãnopolim veniisset, & vrbis pulchritudinem, imperatoris opes, apparatum maiestatum conspexisset mirabũdus, sine dubio inquit deus terrenus est imperator, contra quem quicunꝫ manus leuare nixus fuerit, ipse sui sanguinis reus existit. Verbum vetus est apud grecos vice ꝓuerbij celebratum προ παντων σεβουτον θειον βασυλεαδε τιμα, hoc est, In primis deum cole, Regem autem honora. Antiqui reges Rhomani pontifices sunt dicti, quod & in Decretis canonicis distinctiõe vigesimaprima ꝓditum est. Et poeta nobilissimus illo versu significat. Rex Anius, rex idem hominum phœbiqꝫ sacerdos. Quinetiam Plato memoriæ ꝓdidit reges Aegypti pontifices extitisse. Multæ sunt cõstellationes principum effectrices, sicut illa, qui in prima parte Arietis horoscopum habuerint, nascentur principes/ reges, exercituumꝫ ductores. Item in prima parte Aquarij habens horoscopum/ erit princeps glorioſus & polychronius, hoc est lõgeuus, vt auctor est Iulius Firmicus in. viij. Ma-

Diotrephis

Constellationes principũ

Polychronius.

theſeos,quiſecūdo volumine loquēs de imperatore ſic ferme inquit,Solus impator ſtellarū nō ſubiacet curſibus,& ſolus eſt in cuius fato ſtellæ decernēdi nō habēt poteſtatē. Quū em̄ fuerit totius orbis dominus fatū eius dei ſummi iudicio gubernat̄, Fatū imperatoris

¶Igitur quum deus & fata & ſydera principes terris dent,quicunq; principi inſidiatur & eius molitur excidium,is exterminandus eſt,atq; omni ſupplicio plectendus,tanq̄ in deum & fata manus inferre conetur. Nam vt ſcribit apoſtolus in epiſtola ad Rhomanos,Poteſtas non eſt niſi a deo. Qui reſiſtit poteſtati/reſiſtit ordinationi dei. Miniſtri dei principes. Et vt apud veteres dictum accepimus,a vita principis velut a filo pendet ſalus ciuitatis,nec ſolum maleficia ſunt caſu in hoc punienda,ſed cogitationes quoq; & voluntates. Et q̄uis apud iuriſconſultos titulo de pœnis ſcriptum ſit, Cogitationis pœnam nemo patiatur. Q̄uis Portius Cato prodiderit voluntates eſſe liberas,nec pœniis obnoxias,tamen voluntas vel ſola punitur in maleficijs id genus,ſicut docet Caliſtratus ſcribens,In maleficijs voluntas ſpectatur. Et vt iuriſconſulti autumant,eadem ſeuerita/te voluntatem ſceleris qua effectum puniri iura voluerunt. Item ad legem Corneliam de ſiccarijs ſcriptum legimus,Siquis cum telo ambulauerit ſicut is qui hominem occiderit/ pœna coerceatur. Item titulo de extraordinarijs criminibus præcipitur ſollicitatores alienarum nuptiarum(etſi effectu potiti non ſint,attamen propter voluntatem)eſſe extra ordinem puniendos. Quæ tota diſceptatio diſtinctione prima de pœnitentijs latiſſime explicatur. Paulus apl's Volūtates liberæ Sētētiæ iuriſcōſulto rū

¶Cæterum quia vnius gubernationem qui ſit optimus maxime probari ſatis liquet, dicenda deinceps & explicanda ſunt non parum multa quæ in eo cenſemus ineſſe debere qui princeps optimus & eſſe & videri velit, vulgatiora autem & triuialiter ptrita omittentes,quædam iucundiora fa/tu audituq; deguſtabimus,per exempla maximorum principum decurren tes vt talis diſertatio fiat neq; ſenticoſa,neq; inſuauis/ſed voluntaria & expetibilis. Dicemus autem non legitimo illo ex diſciplina rhetorica ordine ſeruato/ſed prout ſingula ſubibunt mentem,& nobis dicturientibus obuia ſeſe obtulerint.

¶Inter cognomina principū memoratu digna q̄ttuor ſunt memoratiſſima. quæ ſi cūcta iūctim in vnū cadere poterūt,is erit ille quē quærimus,ſūt aūt hæc,magnus/pius/pater patriæ & optimus. Magnus

¶Alexāder ille longe omnium excellentiſſimus a magnitudine rer̄ quas haud dubie maximas geſſit/magni cognomē inuenit,vt ita ſine laude nun q̄ nominaret. Qui fortuna ſua maior fuit(de quo Hannibal pœnus)ita iudicauit,vt Aphricano quærenti quem fuiſſe maximū impatorem crederet, reſpōderit, Alexādrum Macedonum regē. Q; parua manu innumerabiles exercitus fudiſſet,q; vltimas horas ſupra ſpem humanā peragraſſet. Ver̄ huic magni cognomēto plus inuidiæ q̄ pulchritudinis ineſt,vt luculēti ſcriptores prodiderūt. Alexāder Iudiciū Hānibalis

¶Antonius impator Rhomanus cognominatus eſt pius,vel q; ſocerum feſſa iam ætate manu ſubleuauerit,vel q; multos ſenatores Hadriano iam iam ſæuienti ſubripuerit vel q; ipſe Hadriano magnos honores poſt mortē decreuerit,vl' q; quū ſe Hadrianus interimere vellet, ingēti cuſtodia & vigilātia fecerit/ne id poſſet admittere, vel q; ſuapte natura clæmētiſſimus fu/ Pius Antonius

erit,& nihil tēporibus ſuis aſperꝫ fecerit. Spartianus & Iulius Capitolinus auctores, de quo eſt illud Auſonij, Antoninus abhinc regimē capit ille vocatu Cōſultiſqꝫ pius nomē habēs meriti. Et ꝓfecto pij cognomē amabiliſſimū eſt, & maxime pietatis argumentū.

Auſonij carmē

¶Eſt & patris patriæ appellatio/qua nihil pulchrius. Quod quidem nomen ſubmonet vt princeps cum ciuibus ſuis quaſi cum liberis parens viuat, qua nuncupatione Cæſar Auguſtus maximopere lætatus eſt. Nam quum in curia Rhomana Valerius meſſala mandantibus cunctis ita dixiſſet, Cæſar Auguſte, ſenatus te conſentiens cum populo Rhomano conſalutat patriæ patrem. Tunc ille præ gaudio lachrymans ita reſpondit, Cōpos factus votorum meorum patres conſcripti, quid habeo aliud deos immortales præcari, qꝫ hunc conſenſum veſtrum ad vltimum vitæ finem mihi ꝓferre liceat?

Pater patriæ Auguſtus

¶Supeſt optimi cognomen quod Traianus veluti peculiare accepit exſenatus populiqꝫ Rhomani appellatione, quo nomine ampliſſima haud dubie bona cōtinent. Quod nomē ſibi quiſqꝫ mallet (vt inquit Liuius) qꝫ honores imperiave, de quo Silius. Optimus heu nomē melius maiuſqꝫ triumphis. Et vt auctor eſt Plinius panegyriſta, nomen Auguſti & Cæſaris minus eſt qꝫ optimi, Iuppiter apud Ethnicos optimi nomine colebat. Dicebat ēm Iuppiter optimus maximus, qua in re illud annotandū q̄ ante optimus id eſt bñficētiſſimus dicebat qꝫ maximus, quia vt inquit vere. M. Tullius, Maius eſt certeqꝫ gratius ꝓdeſſe omnibus, qꝫ opes magnas habere. Igit ſi quis principum reperiretur qui magnus/pius/pater patriæ, optimus merito cognominari poſſet, nōne hūc deo ſimillimū eſſe iudicaremus? Quæ aūt præcipuæ res talem principem efficiant, a me ſummatim explicabunt. Dicamqꝫ nō qualis ſit in præſentia quiſpiam nūcupatim princeps, ſed qualis in vniverſum q̄libet eſſe debeat. Imitatus ſcilicet Xenophontē qui in prædia ſcite elegāterqꝫ tractauit, nō q̄lis eſſet Cyrus, ſed q̄lis eſſe deberet. Neqꝫ ēm ad hiſtoriæ fidem/ſed ad optimi principis effigiem, ac Archetypon hiſtoria illa ꝓſcripta eſt.

Optimus Traianus

Plinius panegyriſta.

Iuppiter optimus maximus.

Cyrus Xenophōtis nō hiſtorica fide

¶Homerus (vt hinc ordiamur) regem appellat, ποιμένα λαῶν, hoc eſt paſtorem populorum. Et plane ſicut paſtor gregem curat, vt totus habitior ſit & nitidior, nec vnius quidem ouiculæ cura poſthabita, ſic oportet principem totum corpus reipublicæ curare, vt ex nulla parte manca ſit, vt grex præpinguis & lætus & numeroſus/gloria eſt paſtoris, ſic ciuitas florens & fortunata & opulenta, laus eſt principis. Qui oblitus ſuorum ipſius commodorum ad vtilitatem publicam quicquid agit/debet referre, vt enim tutela, ſic procuratio reipublicæ gerenda eſt. Ad vtilitatem ſcilicet eorum qui commiſſi ſunt, non eorum quibus committitur. Qui vero partem ciuium tutatur/partem negligit, is (vt ſapiēter docet Marcus Tullius) rem pernicioſiſſimam inducit in ciuitatem, ſeditionem ſcilicet & diſcordiam. Et fruſtra princeps eſt plæbe neglecta, vt ſcite ſcribit Plinius in panegyrico, Princeps reipublicæ anima eſt. Reſpublica corpus eſt principis, vt auctor eſt Seneca libro primo de clæmentia. Ergo principi conuenit rempublicam tueri ac fouere/pinde ac corpus ſuum, cui dum parcit/ſibi ipſi parcit. Et vt olim decēter dixit Falconius Nicomachus in ſenatu Rhomano ad tacitum Auguſtum, Ingēs eſt gloria principis rempublicam magis amare qꝫ filios.

Paſtor populoꝝ rex

Princeps aīa reipublicæ.

Dictū Nicomachi

¶ Dicere solebat Aurelian⁹ imperator, Nihil populo saturo lætius esse. Ideoq; decet principem Annonæ vrbicæ curam suscipere/vt populus sit satur,ne fruges deficiant,ne plæbecula esuritione tabescat,ne frumentarij vel suppressione frumenti/vel enormitate precij esuriẽtes pauperes trucident. Scitum est illud Lucani, Gnarus & irarum causas & summa fauoris,Annona momenta trahi,namq; afferit vrbes Sola fames emiturq; metus quũ segne potentes Vulgus alunt,nescit plæbes ieiuna timere. Rhomani cum primis annonariæ rei rationem habendam censentes, præfectum annonæ creauerunt. Primus autem(vt docet Liuius in.iiij.)præfectus annonæ Lucius minutius creatus, eo tempore quo tanta inopia vrbem inuasit/vexauitq; vt multi ex plæbe(ne diutina fame cruciarentur)capitibus obuolutis sese in tyberim præcipitauerint. Etenim miserrimum mortis genus est/fame mori,quod græco quoq; verbo testatum est,λιμῷ οἰκτιστον θανειν. Apud iurisconsultos titulus est ad legẽ iuliam de annona,quæ lex vtpote a Cæsare lata,haud dubie indicat procurationẽ rei frumentariæ esse principalem,qua pœna constituitur aduersus eum qui contra annonam fecerit societatemq; coierit,quo annona carior fiat. Item titulo de extraordinarijs criminibus pœna irrogatur in Dardanos siue dardanarios. Sic enim appellantur qui annonam vexant atq; flagellant,a Dardano opinor huiusce improbitatis repertore. Laudant historici Traianum,ex cuius prouisione factum est vt Rhomæ esset canon frumentarius septem annorum, laudatur & hinc septimus Sæuerus,qui moriens septem annorum canonem frumentarium reliquit,ita vt quotidiana septuagintaquinq; milia modium expendi possent. Mamertinus quoq; in panegyrico Iulianum imperatorem preconio laudis extollit,q; frumentis vndiq; coemptis vsq; ad opulentiã abundantiamq; esurientem iam vrbem referserit. Curet igitur princeps vt sit satietas nec fames vsq;/vt affluat annona,cuius affluentia perpetui congiarij instar est,cuius aliquando cura Pompeio magno nõ minus addidit gloriæ q; oriens triumphus occidensq; lustratus,qui annonaria expeditione suscepta quũ magna frumenti vim ex Libya,Sardinia,Sicilia, collectam ad vrbem esurientem comportaret,magna tempestate orta, gubernatoribusq; perterritis inscendens nauim & ancoram velli iubens exclamauit, πλειν ἀναγκαιον,ζην οὐκ ἀναγκαιον,hoc est nauigare necesse est/ viuere non est necesse.

Lucanus

Præfectus annonæ

Miserrima mors ex fame.

Lex Iulia de annona

Dardanarij qui.

Canon frumentarius.

Mamertin⁹

¶ Plato grauissimus philosophorũ principem gubernatoris nomine scienter nuncupat. Sicut em̃ gubernator semper respicit ad salutẽ nauis & vectorum,sic priuceps respicere debet ad salutẽ subditorũ. Gubernatori necesse est(vt inquit Diõ)intueri cœlũ/pelagus/terras,ne vspiã nauigiũ periclitetur,necilli licet totã dormire noctẽ. Itidẽ principis officiũ est cũcta speculari pro salute ciuitatis,& subditis dormiẽtibus vigilare,quorũ salus ipsius tutelæ cõcredita est. Hinc Silius Italicus lentẽtialiter dixit, Turpe duci totã somno cõducere noctẽ. Quod ex illo Homerico exp̃ssum est, οὐχρηπαν μυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα, Gubernator clauũ tenẽs nauigiũ sollertia iregit anxius & peruigil. Quum vectores persæpe ludant/cantitent/comessentur,ocioſi & securi rerum omnium. Princeps clauum reipublicę vigilantia & consilio moderatur,prospiciens ne vspiam periclitetur & impingat.

Princeps vt gubernator.

Quũ interea ciues & ſubditi ocio perfruãtur/& colãt genialia, de principe ipſo illud merito concinnẽtes, In te omnis domus inclinata recumbit. Quo circa ſatis conſtat principatum nequaq; rem ſegnem eſſe/ſed laborioſam, nec ocio & animi relaxatione fluentem, ſed laboribus/curis/vigilijs inquietam, cuius faciem amœnam & amabilem forinſecus cõtemplantes, laborum interiorum aſperitudinem non vident.

Dictum Ageſilai

¶Interrogatus Ageſilaus ille magnus quo pacto quis gloriã apud mortales cõſequatur/ſic reſpondit, ἐι λέγοι τά ἄριστα πράττοι καί τα κάλλιστα, id eſt ſi dixerit optima/necnon pulcherrima factitauerit. Pulcherrimum autem cum primis eſt/ & in principe longe ſpecioſiſſimum exhibere ſe omnibus obuium & facilem/audire comiter et benigne deſideria adeuntium. Ex hac adeundi facilitate miro preconio Pompeius magnus extollitur a Macro Cicerone, Laudat & in Traiano Plinius panegyriſta admiſſionum facilitatem. Hoc & iuriſconſulti in proconſule ac præſide veluti officium neceſſariũ depoſcunt, vt ſcilicet omniũ deſideria audiant, & in adeundo ſe faciles præbeãt. Philippum Macedonum regem (quod memoratu dignum eſt) olim adiuit anus paupercula/rogans vt cauſam ſuam audire vellet, qui quum græce dixiſſet μη σχολαζειν, hoc eſt ocioſum ſe non eſſe. Tunc illa exclamauit, και μη βασιλευε, etiam ne regnes, tanq; imperare non debeat/qui adeuntes audire contemnit, verbum hoc demiratus Philippus/& illam audiuit diligenter, & cęteris deinceps præſtitit ſe facillimum. Sed ſicut hic dignus laude, ita Demetrius acerrima reprehenſione digniſſimus, cuius difficiles aditus, ſuperba reſponſa, intolerandum faſtum hiſtorici taxant. In Hieronymo quoq; Tyrãno ſyracuſano contemptus omnium hominum, ſuperbæ aures, cõtumelioſa dicta, aditus non alienis modo/ſed tutoribus etiam difficiles iure infamantur, ſed vt ad Demetrium redeam olim eum legati Athenienſium duos annos fruſtra tempus terendo continenter ſecuti ſunt, atq; re infecta ſine reſponſo dimiſſi. Idem contra Lacedęmonios indignabundus/q; vnum tantum oratorem ad ſe miſiſſent, vnum inquit Lacedemonij legatum ad me miſerunt, tum lacon ille vrbane ſimul & laconice, ικανος εἰς προς ἕνα ἐφι, ſatis eſt (inquit) vnus ad vnum, hic Demetrius qui & Poliorcetes, id eſt expugnator vrbiũ cognominatus eſt, quondã edixit ſeſe omnes benigne ac comiter auditurum, itaq; cunctis ſupplices libellos certatim offerentibus liberaliter accepit/& in chlamydis ſinum repoſuit. Quũ autem ſuarum quiſq; petitionũ expeditionem ſitienter expectaret, ad fluuium nomine Axium perueniens, aperta chlamyde libellos cunctos proiecit in flumen, qua ex re vehementer exacerbati alienatiq; ſunt animi Macedonũ. Debet itaq; bonus princeps audire omnium deſideria, ſe cunctis expoſitum/affabilemq; exhibere. Sit ad indulgẽtias quas vocant/propenſus. Imitetur Auguſtum Cæſarem, qui trepidantes accedere/

Facilitas admiſſionum

Scitũ Laconis dictum

Comitas Auguſti

comitate inuitabat. Faciat quod Alexander Rhomanus imperator, qui vocabat ſuos/et dicebat, Quid eſt q; nihil petis, an me tibi vis fieri debitorem, pete ne priuat⁹ de me quæraris. Meminerit Hadriani qui in colloquijs etiã humillimorũ ciuiliſſimus fuit, deteſtãs eos qui ſibi hanc voluptatem humanitatis quaſi ſeruanti faſtigium principis inuiderent. Scitum eſt illud Titi Veſpaſiani in penitiſſimis principum præcordijs recõdendũ, & in ore ſemper habendum/atq; imitatiõe quotidiana vſurpandum, qui dicere ſolebat

Hadrianus ciuiliſſim⁹.

Dictum titi

non oportere quenq; a ſermone principis triſtem diſcedere, qui recordatus quondam ſup cœnam quod nihil cuiq; tota die præſtitiſſet, memorabilem illam meritoq; laudandam vocem edidit, Amici diem ꝑdidi. A Salomone quoq; decenter dictum, hilaritudo principis eſt velut imber ſerotinus. In hoc quadam quaſi peculiari laudatione dilaudari meretur princeps noſter Ioannes Bentiuolus, ad quem aditus ſunt omnibus indiſcriminatim ita faciles/vt nihil facilius cuius mira eſt aurium patientia, de quo in præſentia modice loquar, aut etiam intra modum, ꝓpterea q; ipſe coram adeſt, ne videar præſentis auribus lenocinari, & quadam quaſi aſſentiuncula captare auram principalem, aliud erit de principe noſtro dicendi tempus/alius locus, quum id libellis a me editis iam non minima ex ꝑte factum ſit. Laus Ioānis Bentiuoli

¶ Princeps ꝑbus & circumſpectus aures ſuſurronibus & calumniatoribus præbere non debet. Qui ꝑſæpe aures principales ita præoccupant/ innocentes criminando, vt difficillimum ſit id ex præcordijs principis euellere/quod falſus criminator infixit. Laudant hiſtorici dictum illud Domitiani memoratiſſimum, Delatores qui non caſtigat, irritat Agedum imitentur principes imitatione dignum exemplum illud Alexandri magni. Qui in iure dicendo q; diu dicebat accuſator, Aurem alteram manu ſolebat occludere quæ reo illibata ſeruaretur, Alteram tm̄ porrigens acuſatori. Hoc nimirum eſt quod ſignificare voluit ꝓpheta pſalmographus quum dixit in pſalmis, Sepi aures tuas ſpinis, hoc eſt vt interpretatur Hieronymus, Nolí habere aures prurientes ad audiendam alienas calumnias. Obtrectatio vt apud Herodotum inquit ſcite vereq; Artabanus res eſt imꝑportuniſſima, in qua ſunt duo qui iniuriam faciunt, vnus cui iniuria fit. Qui detrahit/ iniurius eſt. Item qui audit & credit/ iniurius eſt, q; prius credit q; rem compertam habet. Maxime autem omnium principes quodam quaſi impulſu naturali dum audiunt commouentur, & auditis fidem præſtãt. Ita vt merito dixiſſe videatur Xerxes ille magnus Perſarum rex Animum habitare in hominum auribus. Nam ꝓut bene vel male audit, ita lætatur vel excandeſcit. Ergo ne ſint aures principum expoſitæ rumoribus, ne ſint patulæ calumnijs. Non ꝓcliuiter nimis credant ſuſurronibus ac rumigerulis, quibus nihil ꝓnitioſius. Prouerbialiter celebre eſt, ſæpe moram eſſe meliorem. Et cunctatio ꝓinde ac præcipuum bonum in magnis ductoribus ꝓbatur. Itaq; princeps ſit cunctator & lentus in credendo. Mores hominum penſet/ libret/ examinet, nec recluſo pectore pateat inſidiantibus, immo calumniatores & criminum conſarcinatores & rumorum aucupes ex aula principum eijciantur/explodantur, & a limine cubiculi principalis ꝓcul eliminentur, qui inſtar cibaratarū verrinorum odorant omnia & ꝓueſtigant. Qui linguas venenatas vibrant inſtar ſerpentium virulentorum. Nimirum hi homines ſunt qui (vt inquit ſcite Plinius noſter) ad venena naſcuntur. Quorum tabes animi contrectata adurit, qui culpant omnia, qui nullum aliud abominati ſpiritus linguæq; maledicentiſſimæ præmium nouere q; odiſſe omnia & calumniari. Hæc eſt vt inquit poeta epigrammatarius. Turba grauis paci placidæq; inimica quieti. Hi ſunt qui quum tantulum veneni genuini in aurem principis facilem ſtillauere. Amicus/ ꝓbus/innocens/vetus/fidelis, limine ſubmouetur, perierunt tempora longi ſeruitij, & nuſq; minor eſt iactura clientis. Hi ſunt qui aures

Pſalmographus dauid

Detracto res peſſima

Animus in auribus

Cūctator

Cibaratæ verrini.

Hoīes ad venena nati.

principum virosa susurrorum fece conficiunt. Hi sunt quorum comparationi digitum tollerent, cederentq; famigerati delatores Narcissus Asiaticus, Massa Parthenius. Hi sunt qui inuident opulentis diuitias, ꝓbis bonitatem, litteratis eruditionem, fauorabilibus gratiam, omnibus omnia. In cubiculis principalibus viperæ, in fallacijs consarcinandis vulpes, in alienis negocijs introspiciendis lyncei & oculi toti, quorum calumniæ plures peffundant cꝫ morbi, cꝫ pestis, cꝫ dira infortunia. Operepreciũ est hoc in loco commemorare quemadmodum pictorum clarissimus Apelles calumniatorem, calumniamq; vltus sit, quum apud Ptolomeum ab Antipholo tanq; ꝓditor falso insimulatus foret, & ob id capitali supplicio pene multatus, vixq; infortuniũ euasisset, pinxit in tabula picturã hanc. Virum sedentem fecit auribus prægrandibus præditum, ꝓtendentem manum ad calumniam ꝓpius accedentem. Circa hunc stabant duæ mulieres, Ignorantia scilicet & suspitio. Ex alia ꝑte pinxit calumniam imagine mulierculæ venustioris, quæ ardens & concitata, quandam quasi rabiem & iram præ se ferens, sinistra facem accensam tenebat, dextra adolescentem quempiam ꝑ capillos trahebat, manus in cœlum tendentem, & deos obtestantem. Præcedebat calumniam vir squalidus & deformis clarissime cernens, hæc erat inuidia. Duæ puellæ calumniam adornantes visebantur, altera erat insidia, altera fraus. A tergo sequebatur lugubris quædam fœmina pullis vestibus ac laceris induta, & hæc pœnitentia dicebatur, quæ retro flexa cum luctu & verecundia aspiciebat aduenientem veritatem. Hac pictura Apelles calumniam calumniæq; appendiculas in tabula graphice & scienter expressit. Subit hac in reputatione exemplum prisci sæculi / dignum scitu, nec indignum relatu, & quod principes haud quaq; audiant incuriose ac negligenter. Scribit Amianus Marcellinus fuisse Cephidium quẽdam accusatorem acerrimum, qui apud Iulianum imperatorem Rhomanum accusabat numerium vt furem, a quo quum obiecta diluerentur, nec posset in quoq; confutari. Tunc accusator inopia documentorum percitus exclamauit. Et quis florentissime cæsar nocens poterit esse vsq; si negare sufficiet. Tunc Iulianus prudenter motus respondit hoc dictum bracteatum. Et quis innocens esse poterit / si accusasse sufficiet? Sed sicut laudatur Iulianus, ita reprehenditur Constantius imperator, cuius aures erant nimis patulæ ad credendum, & criminatoribus expositæ. Faciat bonus princeps id quod Augustus, qui cum Aemilio Heliano obꝟceretur, ꝙ male opinari de cæsare solebat, conuersus ad accusatorem / cõmotoq; similis. Velim inquit mihi hoc ꝓbes, faciã vt sciat Helianus & me linguã habere. Plura em̃ de eo loquar, nec ꝙcq; vltra, aut statim, aut postea inquisiuit. Tiberio quoq; de eodem violentius cõquerẽti ita respondit, Noli ætati tuæ mi Tiberi hac in re indulgere, & nimium indignari quẽq; esse qui de me loquatur male, satis em̃ est si hoc habemus, ne quis nobis malefacere possit. Consimiliter Alexander magnus quum cognouisset se conuitijs a conuitiatore quopiam proscindi, βασιλικόν εστ ιρεφη ἐυποιουρ γακακωσ ακουειν, hoc est Regia res est inquit benefacientẽ male audire. Et ꝓfecto inter cætera quæ principes decent, clæmentia est quæ illos facit amabiles / gratiosos / fauorabiles. Quæ dos prima regum est, vt inquit Vopiscus. Et vt auctor est Seneca, nullum magis cꝫ principẽ decet. Hinc apud Claudianum Theodosius Honorio filio salubriter præcipiens

Calũnia picta ab Apelle

Exemplũ accusatoris

Cõstãtius credulus Augusti ꝓbitas.

Dictũ Alexandri Clæmẽtia regũ.

ſinquit. Sis pius imprimis, nam quum vincamur in omni munere, ſola deos æquat clæmentia nobis. Videtur opifex rerum ac parens natura demonſtraſſe clæmentiæ inſigne principibus potiſſimum conuenire, quæ regem apum ſine aculeo exarmatum eſſe voluit, vel ſi ſpiculum dedit/eo tamẽ vti noluit. Non enim conſtat inter auctores, Rex in apibus nullum ne ſolus habeat aculeum, an dederit eum quidem natura/ſed eius vſum negauerit. Illum conſtat imperatorem aculeo nõ vti, vt ſcilicet ita oſtenderet natura, Regem neq; ſæuum neq; crudelem eſſe debere. Et vt inquit Ambroſius volumine hexametri quinto. In rege præcipuum eſt vt præſtet morum mãſuetudine, Nam etſi habet aculeum, tamen eo non vtitur ad vindicandum. Sunt enim leges naturæ, non inſcriptæ litteris/ſed impreſſæ moribus, vt leniores ſint ad puniendũ/qui maxima poteſtate potiũtur. Igitur principes ſine aculeo ſint, vel ſi aculeum habent/eum recondant, & maximũ deorum Iouem imitentur, qui miſſurus fulmen perniciosum aduocat in cõſilium deos, idq; ex conſilij ſententia iaculatur. Quod vero placabile eſt & prodeſt, id ſolus emittit. Hoc philoſophi poetæq; rationabiliter finxerũt, quia ſcilicet Iouem id eſt regem prodeſſe etiam ſolum oportet, nocere nõ niſi cum pluribus viſum eſt. Diſcãt hi (vt Senecæ verbis vtar) quicũq; magnã potentiã inter homines adepti ſunt, ſine cõſilio nec quidem fulmen mitti aduocẽt/conſiderẽt multorum ſententijs nocitura temperent, & hoc ſibi proponãt/vbi aliquid percuti debet, ne Ioui quidem ſuũ ſatis eſſe cõſilium. Herodianus apud grẽcos, Lampridius apud noſtros, Alexandrum rhomanũ imperatorẽ ex hoc clæmentiæ bono maxime extollunt, cuius imperiũ appellant Anæmaton/hoc eſt incruentum & ſine ſanguine. Dicere ſolebat Scipio, malle ſe vnum ciuem ſeruare q̃ mille hoſtes occidere, Quã ſententiã Antonius quoq; pius frequenter vſurpabat, vtpote clæmentiæ ac bonitatis exemplum. Reſponſum illud Alexandri magni ad matrem olympiadẽ, quis non laudet? quis non celebret/vt conſultiſſimum digniſſimumq; memoratu? qui illi roganti vrgentiq; vt ſua cauſa occideret quẽdam inſontem, ita prudenter reſpondit. Aliam parens optima poſce mercedem. Hominis enim ſalus beneficio nullo penſatur. Et profecto vt veriſſime ſcribit Antoni⁹ in epiſtola ad Fauſtinam. Nihil eſt quod imperatorẽ rhomanum melius commẽdet gentibus q̃ clæmentia, hæc Cæſarem deum fecit, hæc Auguſtum cõſecrauit, hæc Antonium pij nomine ornauit. Hinc Cicero in Cæſaris dictatoris laudẽ decẽter inquit, Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior/nec gratior miſericordia eſt. Item aliubi quoq; dixit oppido q̃ eleganter. Qui nihil obliuiſci ſoles niſi iniurias. Nõnunq; tamen ſçueritate vtendũ eſt/vt in officio omnes ſint, vt metu pœnæ a maleficijs improbi abſterreantur. Et ſicut bonos præmio proſequi decet, ita malos pœna mulctari. Prudẽter emi Solon qui & ſapiẽs vnus fuit ex ſeptem/& legum ſcriptor ſolus ex ſeptem, rempublicã duabus rebus cõtineri dixit, præmio ſcilicet & pœna. En Agedũ princeps bon⁹ & clæmẽs, bonos honoribus exornet. Malos ſi a malicia reuocare non poteſt per indulgentiã, pœna coerceat per ſæueritatẽ, ſic ſecreti ſint a bonis mali, vt a frumẽto lolium in cerniculo ſecernitur. Faciat quod medicus, qui interdum vrit/ſecat/abſcindit in corpore membrũ quod inſanabile eſt, ne pars integra contagione ſerpẽte pariter corrũpatur, iuxta illud cantatiſſimũ. Immedicabile vulnus enſe reſcindendũ eſt, ne pars ſincera trahat. Cõſimiliter princeps aliquando ſecet/amputetq; de corpe ciuitatis mẽbra putrida, hoc

Princeps ſine aculeo

Dictum Scipionis

Cicero de Cæſare

Scitum Solonis.

Honor & pœna.

Medic⁹ vrit & ſecat.

Princeps imitet medicū

est ciues sceleratos/perfidiosos/turbatores publici commodi,& molitores rerum nouarū exterminet/tollatq; de medio. Medici officium est,vt dicebat Asclepiades,& a Cornelio Celso repetitum est,vt cito/vt tuto/vt iucunde curet,tamen quandoq; austeriore medicina vti cogitur,ad vim morbi grauioris retundendā profligandāq;. Itidem principis officium est,vt molliter vt delicate/vt indulgenter subditos foueat/curet/tueatur. Nōnunq; tamen curatione mordaci & austerula vtetur. Causticaq; adhibebit ad edomandos duriores ciuiū morbos/& omnia molliora malagmata recusantes. Nā vt dicit eleganter Origenes libro secundo periarchon, Opus est interdum austeriore et mordaciore medicina/quando lenia medicamēta nō prosunt. Et vt scite ait Hieronymus,Putridæ carnes ferro curant & cauterio. In hāc sententiā illud Ciceronis saluberrimū est documentum, In corpore si quid huiusmodi est quod reliquo corpori noceat,vrere/secari patimur,vt mēbrorum aliquod potius q̄ totum corpus intereat. Sic in reip. corpore vt totum saluū sit quicquid est pestiferum amputetur. Et mediusfidius rectissime censuit Cleomenes,qui dicente quodā,Τὸν ἀγαθον βασιλέα πρᾶον εἶναι δεῖ οὐκοῦν ἔφη ἄχριτον μὴ εὐκατάφρονητον εἶναι, id est oportet bonum regem clæmentē esse & mitem,ita plane inquit quatenus cōtemptibilis non fiat. Ex quo nō pauci sunt qui magis sententiā Cleomenis probāt q̄ Aristonis. Cleomenes enim olim interrogatus,quid bonū principem facere oporteret/respondit. Amicis benefacere/& malefacere inimicis,tanq; bono principi & circūspecto cōueniat inter amicos & inimicos facere discrimē. Hanc vero Cleomenis sententiā quū quispiam laudaret vt optimā/ dixit Ariston,πωσο κρεισσον τους μέν φιλους εὐεργετεῖν τους δεχθρους φιλούς ποιεῖν,hoc est quanto melius fuerit amicis quidem benefacere,Inimicos autē amicos efficere. Vtcūq; censemus principem ad mansuetudinē & clæmentiā q̄ ad sæueritatem & pœnam propensiorē esse debere. Id quod olim Antigonus exemplo declarauit. Nam quū manipulares duo incūbentes ipsius tabernaculo facerent quod homines & periculosissime & libentissime faciunt/vt de rege suo male existimarent atq; obsequerētur,audiuit omnia rex Antigonus,vtpote quū inter dicentem & audientem parum interesset, nec tamen excādescens/immo leniter cōmonēs, Longius inqt discedite,ne rex vos audiat. Quid hac mansuetudine mitius? quid hac benignitate præstantius? nō exarsit princeps in vltionē,nō excanduit/sed maluit regia quadam lenitudine ignoscere q̄ vindicare. Laudat in augusto ingeniosus poeta Ouidi⁹. Q; sit piger ad pœnas princeps/ad præmia velox. Et vt inquit Cassiodorus,Propositum regale est pressis labe fortunæ pietatis remedio subuenire.

Dictū Agesilai.

Sentētia Cleomenis

Sentētia Aristonis de prīcipe.

Antigoni mānsuetudo

Sit magnificus.

¶Decet principē imprimis esse magnificum. Est aūt magnificus,vt docet Aristoteles in quarto ethicorū,Is qui in publica facit impensas velut in spectaculis/in epulo/in ædificijs. Hinc Plinius in Traiani Laudē. At q̄ magnificus inqt in publicū es. Hinc porticus,inde delubra occulta celeritate p̄perant. Magnificētia vt Tulliana finitione declaratur,est rerū magnarū & excelsarū cū animi ampla quadā & splendida ꝓportiōe cogitatio atq; administratio. Ergo princeps vt magnific⁹ dici merito possit, res magnas/sibi administrādas esse,ꝓponat. Homer⁹ appellat reges,κοσμητορασλαῶν, id est ornatores populorum. Ex eo opinor q̄ principis officium sit exornare ciuitates. Et ornatu cultuq; magnifico præbere se mōstrabilem. Maximum

Opⁿ austerula medicina. Dictum Hieronymi

haud dubie ornamentū eſt & ornatiſſimo principe digniſſimum extructio
ædificiorum. Olim gloriatus eſt Auguſtus ſe vrbem marmoreā relinquere quam lateritiā accepiſſet. Auctores Suetonius, Sextus Aurelius, Oroſius, cæteriq;. In laudem Domitiani dictum eſt (vt autumat Plutarchus) Aedificare gaudes. Ancus martius quartus Rhomanorum rex ædificator cum laude nominatur. Hæc q̄ bene, q̄ vere, q̄ laudabiliter de principe noſtro Ioanne Bentiuolo dici poſſint, quis ignorat? cuius ædes vrbicæ, villæ ruſticæ, ac prætoria magnificētur extructa, quotidie teſtimoniū perhibent principalis magnificētiæ, cui⁹ ductu & auſpicio hæc vrbs exuto ſqualore/ac ſcitu ex deformi pulcherrima facta ē, vt merito gl'iari poſſit ſe bononiā luteā/ligneā inconditā accepiſſe lateritiā/marmoreā/cultiſſimā reddidiſſe.

Gloriatio Auguſti

Laus Ioānis Bentiuoli

¶ Plato ille deus philoſophorum libro quinto de republica, dixit beatas fore ciuitates, ſi aut philoſophi imperarent/aut principes philoſopharētur. Pulchrum eſt mediuſſidius ſi fieri poteſt principem eſſe litteratū, quo nihil pulchrius/nihil excellentius fieri poſſe contendo. Hinc Hiero, Attalus, Mago Iuba, ſtudiorum claritudine memorabiliores extitere q̄ regno, hinc cæſar dictator, hinc Auguſtus, hinc alij cæſarum compluſculi non minus eloquentia & eruditione q̄ imperio clari cenſentur. Hinc Alexander magnus dicere ſolebat, malle ſe diſciplinis antecellere q̄ opulentijs. Et ab Homero rectiſſime dictum Calliope regum comes eſt Ioue nata parente. Olim a ſenatu rhomano in laudem Taciti imperatoris acclamatum in curia eſt. Quis melius q̄ litteratus imperat? Sed quum principes omnes litterati eſſe non poſſint, quum in principe aliud quæratur q̄ litteratura, vt inquit Iulius Capitolinus, ſit ſaltem princeps amator litteratorū, faciat quod Dionyſi⁹, qui dicebat ſe in aula habere & nutrire multos ſophiſtas & eruditos, vt p illos fieret admirabilis dignuſq̄ apud alios cōmendatiōe. Et profecto ſi verum diſpicere velimus, niſi forent litteræ, niſi ingenia eruditorum, ignorarentur principes/reges/imperatores omnes, barbari/greci/rhomani. Quis Cyrū? Quis Alexandrum magnū? Quis Pompeium tribus fulgētem triumphis? Quis Aemilium Fabios/Scipiones? Quis Cæſarem dictatorem, immo cæſares omnes noſcet, niſi eos luculenti ſcriptores in litteras rettuliſſent, niſi monumentis librorum, quibus immortalitas vitæ conſtat/eos immortales effeciſſent/ac poſteritati commendaſſent. Hinc Alexander magnus fœlicem dixit Achillem qui Homerum habuiſſet ſuæ virtutis preconem. Cuius extat elogium illud apud Silium memoria dignum. Fœlix æacida cui tali cōtigit ore Gentibus oſtendit, creuit tua carmine virtus. Alter Alexander rhomanorum imperator litteratorum hominū confabulatione recreari ſe dicebat & paſci. Si principes fouebunt eruditos, ſi mecœnates extiterint/ingenia vegetabuntur, litteræ quæ hactenus intermortuę iacuerunt/reuiuiſcent. Cateruas videbimus eruditorum. Iudicio enim principum ſtant ingenia & cadunt.

Principes ſint litterati

Dictum Alexandri

Calliope regum comes.

Litteris immortalitas conſtat.

Fœlix æacida.

¶ Præterea cui dubium eſt, quin id quoq̄ optimo principi glorioſum ſit habere rationem ſtudioꝝ, cōſtituere in ſuis vrbibus gymnaſia litteratoria. Et Aſylum (vt ita dicam) doctrinaꝝ patefacere, quo agminatim vndiq̄ cōueniant multijugæ eruditionis candidati ciſmontani, tranſmontaniq̄, quibus curæ eſt linguā eloquio, animū diſciplinis excolere. Hoc nimirū beneficentiſſimi principis beneficiū ampliſſimū eſt ac laudabile inſtitutū, honorē habere dicendi magiſtris, dignitatem/emolumentaq̄ ſapiētiæ doctoribus

Gymnaſia litteratoria

Candidati doctrinarū

impertiri. Est em̃ (vt inquit eleganter Simachus) hoc specimen florentis rei publicæ, vt disciplinarum professoribus premia opulenta pendantur. Hinc Traianum nõ proletarij scriptores/sed classici merito laudant, ꝙ ingenuas artes/eorũq; professores in complexu oculis/auribus habuerit. Q. studia humanitatis professi apud eũ fauorabiles extiterint. Denicq; ꝙ sub ipso spiritum/& sanguinẽ & patriã studia receperint. Bononia (quod inter omnes constat) florens famigeratacq; est inter Italicas vrbes, sed eam florentissimã illustrissimamq; nulla ferme res alia peræque facit ac diatribę & gymnasia litterarum atcq; cõciliabula scholasticorum, quæ haud dubie cum omnibus totius Italiæ celebrationibus gymnasijs claritudine contendunt/nulli cedunt. Quæ Alexandrino Attico, Tharsensi Massiliotico, memoratissimis apud priscos gymnasijs proxima accedunt, et q̃q̃ longo interuallo/tamen proxima. In præsentia princeps noster Bentiuolus operam & quidem impensam dat, vt gymnasium hoc nostrum indies magis florescat conuentu scholasticorum frequẽtissimo & claritudine professorum, qui tanta sunt excellentia præditi/& in eo doctrinarum fastigio collocati, vt etiam non nominati nominẽtur/vt solo nutu intelligantur, quorum virtuti & nomini faueat cœtus scholasticorum/& assurgit ordo professorum. Sed de tota re literaria alibi plura.

Traian⁹ auctor litatorũ.

Bononia florens ex lris

¶Ante omnia princeps si vult laudari/,pbariq; perinde ac optim⁹ principũ, sit munificus ac liberalis. Nam vt inquit epigrãmaticus poeta. Nulla ducis virtus dulcior esse potest. Auctor est Aristoteles in Ethicis, ꝙ liberales maxime omniũ virtute prȩcellentiũ diligantur. Pacatus in Panegyrico ait. Et rei & famæ cõsulit munificus imperator. Lucratur em̃ gloriam, quũ det pecuniã reuersurã. Quicquid em̃ in ciues manat a principe, redundat in principẽ. Apud Rabiriũ poetam dicit. M. Antonius, Hoc habeo quod cũq; dedi. Cui subscribit illud epigrãmatistæ vulgatissimũ. Extra fortunam est quicquid donatur amicis. Quas dederis solas semp habebis opes. Plinius noster loquens de deo. Deus est inquit mortali iuuare mortalem. Et hęc ad æternã gloriam via, hac iere proceres rhomani, hac ingenti passu nũc vadit Maximus æui rector Vespasianus, fessis rebus subueniẽs. Maro quoq; sub inuolucro poetico designat munificis ac liberalibus remunerationem post obitum rependi, certũq; illis cõstitutũ locum, vbi æuo beatissimo perfruantur. Nam quũ Elisios campos in sexto describeret, vbi putant habitare animas beatorũ, nõ solum ibi posuit eos qui ꝑpriꝭ meritis ad illas sedes peruenire potuerũt, sed id quoq; adiecit. Quicq; sui memores alios fecere merẽdo, id est (vt interpretat̃ Augustinus) qui ꝑmeruerũt alios eosq; sui memores promerẽdo, hoc est beneficiũ præstando fecerunt. Quid aliud euangelica illa sentẽtia præcipit̃/q̃ vt liberalitatẽ exerceamus? quæ ait, Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, id est de pecunia vel de diuitijs/quæ de iniquitate proueniũt. Dines enim (vt inquit Hierony.) aut iniquus/aut iniqui hæres. Cecinit Claudianus in laudem Theodosij. Magnaq; largitor opum largitor bonoꝝ. Augustus de seipso scripsit hęc, Liberalitas mea me ad cœlum euehet. Sicut autẽ nulla virtus amabilior est liberalitate, ita nullum plane vitium odiosius tetriusq; est auaricia in principibus & rempub. gubernantibus. Habere em̃ quæstui rempublicã (vt inquit verissime. M. Tullius) nõ modo turpe est/sed sceleratum etiã ac nefarium. Idem nõ minus vere q̃ eleganter tradit amorẽ multitudinis cõmoueri ipsa fama & opinione libe-

Liberalitas in principe amabilissima

Munifici in Elisios

Amici de mãmona iniqtatis.

Auaricia in principe teterrima.

ralitatis. Auidius Cassius dicere solebat auariciam in imperatore esse acer bissimum malum. Eia habeat bonus princeps in ore promptum, & in pectore conditum verbum illud Traiani, qui fiscum principis scitissime lyenem vocabat. Nam vt lyene crescente reliqui artus & membra tabescunt, ita fisco principis turgente ciuitatis corpus vna cum membris langueſcit & intermoritur, vt lyen modicus vegetat in corpore membra & auget robur, sic fiscus principis moderatus nec extuberans causa est bonæ valitudinis in corpore ciuitaris. Vespasianus apud Philostratum rogat Apollonium Thyaneum, quem antiquitas vt diuinum, immo vt deū admirata est, vt ipsum doceat quæcūq; facere bonum principem oporteat, cui Apollonius in primis præcipit diuitias illas esse fugiendas, quæ ex collatione tributorum a gementibus hominibus prueniunt. Sordidum em̄ id aurum est putandum, quod ex lachrymis oritur. Non queo mihi temperare, quin hoc in loco cōmemorem documentum saluberrimum Cyri Persarum regis, quod memorat Xenophō in Pædia, quod sine dubio dignissimum est memoratu. Scribit em̄ luculentus ille scriptor Cyrum inter cæteros fuisse beneficum ac liberalem, adeo vt dictitaret se thesauros habere diuitiarū amicos, quos donationibus diuites opulētosq; efficiebat, qui dicere solebat cōsimilia esse opa pastorū & regum. Nam sicut pastorē decet præstare vt pecora habeat læta & succulēta, ita regē par est ciues & subditos facere fœlices & opulētos. Huic Cyro regum munificētissimo dixit olim Crœsus fore, vt immodica donans paup fieret, quū posset domi recōdere thesauros ingētes. Cui Cyrus, Quantā inquit pecuniæ summā putas me in hodiernū potuisse colligere, si aurū nulli dono dedissem, ex quo tempe in impio sum? Crœsus infinitum quendam numerū respondit. Tūc Cyrus, Tibi (inquit) ostendā maiores me pecunias possidere, mitte quēpiam ex tuis cū nuncio meo. Mox cōuersus ad Hystaspam. I Hystaspa inqt ad amicos meos dic indigere me auro, roga vt mihi suggerant affatim pecuniā, pscribeq; quisq; amicorū mihi velit cōtribuere. Iuit ille, petijt, cōscripsit, & maiorē pecuniæ summā supputauit, q̄ duxerat Crœsus futurā in thesauris, si ea cōseruasset. Vbi hoc patuit, vides ne inqt Cyrus o Crœse mihi thesauros esse, nā dum amicos diuites reddo, hos mihi thesauros comparo, & longe quidem fideliores, q̄ si ipse domi defodissem. Idem aiebat se pecunias ob id desiderare, vt amicis subueniret. Iulianus impator (auctore Amiano Marcellino) prædicabat illud Alexādri magni, q interrogatus vbi thesauros haberet, apud amicos beniuole habere se respōdit. Nōne principes quum talia aut audiūt aut legūt, ad liberalitatē exercēdā inflāmant? quæ subditos reddit deuotos, fideles, obnoxios, qua īmortales efficiunt, quæ denicq; tāti moti est, vt possit princeps obtētu liberalitatis obūbrare crimina tantū non enormia, & hac vna laude pēsare.

¶ Recte etiam in principe laudat hospitalitas, vtpote germana liberalitatis. Est em̄ valde decorū (vt inquit Arpinas orator) patere domos hominū illustriū illustribus hospitibus. Idq; etiā reipublicæ est ornamēto. Ideoq; domus principū amplæ esse debēt, & laxitate cōspicuæ, quū hospitibus & hominū cuiusq; generis multitudine frequētent. Ab hac quoq; hospitalitatis laude dilaudādus est princeps noster, cui' ædes pulcherrimæ, magnificētissimæq; patēt hospitibus illustrioribus, a quo omnes ferme & minuti reguli & maximi principes istac trāseūtes, hospitaliter ac comiter accipiuntur.

Dictū Auidij Cassij.

Fiscus principis vt lyen

Apollonius vt deus.

Aurū ex lachrymis fordidū

Exemplū Cyri liberalitatis

Thesauri apud amicos

Hospitalitas

Laus Ioānis Bentiuoli.

Cimõ hoſpitaliſſimus. Theophraſtus, Plutarchus, Aemilius probus, cæterique Cimonem Athenienſem vt hoſpitaliſſimum in ſuos curiales laciades laudibus ferunt, qui ita inſtituiſſe fertur, & villicis imperaſſe/vt omnia præberentur, quicũque tribulis in villã ſuã diuertiſſet. Apoſtolus quoque præcipit epiſcopos cum primis hoſpitales eſſe debere, quod in Decretis canonicis diſtin. xli. latiſſime enarratum legas.

¶ Cæteræ quũ ſapiẽtes definiãt quattuor virtutes, Iuſticiã/ prudentiã/fortitudinẽ/temperantiã, quarũ quadriga alias quoque ſecũ vehat. Quis neſcit eas bono principi ſtudioſo/enixeque colẽdas? Et ne in præſentia ſinuoſos nimis ac lõgos cõmẽtarios faciã/vt ſuccinctius cũcta ꝓſtringã, & q̃ſi trãſeũter attingam. Iuſtus eſſe ante omnia princeps debet, & veluti in ſtathera, atque in librili cũcta ꝓpendere. Ius religioſe & æquabiliter dicere, nec digitum quidem trãſuerſum aut vnguem latum (vt dicitur) a legis præſcripto diſcedere, niſi quatenus in pœna exigenda mitius agat & mollius. Lex em̃ (vt inquit rectiſſime Pindarus) domina eſt, quæ vitiorũ emẽdatrix eſt/cõmẽdatrixque virtutum. Qui legem præeſſe iubet, videtur iubere deum præeſſe, vt auctor eſt Ariſtoteles: Miniſtri legũ ſũt magiſtratus, vereque dici poteſt magiſtratũ legẽ eſſe loquentẽ. Legẽ autẽ mutũ magiſtratũ, illi vero ciuitati paratum inquit Plato interitũ video, in qua nõ lex magiſtratibus/ſed legi magiſtratus præſunt. Salutẽ vero illi, vbi lex magiſtratibus dominat. Cũcta mediuſſidius bona illi reipublicæ affore cõſpicio, cuius princeps ſinceriſſimus iuſticiæ cultor extiterit. Quæ vna virtus omniũ eſt domina (vt Marci Tullij verbis vtar) & regina virtutũ, ſine qua quid ſunt magna regna (vt autumat Auguſtinus) niſi magna latrocinia. Interrogatus aliquãdo Ageſilaus, vtra virtus eſſet melior fortitudo, an iuſticia/ oppido q̃ ſcite reſpõdit, οὐδὲν ἐφη ἀνδρείας χρῄζομεν ἂν παρεσωμεν δίκαιοι, nihil (inquit) fortitudine indigemus, ſi iuſti oẽs ſimus. Darium Perſarũ regẽ iuſticiæ olim ſacrificãtẽ/dixiſſe refert Philoſtratus. O domina ſiqua es vsq; quibus plane verbis ſatis oſtẽdit ſe iãpridẽ exoptaſſe iuſticiã, necq; illã vsq; gentiũ agnoſcere potuiſſe.

¶ A nobiliſſimo philoſophorũ dictũ eſt, οὔτε σ πρόσ οὔτε ἑω σ ορτό θαυ μαστοσ. Quod neque Heſperus, neque lucifer ꝓinde atque iuſticia admirabilis eſt. Quã eruditi erudite/graphiceque oleo cõparãt. Vt em̃ oleũ intus ingeſtũ obeſt/foris infuſum ꝓdeſt, ſic & iuſticia oĩs a nobis circa alios eſt, magiſque alĳs ꝓdeſt q̃ exercitori.

¶ Ob hoc dixit in Ethicis Ariſtoteles, Iuſticiam/ virtutẽ ad alium ex qua vna virtute viri boni appellant̃, ex qua Ariſtides dicæos, id eſt iuſtus cognominatus. Hinc Traianus laudibus effert̃, ꝙ ſe legibus ſubiecerit, qui abiturus conſolatu iurauit ſe nihil contra leges feciſſe. Et ſane ſicut princeps eſt ſupra ciuitatẽ, ita leges eſſe debẽt ſupra principẽ. Symbola iila Pythagoræ & ænigmata intelligat princeps ad ſe potiſſimũ ꝓtinere. Statherã ne trãſilias, id eſt ne prætergrediare iuſticiã. Coronã minime carpendã, id eſt leges vrbium cõſeruãdas. Per viã publicã ne ambules, id eſt ne multorũ ſequaris errores. Itaque faciat princeps iuſtus quod in bonis principibus glorioſũ fuiſſe accipimus, vt nullius ab eo magiſtratus ius, nullius auctoritas minuatur, ad prætorẽ, ad iuridicos magiſtratus, plæraque omnia remittat, leges ne cõculcet, & iuſticia ꝓinde ac adminiculo firmiſſimo fulciatur. Ad quam quũ omnes mortales, tum præcipue principes ſe eſſe natos intelligãt, quã

Iuſtus ſit princeps

Lex dña

Iuſticia regina virtutũ

Dictũ Ageſilai.

Dictũ Darĳ

Iuſticia oleo cõparat

Ariſtides iuſtus

græci dicæosynen appellitãt, quasi δικαίου συνεσιν, id est iusti intelligen
tiam, vt interpretatur Plato in Cratylo. Atqui quũ iusticiæ pars sit religio,
quũ dei cultus iusticiæ ascribaẽ, speciosum haud dubie est principem & esse
& videri religiosum/reiq; diuinæ cultorem. Religione enim vita constat, re
ligione (vt auctor est Lactantius) homo præstat cæteris animãtibus. Reli/
gionis vinculo homines deo obstringũtur ac religantur, vnde ipsa religio
nomen creditur accepisse/cui aliunde deducãt. Deo omnes homines ser/
uitutem debẽt, quæ latria græce dicitur. In primis vero principes decet dei
cultus, quam Theosebian greci appellant. Cultura autem dei potissima est
bonitas. Vis (inquit Seneca) deos propitiari/ bonus esto, satis illos coluit/
quisquis imitatus est. Caueat princeps, ne illud quo peius nihil dici potest/
de se merito dicatur. Contemptor diuum Meçentius. Princeps non minus
hominẽ se/cũ hominibus præesse meminerit. In pectore principali cõditum
sit illud Horatianũ. Dijs te minorem q̃ geris imperas. Hinc omne princi/
pium, huc refer exitũ. Religio in principe efficit, vt omnes subditi modestia
quadam/& quasi sanctitudine contineãtur. Illa quoq; religionis pars/nec
ea quidem minima est extruere templa, restituere delubra vetustate laben/
tia. In laudem Augusti dictum est, Templorum positor, temploq; sancte re
positor. Sciat tamen princeps deos nõ tam adorantis erogatione/cũ sancti/
tate lætari, qui puram mentem cũ aurum malunt. Hinc Alexander rhoma/
nus imperator auri ne guttulam quidẽ aut bracteolam in templis posuit,
susurrans illud Persianũ. In sancto quid facit aurum. Ego vero censeo prin
cipem & mente & manu erga deos munificum esse oportere. Qui etsi nul/
lius indigui sunt, tamen volunt principes beneficiorum nec immemores/
nec ingratos existere.

Religio in principe.

Latria theo/sebia.

¶ Quid dicam principẽ prudentẽ esse debere, & cuncta sollerti ratione
perpendere, quũ prudẽtiæ inter virtutes principatũ Plato det libro. ij. de le/
gibus. Quũ dicat Salomon. Fructum prudentię meliorem esse auro & lapi
de precioso. Quũ Socrates asserat nullã virtutẽ esse sine prudentia, quæ grę
co vocabulo phronesis nominatur. Anaxagorã & Thaletem, alioq; id ge
nus homines sapiẽtes esse dicunt, prudentes negant. Impossibile est (inquit
Aristoteles) prudentẽ esse quẽpiam/nisi sit bonus. Sit igitur princeps non so
lum ipse præditus prudentia, verũetiam cõsiliarios prudentes habeat/qui/
bus bene cõsulentibus credere possit. Nemo emi per se vnq; solus ita sapit,
nemo ita circũspectus ac sagax, nemo ita linceus est/vt nõ aliquando labet
atq; cæcutiat, q̃ si genuina quadã excellentiq; prudentia præditus princeps
aliquando reperiatur/vt alieno consilio nõ egeat, tamẽ id faciat quod sum/
mi nauiũ gubernatores, qui in magnis tempestatibus a vectoribus admo/
neri nõ recusant. Consilium bonũ (vt inquit verissime Marcus Varro) et ei
qui consulit/& qui consulitur bonũ habendum est, sicut econtrario malum
consiliũ consultori pessimum est, qui versus prouerbialis de græco illo He/
siodi versu expressus videtur, ἡδὲ κακὴ βουλὴ τῳ βουλευσαντι κα/
κιστη, id est consultum male consultori pessima res est. Amicum fidelem
vitæ medicamentũ esse prodidit Salomon. Q. si sancti & venerabiles con
siliarij/non malicioſi neq; furaces principi cõtigerint, cuncta salubriter/san
cte/innocenter administrabũtur. Cum talibus princeps omnia cõmunica/
bit, talium saluberrimis cõsilijs libens obsequetur. Faciet q̃ quod Marcus
Antonius imperator, cuius memorabilis est illa sentẽtia. Aequius est vt

Prudẽtia in principe.

Consiliarij prudentes.

Consiliũ malum cõsulto/ri pessimũ

Snĩa antonij memorabil.

ego tot consiliũ amicorũ sequar/q̃ vt tot tales amici meam vnius voluntatem sequãtur. Et sane (sicuti proditum est a scriptoribus idoneis) melior est respublica & ꝓpe tutior, in qua priceps malus est, ea in qua sunt amici principis mali. Siquidem vnus malus potest a pluribus corrigi. Multi aũt mali non possunt ab vno q̃uis bono/vlla ratione superari. Id quod Homulius quondã Traiano imperatori dixisse memoraẽ. Sed sæpenumero (quod dolenter dicendũ est) euenit, vt sanctus/cautus/ optimus princeps vendatur/ circũscribaturq; de improbis cõsiliatorib⁹, qui excubare sese simulantes in negocijs principalibus/clanculum cuncta peruertunt, et cupiditate priuati emolumenti rectum præuaricantes/fumũ precio vendicant, vt Prisci dicebant. Digni prorsus qui fumo ipsi puniãtur, sicut olim Thurin⁹ ab Alexandro rhomano imperatore punitus est, Præcone dicente. Fumo punitur qui fumũ vendit. Cæterum sicut fidi consiliarij & prudentes audiendi sunt, ita assentatores/adulatoresq; explodendi, qui ad voluptatẽ loquũtur omia, nihil ad veritatem. Prestat (inquit Antistenes) in coruos q̃ in assentatores incidere, quippe illi mortuos/isti viuos deuorant. Et sane adulatio (prout clarissimi scriptorũ prodiderũt) res seruilis ac pernicioſa. In aula principũ prope peculiariter glisćens vigensq;, perpetuũ (vt inquit Curtius) regũ malum, quorum opes sæpius assentatio q̃ hostis euertit. Quocirca etiã atq; etiã caueant principes, ne aures assentatoribus patulas præbeant/neq; se adulari sinãt. Multi em̃ sunt gnatonũ similes, qui glorioſum militem infatuũt. Verba adulatorum mollia feriunt interiora ventris. Quippe adulator blandus inimicus esse creditur. Laudat Mamertius Iulianũ imperatorẽ, ꝙ aduersus omnes assentatorũ illecebras captioneſq; munit⁹ esset, ꝙq; ei a fucatis adulantiũ venenis periculum nullum foret. Augustũ quoq; Cæsarem ex eo celebrant/ꝙ adulationes indecoras represserit, de quo nõ minus vere q̃ scite dixit Horatius, Cui male si palpet, recalcitret vndiq; tutus. Meminisse hoc in loco par est, id quod Pescenius niger dixisse quõdam memoratur. Nam quũ quidam illi imperatori iam facto panegyricũ recitare vellet, dixisse fertur verbũ hoc dignũ scitu relatuq;. Scribe laudes Marij/vel Hanibalis, vel alicuius ducis optime functi. Et dic quid ille fecerit, vt nos imitemur. Nam viuentes laudare irrisio est, maxime principes a quibus speratur, qui timentur, qui p̃stare publice possunt, qui possunt necare, qui proscribere. Sed quũ naturã vel bonã fortuna plærũq; corrumpat, accidit frequẽter/vt principes magniloquẽtia adulatorum sufflati/vera credant omnia esse quę de seipsis audiũt prædicari. Tunc Cristæ cõsurgunt. Et vt inquit Satyrographus, Nihil est quod credere de se non possit, quũ laudatur dijs æqua potestas tunc adulatoribus arrident ac blandiũtur, seueris ignarisq; blandiendi prorsus infesti. Sic olim Crœsus Solonem expulit præcipitem, quia blandiri nesciebat. sic Dionysius Philoxeno acriter succensuit minime assentãti. Infatuat nimirũ hæc adulatio vitiorũ altrix & veluti gangrena serpens latissime intra limina potentiorũ, & hæc hactenus.

Fumo punit qui fumũ vẽdit.

Contra adulatores.

Adulator blãdus inimicus

Venena adulantium

Dictum Pescenij.

Viuẽtes laudare irrisio

Solon explosus.

Adulatio vt gangrena

¶Pærterea quis nescit principẽ fortitudine quasi muro septum ac vallatum esse debere, vt animo subnixo erectoq;, imperterrit⁹/impauidus/extrilidus cuncta regat ac moderet, nec terriculis vanis cõcutiat, nec muscas (vt aiunt) volitãtes pertimescat. Propria est virorũ fortitudo, quæ ex virtutib⁹ vna peculiari quasi nomine virtus nuncupat. Est enim ex viro virtus appellata, perinde ac virum fortitudo maxime deceat, vt auctor est. M. Tullius.

Fortitudo in principe.

Andria apud græcos nominãtur quaſi virilitas, ꝙꝙ Plato etymon atꝙ in/terpretamentum aliunde deducat. Homerus duas regis virtutes veluti præcipuas probat, iuſticiam ſcilicet & fortitudinem, quum ſic iuquit. Ille bonus pugnator erat dux optimus idem. Quem verſum Alexander ma/gnus adeo adamabat, vt eum cenſeret omnibus alijs verſibus homericis anteponendum. Inter fortitudinis partes exigimus, vt princeps nõ minus ſit rei militaris ꝙ ciuilis adminiſtrationis gnarus conſultuſꝙ, nec minus bellica laude ꝙ vrbica præpollens. Hic locus me ſubmonebat, vt de re mi/litari & de imperatorijs virtutibus nõ nihil diſſererem. Verum hac ad præ/ſens narratione ſuperſedendum, quum aliquot abhinc annos totum id ne/gocium luculenta opinor diſertatione affatim explicauerim. Cæterũ quũ alia fortitudo in milite, alia in duce requiratur, quum ſit alia animi, alia cor/poris fortitudo. Tempeſtiuum erit hic quoꝙ pauca quædam inſerere faci/entia ad robur corporis augendum, & bonam habitudinem cuſtodien/dam, quod imprimis præſtat gymnaſtica exercitatio, qua cuncta conuale/ſcunt, qua membra corporis fiunt viridiora vegetioraꝙ. Scitum ẽm illud eſt. Ad bonam valitudinem plus exercitationem ꝓdeſſe/ꝙ medicos. Sed ſuꝑ hac quoꝙ ꝑte in libello de fœlicitate diſſerui. Opinor ſatis diligenter ex doctrina medicorum & philoſophorum, verꝫ vt quadriga virtutũ to/ta curriculum ſuum conficiat. Quis inficiarur, quis abnuit principem tem/peratum ac continentẽ eſſe oportere? Et quũ tẽperãtia quã σωφροσ ὑνεϱ, græci vocãt/quaſi prudentiæ conſeruationẽ, quæ frugalitas quoꝙ dici po/teſt/ſit rationis in libidinẽ, atꝙ in alios non rectos appetitus dñatio. Quid in principe præclarius eſſe poteſt, ꝙ in maxima peccãdi licẽtia non peccare, frenare libidines, coercere appetitiões exultãtes? Scipio Aphricanus apud Liuiũ. Non alia (inquit) virtute æque atꝙ tẽperantia & continentia libidi/nũ gloriatus fuerim. Alexander magnus arbitrabaꝫ non minus opus re/giũ eſſe ſeipſum vincere ꝙ hoſtes edomare, qui quũ dilectã ſibi ex pellici/bus ſuis præcipue nomine Campaſpẽ nudã pingi ob admirationẽ formæ ab apelle iuſſiſſet, qñꝙ eum pari captum amore ſenſiſſet, dono dedit eam. Magnus animo maior imperio ſui, nec minor hoc facto/ ꝙ victoria alia. Quippe (vt Plinĳ verbis vtar) ſe vicit, nec thoꝛꝫ tantum ſuum, ſed etiã affe/ctum donauit artifici, ne dilectæ quidẽ reſpectu motus, vt quæ modo regis fuiſſet, modo pictoris eſſet. Quẽ magis admiraberis (inquit Seneca) ꝙ qui imperat ſibi, ꝙ qui ſe habet in poteſtate? Gẽtes facilius eſt barbaras, impa/tienteſꝙ alieni arbitrĳ regere, ꝙ animũ ſuũ continere & tradere ſibi. Veꝛꝫ nequaꝙ ſatis eſt ipſum principẽ oculos/manus/ventrẽ, & quæ infra ventrẽ ſunt, cõtinere ac moderari, ſed ei circũſpiciendũ quoꝙ eſt, vt miniſtros om/nes habeat cõtinentes ac moderatos. Sæpe ẽm princeps optimus, tempe/ratiſſimuſꝙ infamaꝫ ob improbos ac nequã miniſtratores. Habeat itaꝙ princeps comptos exploratoſꝙ mores diſpenſatoꝛꝫ/ ſcribaꝛꝫ/ cubicularĳ/rũ, aliorumꝙ in aula principali miniſtrantium. Nam vt inquit Epigram/matiſta. Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos. Quos nouerit egregie ſi/deles, his res obeundas cõmittere rectiſſime poteſt. Sed plærumꝙ in Au/lico famulitio ſuperbi/ furaces/ iactanticuli conſpiciuntur, qui ſeſe ob hoc quia principi ſeruiunt, dominari ciuibus iure arbitrantur. Qui ſui commo/di cauſa perperam plæraꝙ moliuntur, qui ſupercilioſo faſtu tumentes, vi/deri volunt ſe apud principem ſuum multum poſſe, vt non minus vere ꝙ

Andria Verſus Ho/meri optimi

Gymnaſtica exercitatio.

Continẽtia Alexãdri.

decẽter dixerit Satyrographus. Maxima quęq; domus seruis est plena supbis. Et sane plæriq; principes extiterũt, qui cum essent ciuiũ domini, famulor; erant serui, horum consiliis, horum nutu regebantur, p hos audiebant, p hos loquebantur. Talem fuisse Claudium Cæsarem tradunt, cui non amor, non odium inerant, nisi indita & iussa, qui famulitijs mancipatus ac addictus, non principem/sed ministrum egit, cuius libertus Polybius inter duos sæpe cõsules ambulabat. Ecõtrario Hadrianus iure laudat, qui quũ quodam tempe seruũ suũ inter duos senatores ambulare vidisset, misit q ei colaphum incuteret & diceret. Noli inter eos ambulare, quor; esse adhuc potes seruus. Coerceat ergo princeps ac regat aulicam familiam, ita vt noverint se famulos esse/nõ dominos, vt sciãt sibi frugaliter/abstinẽter/innocẽter esse viuendum.

Pulchre in seruũ Hadrianus

¶Sit ipsum principis sigillum, annulusq; signatorius non minister alienæ libidinis, sed testis voluntatis principalis, nec eo scribæ ad priuatum (vt plærumq; fit) compẽdium abutantur. Deniq; omnibus cognitum exploratumq; sit principi nequitias/fraudes/rapinas suorum displicere, eumq; talibus inimicissimum si id cognouerit futurum. Ipse vero princeps nihil per impotentiam, nihil per iniusticiam, nihil per crudelitatem, nihil per auariciam agat, non odio, non gratia, non pecunia a via recta transuersus deducatur, nihil per affectum iracundiæ impotentissimum furẽter decernat, sed ratione veluti domina ducatur, cunctatione ac consilij gubernatione cuncta perpendens. Nam vt inquit Claudianus, Dijs pximus ille quem ratio non ira mouet. Habeant principes saluberrimum illud Athenodori documentum in penitissimis præcordijs recõditum, qui petito ab Augusto cõmeatu iamiam discessurus. Quum ira (inquit) o Cæsar te cœperit, nihil prius neq; dixeris, neq; feceris, q; ipsas vigintiquattuor elementarias litteras tecum ipse pcurreris. Tũc Augustus eo manu apprehenso, adhuc (inquit) tua mihi præsentia opus est/eumq; penes se retinuit. Audite quæso versus nõ minus frequẽti, assiduoq; memoratu dignos, q; philosophorum decreta documentaq;. Tu licet extremos late dominere p indos. Te medus, te mollis arabs, te seres adorẽt. Si metuis, si praua cupis, si duceris ira. Seruitij patiere iugũ, tolerabis iniquas Interius leges. Tũc omnia iure tenebis, quũ poteris rex esse tui.

Nihil p ira cũdiam

Præceptũ Athenodori salutare

¶Cæterq; q̃uis princeps legibus solutus esse dicatur, q̃uis de principe dictum sit, si libet/licet. An nescis principẽ legem dare nõ accipe. Tamen bonus princeps nõ tam quid liceat sibi spectabit, q; quid deceat. Nec em̃ quod quisq; potest, id ei licet, nec si obstat/ ppterea ei pmittitur. Siquidẽ licere, id dicimus (vt docet. M. Tullius in Philippicis) quod legibus, quod more maior; institutisq; cõcedit. Platonis sentẽtia est. Quales in republica principes sint, tales reliquos solere esse ciues. Vita pricipis (vt Plinij panegyristæ verbis vtar) cẽsura est/eaq; ppetua. Ad hãc dirigimur, ad hãc cõuertimur, nec tam impio nobis opus est/q; exemplo. Proinde fit vt pniciosius de republica mereant vitiosi principes, p nõ solũ vitia cõcipiũt ipsi/ sed ea infundunt in ciuitatem, neq; solum obsunt p illi ipsi corrumpunt/sed etiam p corrumpũt/plusq; exemplo q; peccato nocẽt. Nam q;to quisq; maior est, tanto eius dicta/factaq; sunt cõspectiora illustrioraq;. Et vt inquit Satyrographus, Omne animi vitiũ tãto cõspectius in se Crimen habet, q;to qui peccat maior habet. Principi ergo qui in cõspectu mortaliũ viuit, in quẽ oculi omniũ

Licere q̃d.

Vita principis exẽplar

conn̄ciūtur,cuius in clariſſima luce verſantis nullū obſcur̄ poteſt nec dictū eſſe,nec factū,circumſpectius/cautius/ ſanctius viuendū eſt,vt eius vita ꝑ ſpeculo ſit contemplantibus. Et ꝑfecto non parum multa priuatis ꝓmittū/ tur,quæ minime principem deceant,immo quæ principem dehoneſtent ac indecorent. In quā ſententiam eſt illud ab Ouidio in cōſolatione ad Liuiā decēter ꝑditum. Ouidius ad Liuiā

Nō eadē vulgus quæ decēt & lumina reg̃.
Eſt quod præcipuū debeat iſta domus.
Ad te oculos aureſq; trahis,tua facta notamus.
Nec vox miſſa poteſt principis ore tegi.

¶ Cōcinit ſubſcribitq; Naſonis carmini luculēta illa Claudiani & memo/ratu,ac ſcitu digna ſentētia. Verſus Claudiani

Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas,cūctis tua gētibus eſſe
Facta palā,nec poſſe dari regalibus vſq̄
Secretū vitiis,nā lux altiſſima fati
Occultū nil eſſe ſinit,latebraſq; ꝓ omnes
Intrat;& obſtruſos explorat fama receſſus.

¶ Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Titum,& altera ad Timotheum,præ/cipiens quibus moribus epiſcopus præditus eſſe debeat. Oportet inquit epiſcopum ſine crimine eſſe,non ſuperbum, non iracundum, non vinolen/tum,non percuſſorem,non turpis lucri cupidum/ſed hoſpitalem /benignū/prudentem/ſobrium. Quis non videt hæc apoſtolica documenta fere om/nia ꝑfecto principi conuenire,& in illo quem effingimus principe deſide/rari. Quæ ſingula ſi minutatim &(vt ita dicam)fruſtillatim ꝓcenſere velim dies me deficeret. Equidem iam vereor ne hæc nauſeoſa & moleſta fue/rint compluſculis audientium. Quocirca faciam quod bonus imperator. Iam canam receptui, & inſtar nautici gubernatoris vela complicabo, & remis in portum feſtinanter excurram. Scio plura dici potuiſſe ob mate/riæ largitatem,que ꝑpe infinita eſt,que q̄to plura dixeris,tanto dicturien/ti plura ſuppeditant,ſed vtiliſſimus omnibus in rebus eſt modus,& ha/benas preſſiſſe q̄ laxaſſe plærumq; ſalubrius. Diximus hactenus de tri/plici forma adminiſtrandæ reipublicæ. Percenſuimus illa fere omnia quæ in principe optimo abſolutiſſimoq; exigantur,qui ſi talis vſpiam gentium fuerit reꝓtus,merito quattuor illa cognomenta merebitur indipiſci,vt ſci/licet pius/magnus/patriæ pater,optimus ab omnibus appelletur. Talem omnis populus delitias ſuas eſſe dicit,ſicut olim Rhomanus populus Gor/dianum appellauit,talem cuncti amabunt vt parentem/ venerabuntur vt deum. Sub talis impio viuent q̄ beatiſſimi. Talis charitate ciuium ſeptus erit,quæ arx inacceſſa eſt,& inexpugnabile nutrimentum. Melius ēm tu/tatur principem amor ciuium q̄ ferrum lateranū. Nam vt inquit veriſſime Claudianus. Nō ſic excubiæ,non circūſtātia pila q̄ tutatur amor. Nō ſunt adamātina vincula illa quæ Dionyſius tyrannus dictabat, metus/ violen/tia/claſſis/præſidium decem militū armatorū,ſed beniuolentia/ gratia/bo/nitas/innocētia. Da principem talem qualem libellus iſte deſcribit,huic af/fatim præſto erūt,qui oculi regū,qui aures principū apud veteres diceban/tur. Et quū iucundiſſimū ſit in rebus hūanis amari & amare,hic amabitur

Eadē princi/pi quæ eꝑo

Amor muni/mentū firmiſ/ſimū

Adamātina vincula

Oculus regis

& amabit mutuis affectibus. Hic deniq; cūctos habebit deuotos/fideles/ obnoxios,nec minus de vita principis/q; de suametipō or; incolumitate sol/licitos. Ver; enīuero quū difficillimū sit,& oppido q; arduū inueniri princi pē talē ex oībus his quæ retulimus cōpactū & quasi conglutinatū. Merito dixit Diocletianus impator,Nihil esse difficilius q; bene impare,& a scur/ra nescio quo bene dictū est. In vno anulo bonos principes posse pscribi. Quis est em tā irrepḥensibilis princeps q nō quasi in pulchro corpe aut ne/uū habeat aut verrucā? Videor facturus operepreciū,si hodiernā hāc enar/rationē versibus clausero,a poeta luculēto graphice & cōcinniter factis ad principē instituendū,quos scribi debere cēsemus ꝑ foribus omniū ædium principaliū,quos habere principes cordi & memoriæ saluberrimum puto. Versus autem de quibus loquor,qui didascalici & instar ꝑtreptici ꝑbantur,hi sunt,

In anulo bo/ni principis.

Tu ciuē patrēq; geras,tu cōsule cūctis,
Nec tibi,nec tua te moueāt,sed publica vota.
In cōmune iubes si quid censesq; tenendū
Primus iussa subi,tūc,obseruātior æqui
Fit populus,nec ferre vetat quū viderit ipsum
Auctorē parere sibi,cōponit orbis
Regis ad exemplū,nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valēt q; vita regētis
Mobile mutat semp cū principe vulgus.

Claudiani versus mēo/rabiles.

¶Sperat vt ostēderemus in Rhomano impio hosce omnes status(de q/bus ante dictū est)extitisse,quod vt summatim & quasi transeunter attin/gā. A Platone,philosophiaq; didicimus naturales esse cōuersiones quasdā re; publica; ,vt eæ tū a principib⁹ tenerent,tū a populis,aliquādo ab op/timatibus,quod potissimū accidit Rhomanæ reipublicæ,quæ vt sublimi/bus incremētis augeret,virtus & fortuna plærūq; alioqn dissidētes mutuo cōcordiæ nexu cōuenerunt. Et ita factū est vt populus Rhomanus virtute ac forma simul suffragātibus(Virtus em sine fortuna māca est & mutila) ad summū fastigiū ꝙuenerit,cuius prima ætas & q̄si incunabula sub septē regibus annos ꝑpe ducentos quinquaginta fuerunt. Dein ætatē ingressus adultā,modo sub Aristocratio,modo sub Democratio statu vires exercu/it,& lacertos mouit ꝑ annos circiter quadringentos. Tandē post gentium/nationū/regū ceruices oppressas,post subactas diutinis bellis maximā or/bis terra; ptē,vrbs venerabilis Cæsaribus tanq; liberis suis regēda patri/monij,hoc est imperij Rhomani iura ꝑmisit,de q̄bus Suetonius Tranquil/lus vn⁹ omniū cōpositissime diligētissimeq; cōscribit. Cuius libros multijuga,nec triuiali eruditione pregnātes, scaturiēteq; vna cū cōmentarijs no/stris hoc anno enarrabimus,dabimusq; operā,vt edulia nostra nouis cōdimētis cōdita/faciāt ad stomachū,sintq; citra nauseā & satietatē. Trāquil/lo copulabit Horatius Flaccus,cuius sermōes nō minus frugiferi,q; volu/ptifici fururi sunt animis,auribusq; auditor; purgatioribus.

Virtus for/tuna

Cæsares tan q; filij

¶Finis.

¶ Ad clariſſimũ Paulum Sidlouitiũ ſcholaſticum Polonũ Philippi Beroaldi Bononieñ. Epiſtola.

DOrtium Catonẽ Tuſculanum illum qui optimus orator, optim⁹ ſenator, optimus imperator eſt habitus, dicere ſolitum ferũt men ſam eſſe amicitiarũ parentẽ/ & quandam quaſi conciliatriculam. At q̃nto illi honeſti⁹/veri⁹/ſpecioſius/qui ſcholã amicorũ ſemina rium, qui litteras beniuolentiæ glutinũ dixere, nimirũ illæ ſunt veræ diutur/ næq; amicitiæ, quæ parantur gymnaſ̃ıs litteratorĩıs, quæ ex ſtudiorũ ſimili tudine proueniunt. Ex hoc fonte amici mihi ſexcenti fluxerunt. Ex hoc ami corum columen & gẽma Minus Roſcius deriuatus, quo nil elegantius, qui cum ſeria & ioca vt dicitur, Qui eruditorum nobiliſſimus, nobilium erudi/ tiſſimus. Qui omniũ horarum inſtar Pollionis Aſinĩ dici meritiſſimo po/ teſt, Cuius amicitia iucundiſſima vt peculiariter glorior/ita maxime dele/ ctor, quã ſpero ſicut nunc omnibus notiſſima eſt/ita cognitam quoq; poſte ritati fore. Hic idem ſtudiorum nexus quo nihil tenacius te mihi Paule vir clariſſime copulationib⁹ neceſſitudinis artioribus deuinxit, qui iam ſeſqui/ annum degis Bononiæ inter ſcholaſticos tranſmontanos, vt nobiliſſimus ſic amabiliſſimus, qui nõ magis tui ordinis hominibus es gratus ob comi/ tatem/q̃; noſtratibus ob morũ honeſtamenta. In te omnia ſunt affatim con gruentia claritudini familiæ, quę apud Polemonios/vel(vt a recentioribus corrigimur)apud Polonos nõ minus honorata/q̃; clara iamdiu floruit/flo/ retq;. Et ne proauos attauoſq; in præſentia percenſeam, pater tuus cui Sta/ niſlao nomen in maxima fuit(ſicut par erat apud regem Polonorum)exiſti matione, ampliſſimis honoribus/geſtis fidei ſinceritate probatus, vitæ peri tia moratus, preconio bonitatis ornatus. Et quum cõſiliatores principum prudẽtia cũ primis prædítos eſſe oporteat, fuit pater tuus dũ viueret apud Cardinalem Polonum, primi nominis conſiliarius, oſtendens nihil prius in omni vita eſſe conſilio, pluſq; ſine doctrina prudentiã/q̃; ſine prudentia fa/ cere doctrinam. Quid dicam de numeroſa fratrum tuorũ cohorte? qui om/ nes aulici ſunt. Et quũ ſummus honor ſit principi vel vni placuiſſe, hi apud principes in gratia ſunt & exiſtimatione, ex quibus Iacobus ſacratiſſimo regi Alberto eſt perq̃; iucundus, cui ob fidem theſaurorum regiorum man data cuſtodia, quæ niſi integerrimo probatiſſimoq; haud temere committi ſolet. Petrus vero menſæ regiæ ſtructor eſt, & ſcindendorum obſonio/ rum ſcius artifex. Quod quidem miniſterium in aula principali honorifi/ cum haud dubie eſt, idq; ſoli ingenuo & plane nobili iniungitur. Idem re/ bus bellicis præpollens / nec in toga ſpernendus, propter quod apud re/ gem intimus eſt, & aulicis purpuratiſq; fere omnibus venerabilis amabi liſq;. Secũdum hos Nicolai quoq; ſunt venti valde ſecundi, necnon & huic adoleſcentulo aula principalis aſpirat. Cæterum vt hi apud regem fauo/ rabiles, ſic apud illuſtriſſimum regis fratrem Sigiſmundum Chriſtopho/ rus tecum in ſinu eſt, vterq; fouetur, vterq; diligitur. Nam Chriſtophori prudentia ſingularis ac ingenium præſens effecerunt, vt dignitate Diſco/ phori Cracouienſis peculiariter inſigniretur, quæ apud vos eſt oppido q̃; honorata prouincia. Tu vero mi Paule ob dexteritatem, ob eruditionem & bonitatem meruiſti, vt eidem principi eſſes a ſecretis. Tu archigram/ mateus, tu auricularius illuſtriſſimi principis nuncuparis, Cancellarium

Schola fons amicorum Roſci⁹ Min⁹

Claritas Sid louitiorum Patris laus

Fratres aulici

Diſcophor⁹.

Laus Pauli

vulgo nominitãt. His de rebus fit, vt familia Sidlouitia tantæ sit auctoritatis existimationisq; apud Polonos, vt q emergere illic atq; enitescere concupiscunt, hi ad Sidlouitios fratres cõfugiant, vobisq; deprecatoribus potiss mũ vtantur. Venisti tu haud ita pridem in gymnasium nostrum, vt latinos nos latialiter personãtes audires, vt dolatorio latinitatis si vlla esset lingu asperitas/leuigaretur. Quod adeo te delectat/detinet/pascit, vt non solũ publicas scholas frequẽtes/sed priuati quoq; aliquid scitu dignum me docente continenter inaudias, iamq; domus tua facta est officina et conciliabulũ politioris litteraturę. Ex hoc quotidiano docendi discendiq; cõmercio beniuolentia inter nos vberior adoleuit. Hac aurem vellicante cõmotus libellũ hunc tibi Paule vir chariſſime nominatim dedicaui, vt monumentũ sit mei erga te amoris sempiternũ, vt absens in patria hæc interuisens Philippum tuum subinde recorderis. Materia est opinor nõ indigna cognitu/nec triui/aliter protrita, cuius varietas multiuga lectorem oblectare/nec minus instituere possit. Et præsertim cui omnia qualiacũq; mea probantur. Sed iam perlege quæso cõtrouersiam trium fratrum, neq; illepidam neq; ineruditã. Mox de optimo statu libellum perlecturus. Vale decus scholasticorum & dilige doctorem.

¶Philippi Beroaldi declamatio/an Orator sit philosopho & medico anteponendus.

Eloquẽcia

QAgna ac venerabilis res est eloquẽtia viri ornatissimi, cuius bono nihil præstabilius, cuiꝰ beneficio fit/vt tanto hominibus ipsis præstent eloquentes/quanto homines cæteris animantibus antecellunt, hoc cunctis satis liquet, hoc præconio omniũ atq; consensu celebratissimũ, hoc nostra quoq; oratiõe iampridem edita testamentum est. Attamen hodierno die Philippicas. M. Tullij siue Antonianas auspicaturus existimaui me facturum operæpreciũ, si ritu scholastico paulum rhetoricarer/& declamatoria dictione præluderẽ. Quod vt cõmodius fiat, vnam de schola priscorum declamatorum cõtrouersiam pertractabo. Daboq; operã vt condituræ nostræ cõcinnataq; edulia faciant ad stomachum vt quæ a me dicentur, ea & animos foueant/aures permulceãt. Sed vt longas prefationes recidamus/rem ipsam ingrediemur. Quod dum fit, vos diligenter ac libenter attendite.

¶Argumentum.

QAter qui tres liberos habebat, Philosophũ/medicum/oratorem, moriens testamento eum hæredem fecit qui esset vtilissimus ciuitati, post mortem patris cõtendunt tres fratres cui hæreditas paterna cedere debeat. Primꝰ philosophus corã iudicibus agit causam, a quo quum alia tum hæc dicuntur.

¶Declamatio pro philosopho.

Laus philosophiæ.

QEmiror iudices cuipiã mortaliũ dubiũ videri, cui ex tribus fratribus potius paterna bona sint adiudicãda, quũ philosophia sit regina cunctarũ disciplinarũ. Quã. M. Tullius inuentũ deorũ, Plato vero donũ deorum esse tradiderunt. Quo bono (vt ipsius Platonis verbis vtar) nihil vnq; maius mortalibus datum est a dijs, nec vnq; dabitur. Hæc est vitæ lex, virtutũ indagatrix, vitiorum expultrix, lumẽ legum

magiſtra morum,rerum elementariarum exploratrix,cœli & mundi con/
templatrix quin altitudinis ſtudio etiam cœlo ipſo ſublimiora quæpiam
veſtigat.Et vt inquit Platonicus Apuleius.In extimo mundi tergo degit.
Hac internuncia homines deo cognati & ꝓximi,immo(vtverius loquar)
dij terreni efficiuntur.Quid per deos immortales excellentius ſacratiſſima Philoſophia
illa philoſophia?quæ ſupra hanc caliginem in qua volutamur,excedens do naturalis &
cet quid agatur in cœlo.Meritoq; Seneca philoſophoꝝ ſinceriſſimus ſan/ theologica
ctiſſimuſq;.Cui vtiq; credi conuenit,naturæ rerum gratias agit,quum ſe/
cretiora eius ingreſſus didicerit quæ vniuerſi materia ſit, quid ſit deus to/
tus in ſe intenderit,an ad nos aliquando reſpiciat.Faciat quotidie aliquid,
an ſemel fecerit/pars mundi ſit,an mūdus,an mundi anima,an potius opi/
fex & factitator.Liceat ne illi ex lege fatorum aliquid derogare,an maie/
ſtatis diminutio & erroris confeſſio ſit mutanda feciſſe. Ad hæc nulla res
magis diſcuſſerit caliginem illam nebulæ craſſiſſimam,quæ vt duo poeta/
rum clariſſimi prodiderunt,obtutus mortalium hebetat,menteſq; obdu/ Caligo hebe
cit,oppenſo ignorationis velamento. Quid porro vtilius illa altera philo/ tatrix mētis.
ſophiæ parte,qūam partim ethicen,partim moralem appellitant,quæ ma/ Ethica
xime ad homines ſpectat,quæ docet quid in terris agendum ſit,& erro/ Moralis.
res noſtros diſcutit.Quæ vrbes peperit,diſſipatos homines in ſocietatem
vitæ conuocauit,reſpublicas bene moratas inſtituit. Vnde non immerito Philoſophus
ſectatores philoſophiæ vbiq; gentium philoſophos nominant nomine ſci/ ſapientiæ ſtu
licet ſancto & religioſo,quaſi ſolos ſapientiæ ſtudioſos,qui ante Pythago/ dioſus
ram ſophi,id eſt ſapientes & habebantur & nominabātur.Quid ꝙ & phi/ Philoſophus
loſophus medicus eſt,quum philoſophia(vt inquit Arpinas orator)ſit ani/ medicus
morum medicina.Quod & Galenus quoq; teſtatur. Quum autem morbi Philoſophia
pernicioſiores pluresq; ſint animi q̄ corporis,præſtantior haud dubie eſt animoꝝ me/
philoſophus,qui grauioribus morbis medelas ac fomenta ſalutariter ap/ dicina
ponit,qui deniq; tanto eſt q̄ corporis medicus nobilior vtiliorq;,q̄to ani/ Philoſophus
mus corpore eſt precioſior.Quinetiam philoſophus orator eſt. Vnde enim orator.
vis illa dicendi,niſi ex ſcholis philoſophorum ducta eſt?Vnde riui eloquen
tiæ,niſi ex fontibus philoſophiæ deriuati.Huc adde ꝙ dialectice,id eſt diſ/
putatoria ſiue diſputatrix philoſophorum eſt,quæ rhetoricæ prope germa/ Dialectica
na eſt,intantum vt Zeno dialecticen manui in manum compreſſe. Rheto/ diſputatio
ricen vero explicatæ ſimilem eſſe tradiderit.Quid per deos immortales hac Scitū Ze/
tripertita philoſophia præſtabilius,quid vtilius eſſe ac dici poteſt? Cuius nonis
vna pars rerum naturam ſcrutatur,altera componit animū & mores. Ter/ Philocalia
tia ſtructuram verborum exigit & argumentationes.Ipſum porrō philoſo germana
phiæ vocabulum quid aliud ſignificat q̄ amorem ſtudium q; ſapientiæ quo philoſophiæ
quid melius? Cuius germana eſt philocalia,quę amor pulchritudinis inter/ In veneratio
pretatur,tanq; ſine philoſophia pulchritudo eſſe non poſſit. Cæterum(vt ne philoſo
ſemel finiam)philoſophus,hoc eſt ſapiens eſt omnia.Et vt inquit ille. Vno phi
ſapiens minor eſt Ioue diues.Liber/honoratus/pulcher/rex deniq; regum.
In tanta apud priſcos æſtimatione ac reuerentia habiti philoſophi,vt Pla/
toni ſapientiæ Antiſtiti Dionyſius tyrannus vittatā nauem obuiam miſe/
rit.Ipſe quadrigis albis egredientem in littore exceperit,vt Alexāder ma/
gnus Ariſtotele philoſophoꝝ doctiſſimo patriam reſtituerit in honorem
præceptoris.Cui nō minus debere,q̄ Philippo parenti profitebatur,vt Py Pythagoras
thagorā crotoniatæ ac metapontini pro deo colerēt,& ex eius domo tem/ ꝓ deo

plum facerēt. Qui in tanta fuit admiratione, vt qui præsentia illius frui meruissent, id præscriberēt ad suos tanq; magnū quiddā ac præclarę adepti forent/cp Pythagorā vidissent. Nūc quoq; vos o iudices reueriti nomē philosophi sacrosanctū ac venerabile philosopho mihi bona paterna (vt par est) adiudicate, & sentētia vestra decernite/quū volūtas patris hoc voluerit, quū sensus cōmunis hoc dijudicet, quū excellētia doctrinæ quā ꝓfiteor/ hoc peculiariter deposcat. Dixi.

Vtilitas ex medico.

¶Audistis hactenus viri clarissimi, quæ ex philosophi ꝑsona in petitione hæreditatis paternæ dicta sunt. Nūc quæso audite attētis animis & auribus, quæ secūdo loco medicus ægerit, q causæ suæ patrocinatus est patrocinio huiusce vel cōsimilis oratiōis.

¶Disceptatio est iudices inter nos non quæ ex nostris sit ars speciosissima/sed quæ ciuitati vtilissima. Quæriť, quis ex nobis plus mortalibus prosit, quis nescit medicū ad omnes totius ciuitatis ordines, ad omnem sexū, ad omnem ætatem ꝑtinere? quū summatibus/infimatibus/viris/fœminis/ senibus/pueris ægrotare cōtingat, quum omnes ex hoc vtilitatem indiscriminatim petāt. Meritoq; dici potest medicum rem cōmunē terrarum esse.

Medicus res cōmunis

Et me hercules si vera dispicim⁹, si curiose cūcta ꝑpēdimus, sola medicina, soloq; medico opus est omnibus. Medicina est quæ vna contra fata depugnat, eaq; identidē expugnat, quæ languentibus vitā ꝓrogat, quæ iā deploratos, iā defletos in familia orci nūeratos, luci auræq; vitali ꝑsæpe restituit multicq; medicinæ opa reuixisse credunt. Et ne fabulas ꝑcēseā, quæ ab Esculapio Hyppolitum & Tyndaridē ad vitam reuocatos ferūt. Nōne Asclepiades inter medicos famigerabilis, argumentū huiusce rei vel potentissimum est, q homini iam cōclamato depositoq; dum efferť/fatū attulit. Cuius animā in corpis latibulis delitescentē aduocauit, eūq; ab inferis postliminio ꝓpe funeratū domū retulit. Huc adde cp huic arti tm̄ honoris tribue re maiores, vt dijs inuctores suos assignauerint/cœloq; dicauerint Apollinē Esculapiūq; ꝓdendo, quē ob id Archiatrū quasi principē medicoꝝ dixit antiquitas. Et ꝓfecto medicina res est sacra. Et vt Salomonis sapiētia testatur, Omnis medela a deo est. Ideoq; saluberrime sapientissimus ille præcepit medicū honorandū esse ꝓpť necessitatē/quū illū altissim⁹ creauerit. Q. aūt philosophus frater gloriatus est philosophos prisco sæculo honoratissimos extitisse apud reges, ne in hac quoq; ꝑte illi vtiq; cesserim, quū medicos acceperimus ꝓpe cultos ad deoꝝ vicem. Nāq; Hippocrates ille maximus medicoꝝ, ob depulsam arte medica pestilentiā, ex illirico in græciā venientem, honores illos meruit a græcis quos herculi decreuerūt. Qua in re subit mentē illud Galeni ex libro theriaces, quemadmodū. s. iussit diuinus Hippocrates ignes fieri medicatos odoramētis, & suaue olentibus vnguētis ꝑfusos, vt ita aer tabificus emacularet, fieretq; in attrahēdo innocentior sinceriorq;. Quod in pestilentia factitandum Auicenna quoq; præcepit. Quid Asclepiades idem inter medicos priscos (Hippocratē semp excipio) facile princeps nōne vniuersum ꝓpe humanū genus dudū ægit in sese? non alio modo cq; si e cœlo emissus adueniisset, quinq; res maxime cōmuniū auxiliorum ꝓfessus. Abstinentiā cibi/vini, frictionem corporis, ambulationē gestationēq; qui expetitus a maximo regū Mithridate legatos illius ad se missos pollicitationesq; ingētes spreuit, posthabuitq; quieti litteraꝝ. Crito bolus quoq; & Erasistratus habiti sunt in maxima apud reges maximos

Defunctus ab Asclepiade reuocat⁹.

Archiatrus Esculapius

Odoramēta aduersus pestilentiā

existimatione,quum alter Philippum Alexandri patrem/alter Antiochum Syriæ regem sollerti curatione sanassent. Quid multa,quum sanitate nihil vtilius sit mortalibus:quod Galen⁹ quoq; asserit in libro hæreseon.i.secta rum. Medicina autem quũ sanitatem præstet,liquido colligimus medicum & philosopho & oratore longe vtiliorem esse ciuitati,q; si philosophia ani/ mi medicina dicit̃.Medicina quoq; corporũ philosophia rite perhibet̃,cui⁹ adiumẽta infirmitas hominũ aduocat,& cõtinuo vbi ægritudo inuasit/so/ latia medici requirit,philosophis oratoribusq; posthabitis,in quibus nullę suppetię salutares,nulla sunt adminicula languentiũ. Quibus pręsto est me dicus/& remedijs præsentissimis opitulat̃.Proinde iurisc̃onsulti medicos p/ fessoribus studiorũ liberalium merito anteponũt. Quũ hi salutem hominũ agant/illi studiorum curam,quid nũc ego enumerẽ medicinæ partes,quas omnis sacras ac salutares puto. Diætericam/quæ victu, Pharmaceuticam/ quæ medicamẽtis, Chirurgiã/quæ manu curat. Ex quo fit,vt qui medicinæ vtilitatem non videt, is non vt lusciolus/sed vt exoculatus nil prorsus vi/ deat. Quocirca iudices si vtilitati publicæ consulitis,si medicum in ciuitate vtilissimum esse cognoscitis,mihi qui saluberrimã artium vtilissimãq; pro fiteor,hæreditatem paternam assignatote. Dixi.

Sanitate nil vtilius

Medicia cor/ poꝝ philoso/ phia.

Diæterica Pharmaceu/ tica. Cirurgia

¶ Audistis viri spectatissimi,quæ philosophus,quæ post philosophum medicus dixerint in causa adipiscendæ paternæ hæreditatis,nũc sedulo au/ scultate atq; animum aduertite,& ea qua soletis comitate perpendite,quid nouissimo loco dixerit orator, Erunt opinor hæc nec iniucunda relatu,nec ingrata auditu,nec indigna cognitu,sic autẽ oratorem causam suam egisse creditote.

¶ Nunc̃q; magis iudices sensi quanta sit oratoriæ facultatis vis atq; ex/ cellentia/c̃q; hodierno die,dum fratres audio non ex instrumento philoso/ phiæ aut medicinæ/sed ex oratoria supellectile instructos causam actitasse. Adeo sua philosopho philosophia,medico medicina nihil operis in agẽda causa præstitere. Quin muti pene conticuissent / nisi ad eloquentiæ nostræ adminicula confugissent,sine cuius nitore philosophia sordescit,medicina abolescit,disciplinæ omnes incultæ rubiginant. Adeo necessaria est atq; cõ ducibilis omnibus omnium ingenuarũ doctrinarum professoribus elo/ quentia,cuius vtilitati maiestatiq; nihil (absit verbo inuidia) est comparan dum. Et quia mihi primũ cum fratre philosopho agendum est, An ego phi/ losophiam cum oratoria? philosophum cum oratore contendam? Parcius tecum agere cogor & mitius,quia frater es,sed tamẽ quod inter nos dictũ sit,ista tua præclara philosophia quam gloriose iactas mi frater/& tanc̃q; fi liolam exoscularis,nequac̃q; tanti est quanti eam videre vis,nec tam in phi/ losophia studium sapientię est c̃q; opinatio,Nam quũ scientia certi sit,opina tio incerti scholæ philosophorũ omniũ ac sectæ dum philosophantur/haud dubie opinãtur. Id enim opinat̃ quisq; quod nescit, Illi autem qui de rebus naturalibus & cœlestibus disputant/opinione ducuntur,quum veritas de mersa in secretarijs naturæ delitescat. Hinc philosophos a scriptoribus lu/ culentis opinatores opiniosissimos dici nouimus. Vnde autẽ quæso nisi ex opinatione tot dissidia,tot cõpugnationes philosophorum emanarunt,tot sectæ discordantes. Dicam em̃ nõ obstrigilandi causa,sed quia ita res se ha bet. Pugnãt philosophi inter se atq; differentiunt dissidio non paruo magnis in rebus & serijs, Quidã principiũ rerum esse autumãt aquã,vt Thales Mi/

Aduersus philosophiã.

Opinio phi/ losophi

Thales

lesius. Alij igne, vt Heraclitus cognomẽto scotin⁹, id est tenebricosus. Quidã aera, vt Anaximenes, Pythagoras vero Empedocles, Epicermus, alij q̃ Physici complusculi quattuor elemẽta principiũ rerum esse posuerunt, Plato deum factitorẽ mundi esse tradit, Aristoteles mundũ innatum esse autumat, Epicurus, Democritus Leucippus, ex athomis/hoc est corpusculis insecabilibus mundũ formatum esse cõtendũt. Præterea de deo & de anima, de finibus bonorum, de meteoris inter philosophos non constat. Quidam deos innumeros, quidã nullum esse crediderunt, Platonici vnũ quidem curantẽ rerum, at Epicurei ociosum et inexercitũ, Stoici deũ extrinsecus figuli modo torquentẽ hanc mundi molem esse prodiderũt, Platonici intra mundum, vt gubernatiõis exemplo intra illud maneat quod regat. Sunt qui infortunæ iam lapsibus omnia ponant, & nullo credant mũdum rectore moueri, natura voluẽte vices & lucis & anni, quidam curam deorũ intra syderа cõtinent. Nõnulli diuinam prouidentiã ad lunam vsq̃ deducũt, tanq̃ irridendum sit agere curam humanarũ illud quicquid est summũ atq̃ indecorum sit dei maiestatẽ pollui tam multiplici sordidoq̃ ministerio. Quãta dij boni de anima inter philosophos pugna, Plato ait animã esse substantiam, αὐτοκινητον, id est se mouentẽ. Zenocrates numerum, Aristoteles entelechiam, Pythagoras & Philolaus & Aristoxenus harmoniã, Possidonius ideam, Hyppocrates spiritũ tenuem per corpus oñe dispersum, Origenes adamantius substantiã sensibilem & mobilem, Hipparchus et Zeno ignẽ, Anaximenes aera, Empedocles suffusum cordi sanguinem, Democritus ex ãtomis conflatam, Dicearchus vero nullus esse animũ, nullam animã, frustraq̃ & animalia et animantes appellari. Alij æternam, alij mortalem animam/dissolubilemq̃ esse cõtendunt. Ecclesiasticorum quoq̃ super eadem re est dissidium. Alij ab origine mundi factas in cœlo animas, alij ex tradu ce propagari, alij deum quotidie animas operari tradunt. Quod & christianum dogma confirmat. Hæc & id genus alia tam varia tam dissidentia quum lego, quo me vertam? quem sequar? cui credam? succurrit illud Horatianum, Belua multorũ capitum es. Nam quid sequar aut quem, merito dixit Lactantius de anima, Inter philosophos nondum conuenit, nec vñq̃ fortasse conueniet. Et ã Lucretio decenter & vere dictum est, Ignoratur em quæ sit natura animali. Eadem fere contentio est circa fines bonorũ, quum Alij in voluptate/ vt Aristippus, Alij in virute/vt Zeno, Alij in primis naturæ. Quæ græci τὰ πρωτα φυσεος, Augustinus & Varro primogenia vocant, vt Carneades, Alij in indolentia, vt Hieronymus Rhodius, summum bonum collocauerint. Peripatetici ex tripliti genere bonorum, animi scilicet & corporis atq̃ externis fœlicitatem metiũtur, nec multo secus. Academici voluptatem cum honestate, Dinomachas & Calipho copularunt indolentiã, quæ græce ἀπαλγησια dicitur, honestati Diodorus stoicus adiunxit. Quid dicam de rebus naturalibus, quãta sit inter Meteorologos disparilitas atq̃ dissensio. De cometis, de fulminibus, de arcu cœlesti, de niloticis incrementis non constat. Quid multa de motu terræ? Et vt inquit poeta, Vnde tremor terræ & qua vi maria alta tumescant Obijcibus ruptis. Sunt philosophi inter se discrepantissimi, & in hac re vel sola oppido/q̃ mira inconstantia est. Namq̃ Anaxagoras ignem causam motus existimat, Anaximenes terram ipsam sibijpsi esse causam motus, nec extrinsecus incurrere quod illam impellat, sed intus ipsam illidi in semetipsam.

Mundus ex athomis.

De deo

De ania opiniones

Origenes

Natura anię ignoratur

De finib⁹ bonorum.

Analgesia

Meteorologia.

Quidam motum aquæ putauerunt, vt Thales mileſius. Democritus vero motum fieri autumat aliquãdo ſpiritu/aliquando aqua, aliquando vtroq; Ariſtoteles/Albertus magnus, & omnis peripateticor; ſchola, ſpiritum ac ventos cauſam eſſe motus terræ alacriter affirmant. Cui ſententiæ Plinius noſter & Seneca ſubſcribunt. Et hoc tam multiplici diſſidio ex tanta philoſophorum diſcordia haud dubie fit, vt incertus ſim quibus credam, quibus accedam, cuius ſectæ me candidatũ eſſe profitear. Quicquid elegero/pluri/mos video improbaturos, quicquid probauero/plures negaturos, vt inter tot ambigua illud tm̃ Socraticũ nihil certum verũq; eſſe videatur, hoc ſcio quod neſcio. Inde fit vt Academicorũ ἀκαταλεφιαν, id eſt incomprehenſibilitatem minime improbem, qui nulli rei aſſentiendũ eſſe cõtendunt, qui ob id σκεπτικοι καὶ ἀποριστικοι, id eſt cõſideratores & ambigentes dicuntur. Meritoq; Protheus perſonã veritatis ſuſtinere creditus, quam obtinere nemo poteſt falſis imaginibus illudentẽ/ & cõprehenſionis nodos relaxantem. Ad hæc adde q; philoſophos irreligioſos putant, eoſq; ferme arbitrari deos nõ eſſe/ dum meras rerum cauſas & ſimplices rimãtur. Ex hac opinor incõcinnitate diſſidiũq; ſectarũ factum fuit olim vetus ſenatuſconſultum, quo philoſophi ex vrbe Rhoma pulſi ſunt/perinde ac inutiles ac infructuoſi. Mox iterum Domiciano imperante exacti ex vrbe & Italia interdicti. Vt ſemel finiam ꝓpoſitũ, fratris demiror inhiãtis paterna bona/quũ philoſophus (ſi Platoni credimus) cui vtiq; in re philoſophica credi conuenit, minime ſit philochrematos, id eſt pecuniæ cupidus, immo contẽptor diuitiarum. Quocirca deſiſte frater moneo a petitione hæreditaria, ne ab inſtituto ſectæ tuæ flexiſſe videaris/& vitæ cõtrarius ire priori. Nihil em̃ habet philoſophia præſtantius q; q; modicis contenta/ampliores opes nõ deſiderat. Vnde fit vt cõditores legum philoſophos in profeſſorum numero non habeant, quia hoc primũ eos profiteri oporteat mercẽnariam operam ſpernere. Hæc ſatis ad philoſophum qui nimis vrgeri iam videtur & cõmoueri vera caſtigatione cõmonitus. Tranſeamus deinceps ad medicũ, quem intelligo fiducia medicinæ ad hanc cauſam opido q; fidenter deſcendiſſe, cuius ars haud quaq; philoſophiæ abſimilis eſt, videlicet varia/inconſtans/interpoplis, & nõ parum ſæpe pernicioſa, quam vt in veſtibulo diſertationis ſtatim repercutiam eleuemq;. Nonne inter medicos prope maior q; inter philoſophos pugna eſt atq; cõtentio, qui in diuerſas curandi vias proceſſerunt? Hippocrati cauſa morbi originalis videtur eſſe in ſpiritu ſiue flatu, quem morborũ omnium patrem & auum appellat, Herophilo in humidis omne vitium viſum eſt, Eraſiſtrato ſi ſanguis in arterias/hoc eſt venas, quę ſpiritui accommodatę ſunt. Quas recentiores medici pulſatiles nominant/ tranſfunditur. Aſclepiadi vero placuit originem ægritudinũ eſſe, ſi manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter claudant & meatus obturent. Ad hæc cum ciborũ cõcoctione maxime ſanitas cõſtet, meritoq; ſtomachꝰ paterfamilias & rex totiꝰ corporis in homine dicat. In hac quoq; parte diſcrepantiſſimi ſunt. Eraſiſtratus enim cibos atteri in ventre contendit. Pliſtonicus putreſcere. Hippocrati placet per calorem cibos concoqui, quod Galenus/Auicenna/& medicorum Neotericorũ ſcholæ confirmant. Aſclepiades vero nihil cõcoqui autumat, ſed crudam materiã ſicut aſſumpta eſt in corpus omne deduci. Huc adde q; alij medicinã dicũt eſſe rationalem, alij in vſu tm̃ & experimentis eam poſuerunt, perinde ac vſus in cu-

Cauſæ motus terræ triplices.

Incõprehenſibilitas

Aporitici

Academici

Protheus typus veritatis

Philoſophi irreligioſi

Philoſophi ex vrbe eiecti.

Philoſophꝰ nõ philocrematos.

Philoſophia cõtenta modico.

Contra medicos

Origo morborũ hippo.

Spiritꝰ morborũ hippo.

Eraſiſtratus

Aſclepiades

Vſus magiſter efficax. rationibus ſicut in cæteris omnibus artibus ſit magiſter efficaciſſimus. Vnde logici quidam quaſi rationales dicti, Quidam ab experimentis emperici. vt Serapion & Apollonius & Heraclides. Sunt & Methodici a via quadam quã ſequũtur nominati. Ob hoc dixit Auſonius in Gryppo ternario

Triplex medicina. triplicem eſſe medicinã illo verſu, Triplex quoq; forma medendi. Quæ logos et methodos cui experiẽtia nomen. Sunt et dogmatici, quibus ſunt ſua decreta ſeu placita, ſine quibus nulla ſecta conſiſtere poteſt. Hos maxime probat Galenus (a quo emperici improbãtur) qui ait, Herophilum & Philippum imprimis Emperices, id eſt experientiæ ſectatores extitiſſe, quum

Hippocrates logicus. Hippocrates & Diocles, Cariſtius & Heraſiſtratus, logicen hereſim, id eſt rationalem ſectam ſectati ſint, Methodices vero principes fuerunt. Archigenes & Temiſon, de quibus opinor ſenſit Satyrographus ſcribẽs. Aduo

Archigenes methodicus cat Archigenem oneroſaq; pallia iactat. Item, Quot Themiſon ægros autumno occiderit vno. Fuit & prodicus ſelibriæ, qui natus inſtituit Latralepti medicinam. Hinc innumeræ ſectæ fluxerunt, Dogmata infinita, ſententiæ multiplices. Hinc illæ circa ægros miſeræ cõcertationes, nullo idem ſentiente ne videatur aſſertio alterius. Hinc illa infœlicis monumẽti inſcriptio

Turba medicorũ perdit turba medicorũ ſe perijſſe. Et Adrianus imperator (vt auctor eſt Dion) moriẽs dixit. Medicorũ turba principẽ perdit, cui cõcinnit verſiculus ille apud grẽcos vice prouerbij celebratus, πωλλοριια τρωρεισ οδωσ μαπολεσεη, id eſt multorũ medicorũ introitus me perdidit. Nequeo mihi tempera

Pliniana peroratio in medicos, re, quo minus Pliniana illa ꝓcenſeam ad hoc totum negociũ mire faciẽtia, quibus luculentus ille ſcriptor in medicos perorans, aſſerit nullam artẽ medicina inconſtantiorẽ fuiſſe, nec dubium eſſe medicos omnis ſcientiæ famã nouitate aliqua aucupantes/animas noſtras ſtatim negociari, diſcunt periculis noſtris, & experimẽta per mortes agunt, medicoq; tantũ hominẽ occidiſſe ſumma impunitas eſt, quinimo tranſit in cõuitium/& intemperantia culpatur. Q. ſi lex vlla extaret quæ puniret inſcitiam capitalem, oppido cꝫ

Tituli remedia paucos videres medicinæ ꝓfeſſores, prouerbiale illud ſat notum, Tituli medicorum remedia habent pyxides venena. Hinc ille Lacon medico dicẽti,

Pyxides venena. Nihil habes mali, ὁύγαρσου ἔφη ἰάτρω χρωμαι. Non enim (inquit) te medico vtor. Et iterũ quũ medicus dixiſſet, γερωργὲ γορασ, id eſt ſenex

Dictum Laconis factus es, διοὲ ιπερ ὀυκ ἐχρὴσιαμην σοι ἰαλρῶ. Quoniã (inquit) nõ vſus ſum te medico. Atqui dicet quiſpiam, videmus quotidie multos morbis grauiſſimis acutiſſimiſq; implicitos auxilio medicorũ cõualuiſſe, quib⁹ reſponderi breuiter poſſet illud Auſonij, Euaſit fati ope/nõ medici. Contra plures videas occumbere cꝫ ſeneſcere, quibus medici qui habent clariſſimi medicorũ/nihil profuere. Præterea milia gentiũ olim fuerunt, & in præſentia ſunt ſine medicis degentiũ. Nos vero aliena opera viuimus, alienis pedibus ambulamus, alienis promiſſis credimus. Q. niſi iam ad finem mea feſtinaret oratio, oſtẽdere poſſem cꝫ multa ſunt nomina rerũ medicarũ apud

Error recentiorũ in reb⁹ medicis Galenũ/Auicennam, alioſq; medicorũ celeberrimos male intellecta, peius tradita/peſſime vſurpata. In quibus quũ diſpendio vitæ mortaliũ recentiores hallucinant, & aliud pro alio propinantes/ſæpe dant mortiferam potionem pro ſalutifera. Quas ob res liquido colligimus o frater medice diſciplinam tuã quam iactanticulis tantopere extollis, nõ tam vtilẽ eſſe ciuitati cꝫ

Cato in medicos. detrimẽroſam. Salubriterq; Portius Cato credit medicis interdixiſſe, cui⁹ oraculo claudam hãc de medicis diſputationẽ. Sunt autem Catonis verba

hæc. Qñcūq; gēs ista suas litteras dabit/oīa corrūpet, tū etiā magis/si me/
dicos suos huc mittet. Hæc aūt oīa in philosophos & medicos inflāmant
satis porata. Nemo vestrū viri clarissimi queso pinde dicta accipiat, atq; si
ex psona mea dicerent. Absit em̄ a me talis insectatio, sed tanq; ex psona
oratoris agētis causam aduersus fratres, alteꝝ philosophū, alteꝝ medicū,
qui quū diluerit, eleuaueritq; fraternas ꝓfessiōes, oratoriā disciplinā & ora
toris nomē valētissime tutatus est, vt scilicet dixerit nō solū illa omniū iudi/ Exorabula
cū exorabula quę a nobis dici & solēt & possūt, sed mītis quoq; adminicu/ iudicū
lis fulserit/roborauerit, & erexerit causam eloquētię, quæ ad prēsens omit/
to. Illud tm̄ retulisse cōtētus, ꝙ expaciatus orator p̄ latissimos rhetorices
cāpos talia subiūxit.

¶ Q; eloquētia (inquit) o iudices vna de sūmis virtutibus sit ciuitatiq; Orator vir
vtilissima, adeo clarum, adeo in confesso est/vt probatione nō egeat. Nam bonus
quum orator finiatur, vir bonus dicendi peritus, rhetorice vero benedicē/
di scientiæ/vtilē esse eā confitendū est/quæ bonitate cōstat, elegātia pollet, ni/
tore splendescet, cuius ope & opera præclara oīa fiūt & magna. Equidem
cōditores vrbiū, nō tam philosophica doctrina/q; elegātia oratoria, & illi/ Illiciū fa/
cio facūdiæ pellexerūt dispalatos hoīes ad ciuilitatē politicāq; viuēdi ratio/ cūdiæ
nē. Cōsimiliter cōstitutores legū quibus nihil pene emūctius/limatius, & Cōditores
sentētiosum magis adminiculati futuris eloquētiæ leges saluberrimas/ legū
eloquētissimasq; cōdidere, quas mox interpretes interptamētis barbaris Oratores
fœdauerūt/formatores quoq; rer; publicar;. Imperatores bellicor; exer/
cituū regere cōsiliis & moderari res magnas sine docta voce & oratoris
vi haud quaq; potuissent. Denicq; scriptores fere omēs in omni doctrinar;
genere vel eminētissimi, sine pigmētis oratoris sine dolatorio rhetorico sta/ Scriptio sine
tim lectori nauseam faciūt, & bilem mouēt. Adeo scriptio oīs citra elegā/ eloquētia in/
tiam est ꝓxima fastidio, tantamq; vim habet illa a poeta prisci sæculi dicta suauis
flexanima, atq; omniū regina rer; orō. Merito apud Rhomanos q̄ republi/ Sūma orato
ca nulla vnq; maior, nulla sanctior, nulla bonis exēplis ditior extitit/sūma ribus digni/
semp̄ oratoribus dignitas fuit. Et vt auctor est Cornelius Tacitus, nullus tas
magnā potētiā sine eloquētia est cōsecutus. Q; vt de alīs taceā, nōne Mar/ Ingeniū Tul
cus Tullius ille orādi regula & dicēdi lex, cuius ingeniū Rhomano impio lij par Rho/
par fuit, qui latinæ facundiæ Pomeriū ꝓmouit, ad cōsulatum vsq; amplis/ mano impio
simamq; dignitatem ex humilitate nataliū & loci euectus est? Quo quid
vtilius in Rhomana republica excogitari pōt? Quo suadēte legē Agrariā,
hoc est alimenta abdicarūt Rhomanæ tribus, cuius linguæ fulmē infregit
audacē. id est victoriantiā, & ipsum ꝓscripsit Antoniū, cuius nomine sup/ Supplicatio/
plicatiōes a senatu decretæ sunt. Qui maximus honor victoribus bello du/ nes in toga
cibus dat. q togato ante Ciceronē habitus est nemini. Demosthenē quoq; Cicero.
admirabat græcia/obseruabat rex Persar;, & plurimus de eo apud Philip/
pū sermo habebat, cuius gloria tā celebris, tā p̄ ora omniū volitans exti/
tit/vt auicula aquā ferēs, ita insusurrauerit alteri, ουτ οσ εστ ι δε μοσθε/ Hic est De/
ηης, hic est ille Demosthenes, & olim Gorgiæ rhetori Leonino a grēcia mosthenes.
Delphis sola statua nō inaurata/sed aurea dedicata. Tātus honos habeba/
tur oratorię artis ꝓfessoribus. In hoīe prēcipue duo sunt, rō & orō. Vnde
ab Apuleio homines finiuntur ratione plaudentes/orōne pollentes, sed ra/ Ratio sine
tio sine oratiōe ꝓpe mutila est & manca. Quare si nihil ab illo parente rer; orōne mācat
fabricatoreq; mundi deo melius oratiōe accepimus, si vtilissimū esse ne/

mo nõ nouit eloquẽtia pollere, ſenatũ/populũ/exercitũ, mortales oẽs in quę
Fulminare velit orator ducere, ſi viribus orãdi tantũ aſſeq põt, vt præfulgere/ fulmina
Pericles re/tonare, quod Pericli cõtigit/videaẽ orator. Pronũciate iudices ꝑ orato/
Tonare re & ſecundũ me litẽ date, & vt q orator ad vos venerim/abeã a vobis ex/
orator. Efficite vt ſi rhetorice eſt ꝓſuadẽdi opifex ac ſuadæ medulla, videar
apud vos ꝓſuaſibiliter dixiſſe, ſiue em̃ ꝓſuadere/ ſiue bñdicere finis eſt, &
ſũmũ in oratore vtrũq; id munus impleuiſſe videbor, ſi voti cõpos ex ſen/
tẽtia veſtra ac ꝓnũciatiõe diſceſſero. Dixi.

¶ Credibile eſt poſt ꝓoratã a tribus fratribus cõtrouerſiã iudices ipſos
cõcordi cõſenſu oĩbus ſentẽtijs ꝓnũciaſſe ꝑ oratore, illiq; adiudicaſſe pa/
ternã hæreditatẽ.

¶ Finit

¶ Ad venerabilem & eruditum Sigiſmundum Goſſingerꝝ eccleſiæ Vratiſlauienſis Canonicũ Philippi Beroaldi Bononienſis epiſtola.

SCiti elegãtiſq; cõuiuatoris eſt nõ tã apparatu ferculorꝝ inſtrũere,
q̃ꝫ lepiditate fabulatorꝝ hilarare cõuiuiũ. Quæſtiones aũt cõuiua/
les eſſe debẽt, neq; nodoſæ neq; auſteræ, ſed iucũdæ & inuitabiles
ſuꝑ rebus ad cõmunẽ vſum vitæ ꝓtinẽtibus, cũ quadã facilitatis il
lecebra, qbus ingenia cõuiuarꝝ venuſtiora fiãt, & quodã quaſi incitabulo
foueant. Quod ſane genus veteres adeo ꝓbarũt, vt de cõuiualibus queſti/
onibus Ariſtoteles & Plutarchus & Apuleius noſter volumina cõſcripſe/
rint, vt Aſellius Sabinus Dialogũ feſtiuiſſimũ cõdiderit, in quo Boleti &
ficedulæ, & oſtræ, & turdi ſuꝑ principatu Ganeæ certamẽ inducit. Ex hoc
genere ludicrarꝝ quæſtionũ nimirꝝ illa tua eſt Sigiſmũde mi amabiliſſime,
quã mihi diſſoluendã ꝓpoſuiſti. Scribis em̃ ad me in epiſtola eloquẽter, ele
gãter cõſcripta ortã eſſe apud te inter coepulones atq; cõprãſores tuos lu/
dicrã & vere cõuialẽ diſputationẽ, videlicet quis fœdior, nequiorve ſit ha
bẽdus meretricarius an aleator, an temulẽtus, quis deniq; ex his tribus vi/
tijs ſit culpatiſſimus. Cõſulis me, adhibes preces, vt libello tibi explicẽ, qd
ſuꝑ hac re ſentiã, & tanq; honorarius arbiter cõtrouerſiã hãc ipſe dñudi/
cẽ. Ego qui libentiſſime morẽ gero, id genus hominibus quibus dare bene/
ficiũ eſt accipe, ſumpto calamo hanc ioculatoriã diſputationẽ explicaui ſti/
lo declamatorio/planeq; ſcholaſtico. Ita em̃ credidi rem ꝓlanius/ lucidius/
manifeſtius liquere poſſe/ſi hoc charactere explicaret. Cæterꝝ quia Socra/
ticũ eſt & Academicũ, nihil affirmo ego/nihil decerno vt dogmatiſtes, ve/
rũ vt opinator. Id opinor & ꝓbo quod in vltimo poſitũ leges. Sic Varro
ſic cæteri in extremo collocãt quod maxime ꝓbãt. Et quũ ſuũ cuiq; iudiciũ
ſua ſentẽtia ſit, ſequaẽ vnuſquiſq; quod maxime ꝓbabile exiſtimabit. Ego
vero q̃cq̃d, id eſt libelli tibi nũcupatim dono dicoq; Sigiſmũde Goſſinger
nõ minus eruditiõe & nobilitate q̃ꝫ religione monſtrabilis, qui vt eloquẽ/
tiæ cultũ (ſine qua homo totus incultus) caꝑes, vt ĩgenuas diſciplinas hau/

rires/vt barbarię exueres, veniſti nō pridē in Italiam. Fuiſti rhomæ aliquot annos vigilantiſſimus rhomanæ academiæ cultor. Vbi eloquentia latialis nata/educataq; eſt, vnde tu ſuffarcinatus auro & argēto, hoc eſt eloquio et doctrina/in patriam remigaſti, non ſolum canonicatu digniſſimus/ſed & epiſcopatu. Vbi ſtudia humanitatis repaſtinans in dies cultior/doctior/honoratior exiſtis. Gaudeo q̄ cōmentarios meos cum primis probas, et quæ cunq; ex incude noſtra litteratoria formata cuſaq; circumferunt, habes cōtinenter in manibus. Quæ quū tu, quū plæriq; omnes tui ſimiles probent, idq; mihi per epiſtolas quotidie ſignificēt, facile adducor/vt credam nō eſſe inuenuſtiſſima, & vt græce dicitur Amuſotata, quæ tantorū virorū iudicio comprobāt. Nec enim credibile eſt tam multos aut aſſentari aut falli. Itaq; mihi blandior & hoc inuitamento illectus cōmentarios Apuleianos ſuccīſiuis temporibus procudo. Texitur opus ſane luculenter, & intra duos ad ſummū ſeſquimenſes abſolutū/edolatū/impreſſum in publicū progredieť, cuius tu quoq; fies particeps. Interim accipe libellum hunc quem expetiſti ioculatoria diſputatione feſtiuum, lepidula eruditione inuitabilē, declamatorio filo contextum, quē ſuadeo aut ſuper cœnam legas/aut poſt cœnam. Sic enim opinor faciet ad ſtomachum, quum matutino & ſobrio ſeria atq; auſtera cōueniant, quicquid id eſt/lætus cape, & libellum hilaritudinis plenum hilari fronte ſuſcipito. Vale & amicitiam cole.

¶ Argumentum.

DAter q̄ tres filios habebat, vnū Scortatorē, alterū Aleatorē, tertiū Ebrioſum, moriens in teſtamēto ita ſcripſit. Ex filiis meis turpior vitioſiorq; exhæres eſto, poſt mortē patris cōtendūt fratres quis/nam exhæredatus eſſe dicať. Res agiť apud iudices per quādam quaſi Anticategoriā, hoc eſt mutuā accuſationē, quā quidā concertatiuam nūcupant. In plæriſq; cōtrouerſiis Priſci declamatores vti cōſueuerūt perſona aduocati propter aliquam ipſius qui cauſam dicit deformitatē & vitiī turpitudinē. Hic q̄q̄ perſonæ fratrū inhoneſtæ ſint & turpes, vt illis pro ſe loqui nefas eſſe debuerit, ego tñ exiſtimaui totam cauſam plani⁹ explicari & vehemētius agi poſſe, ſi ipſi ſemet mutuis criminationib⁹ pulſarēt/q̄q̄ ſi p aduocatū res agereť. Primas partes ebrioſo dedi, vt cōtra duos vn⁹ dicat, vt mox vnus a duob⁹ retaxeť. Cōditio huiuſce cauſæ illa eſt, vt p̄ ſua quiſq; ſalute ſollicitus nihil de proximo cogitet. Lector attende lætaberis.

¶ Ebrioſus contra Scortatorem & Aleatorem.

NOn ignoro iudices quanto onere cauſa noſtra præmať ex hoc parentis elogio, p̄pter q̄d fit vt ſordes noſtræ inuulgenť/vt probra noſtra in patulo cōſpiciant. Et q̄d maxime cauendū fuerat, vt occultatiōe mutua frater inuehi cogať in fratres, ſed qui ſemel labe vitioſitatis infectus/ſequeſtrato pudore frontē p̄fricuit qui famę contēptor eſt, non tam infamiam veretur q̄ famem timet. Creditq; prouerbio græco clamitanti miſerrimum eſſe fame mori, & quod parаſitus ille Plautinus dixit/putat eſſe veriſſimū. Miſerrimus eſt, qui quum eſſe cupit/quod edat nō habet. Proinde iudices (ne ego eſuritione tabeſcam) ſi exhæredatus a patre ſententia veſtra pronūcier, ne inter mendicos ſedens/manū ad ſtipem porrigere cogar, agam hodierno die cauſam aduerſus duos fratres, & potētiſſi/

Miſerrimū fame mori.

mis argumẽtis demonstrabo/vel alterutrũ/vel vtrũcꝫ nimirum esse/quem pater exhæredatũ esse voluerit. Quis mihi satis supercꝫ esse debuisset, ad exhæredationẽ effugiendã vos edocuisse alterũ ex fratribus esse/cꝫ me sordidiorem perditiorẽcꝫ. Verũ vt res magis colliquescat, seperatim atcꝫ diutius vtrũcꝫ incessere/mihi in animo est, vt post explicatas vnius sordes/alterius quocꝫ maculosam vitã insectanter inuadã. Quis cꝫ nõ me præterit cꝫ sanctum sit nomen fraternitatis, cꝫ arta fratrũ cõiunctio, cꝫ frater diligendus, vtpote quasi fere alter dictus. Sed mihi nõ tam fraternitas hoc tẽpore colenda est cꝫ mendicitas cauenda. Ver⁊ est profecto illud verbũ vetus, Omnes sibi melius esse malle cꝫ alteri, quisꝫ sibi proximus est/& tunica pallio propior. Cæterũ ne longiore (cꝫ par sit) exordio vos morer, iam cõtrouersiam ipsam ex testamẽto paterno deriuatã/quæso dispicite. Iubet pater eũ ex nobis exhæredatũ esse qui sit vitiosior, quis nõ intelligit, quis non videt/ siue verba siue voluntatẽ scriptoris intueri, libeat scortatorem designari/quo vitiosior nullus existit. Testamentũ potentissimũ est, Vltima defuncti voluntas rata esse debet, hæc vobis spectanda est, ad hanc perinde ac scopon sententia vestra dirigẽda. Ait pater, Vitiosior ex filiis exhæres esto. Scio me bibacem esse & vini cupidissimũ, sed hoc si vitiũ est, longe ꝓfecto minꝰ est/cꝫ fraterna scortatio/labesꝫ meretricaria. Nã vt prius cũ amatore meretricis agam, quid põt fœdiꝰ esse/quid vitiosius, cꝫ amore meretriculæ turpissimo torqueri & insanire inter scorta nõ tam degere cꝫ delitescere? Vbi patrimonij famæꝫ dispendium fiat, vbi ex libero seruus euadas, sisꝫ seruituti indignissime mãcipatus. Omnis seruitus homini ingenuo & liberaliter educato intolerãda est, Ille vero vltroneã subiit seruitutẽ, & eam quidẽ indignissimã/qui meretricarijs pedicis implicatur, cui mulier imperat, cui leges imponit/præscribit/iubet, qui nihil imperantũ negari potest/nihil audet recusare, poscit/dandũ est, vocat/veniendũ, eijcit/abeundũ, minatur/extimescendũ. Duo ante omnia sunt quę mortales magnipendũt, fama & opes. Quid emꝫ per deos ĩmortales mortalibus cõtingere potest illustrius, cꝫ nominis splendor, cꝫ fama, cꝫ gloria? Cuius causa tot ærumnæ, tot sudores, tot vigiliæ vltro subeũtur ac tolerant, vt nõ immerito cecinerit Valerius Flaccus, Tu sola animos mentẽcꝫ peruris gloria. Vt verissimũ sit illud Salomonis, Meliꝰ est nomen bonũ cꝫ diuitiæ multæ. Præterea quid vtilius, quid dulcius, quid beatius, cꝫ opulentũ patrimoniũ, cꝫ diuitiæ luculentæ, Quarum causa Impiger extremos currit mercator ad Indos, ꝓpter quas vita mortalium facta est laboriosa & irrequieta. Sunt plæricꝫ qui mortẽ potiorem cꝫ ægestatẽ putent, quibus intolerabilis videat nuda illa vita & omnibꝰ quibuscũcꝫ abundauerint destituta. Apud Nabatheos, Qui opes imminuit/publice mulctatur, qui auget/honore afficitur. Quas tam græci cꝫ barbari quũ tertiũ locũ bonorũ tenere debeant, primo tñ in loco collocant, vt auctor est Plato. At/ qui vtriusꝫ huiusce boni iacturã facit meretricarius, Nãcꝫ Amationes meretricię grande fuerunt vnacũ damno dedecus, infamiã afferunt/opes auferunt. Male cõsulit & rei & famæ mulierariꝰ amator. Quibꝰ hoi detractis, nihil plane erit illo despectius, nihil notatius. Itaqꝫ amator despectissimꝰ notatissimusꝫ est habendus, qui scorto honestũ officiũ postponens, qui in gurgustio delitescẽs assiduis pulsat infamijs, patrimonij decoctor, mẽdicitatis infamissimæ coagulũ. Bonã deperdere famã, rem patris oblimare malũ est vbicũcꝫ, vt inquit Satyrographus. Amator (vt Plautinus seruus festiuiter

Frat fere alt. Tunica pallio propior

Nullus liber erit si quis amare volet.

Fama & opes

Glorię adipiscẽdæ gratia vltro multa subeuntur

Salomon

Horatius

Mos Nabatheorum.

Quæ incommoda meretriciæ amationes afferãt.

enarrat)bona ſua ꝓ ſtercore habet,foras iubet ferri,domi quicquid habet ꝓdit/quãdoq; dẽ ipſe ꝓditus eſt. Meretrices vt dicunt ita ꝓfecto ſunt ꝓca/ces,nullus eſt finis poſcẽdi/nullus dãdi,vt amatoris libido rediuiua reſur/gat/eſtq; inexplebilis,ſic meretricis eſt inexaturabilis ꝓcacitas. Et quũ ho/die aliquid dederis,hodie quoq; aliud dandum eſt. Et quũ ſcorti p̃ciũ vni/us ſit panis(ſi Salomoni credimus)argentariã ſalutẽ ab Amaſio quotidia/nã depoſcit.Exenteratq; quotidianis ictibus marſupiũ. Meretrix tãtiſper blãdit dũ illud quod rapiat/videt. Amator q; diu habet quod det,tãdiu illi arridẽt ædes meretriceæ,& patẽt fores.Vbi deſpoliatus inopia argentaria laborat/foras extrudit. Nõne comœdia humanæ vitæ ſpeculũ eſt? Atqui apud Comicos poetas tota eſt meretricarũ amoris inſectatio. Adoleſcẽ/tes in ſcortis male audiũt,patres filios turpi amore meretricis auocare/ab/ducere/auellere oĩb⁹ viribus neruiſq; cõtendũt,vt id nobis documento ſit vitandas eſſe meretricũ illecebras,fugitãdas ſuauiationes poſcinummias. Quarũ vafricias/laqueos/illicia/blãdiciaſq; viſcatas enũerare quis poſſit? In mercatore Plautinus pater Charinũ filiũ viſco muliebri implicatiſſimũ caſtigatione clamoſa & obiurgatorio ſono ad bonam frugẽ reuocare cõ/tẽdit,tanq; nihil ꝑque diſpẽdioſum rei ſit & moribus ac amor. In truculẽ/to ſeruus meretricem ego(inquit)item eſſe reor mare vt eſt, quod des de/uorat/nunq; abũdat. In aſinaria ait, Adoleſcẽs deſpoliatus & excluſus ma/re nõ eſt mare. Vos eſtis mare acerrimũ. In ciſtellaria meretrix fortunati ẽ oppidi ſimillima,nõ poteſt ſuã rẽ obtinere ſola ſine multis viris. In ſticho, Qui poteſt mulieres vitare/vitet. Apud declamatores inducunt patres q̃ elogio teſtant exhæredatos a ſe filios, ꝓpterea q; meretrices amauerint. In decalogo legis dñica præcepta decẽ dei digito cõſcripta cõtinent, quibus recte viuẽdi formula præſcribit,hoĩes ad ſanctitudinẽ inſtituunt,inter quæ illud eſt memoratiſſimũ,Nõ mœchaberis. Quo ⁊bo nõ ſolũ interdicit no/bis adulteriũ cũ alienis vxoribus,ſed & oĩs fornicatio. Quippe in canõicis ſcripturis(vt docet diu⁹ Auguſtin⁹,& in Decretis.xxxij. q.iiij. ꝓditũ eſt) noĩe mœchię oĩs fornicatio,oĩſq; illicit⁹ cõcubitus ſignificat. Si quæ a põti/ficibus decreta ſunt/ſeruari debẽt,q;to magis quæ a deo. Tu q; ſcortator & meretricij amplexus affectator es,nõne vides te facere cõtra diuinũ inter/dictũ,ſed q; ꝓcepit nõ mœchandũ,idẽ in eodẽ decalogo haud quaq; præ/cepit nõ bibendũ. Ad hęc amor formæ ratiõis obliuio eſt inſaniæ ꝓximus. Turbat cõſilia,altos & generoſos ſpũs frangit, a magnis cogitationibus ad humillimas retrahit,quærulos/iracũdos/temerarios,dure imperioſos, ſeruiliter blãdos,oĩbus inutiles, ipſi nouiſſime amori facit. Nã quũ fruẽdi cupiditate inſatiabili flagrat plura tẽpa ſuſpitiõibus/ lachrymis/cõq̃ſtioni/bus ꝓdit/odiũ ſui facit,& ipſe nouiſſime odiũ eſt. Hęc luculẽta diui Hiero/nymi poratio,quẽ nõ meretricarioꝝ atq; amatoꝝ rubore ſuffundat? Quis amaſius talia audiẽs nõ repente ſe damnet,veluti fœda vitioſitate macu/loſum? Quis venerius miles nõ hæc in ſemetipſo recognoſcẽs ingemiſcat? Nãq; amorem amatorẽq; cuncta hæc vitia ſectari ſolent. Cura/ ægritudo/ inſomnia/ærumna/inepta ſtulticia & temeritas/incogitãtia/cupiditas/pe/rulãtia/auiditas/deſidia/inopia/contumelia & diſpendium. Amor carnifi/cinam cõmentus eſt,amor amara dat,mores hominũ moros & moroſos facit. Amatoris anim⁹ clauo cupidinis fixus apud ędes mereticias retinet, vluitq; in alieno corpore,adeo vt Plautinũ illud dicere meritiſſimo poſſit, Plautus

Meretrices ꝓcaces.

Scorti ꝓciũ.

Suauiatiões poſcinũmiæ

Meretrix vt mare.

Decalogus

Nõ mœcha/beris

Amoris ſe/ctatores

Vbi ſum, ibi non ſum, vbi non ſum, ibi eſt animus. Quid nonne in vulgari maledicto cõuitioq; quotidiano eſt nomen ſcortatoris? Nõne in confeſſo eſt amorẽ furorẽ eſſe & meretrices famoſas? Sectari autem rẽ furibundam non iræ furere eſt? Sectari rem infamem, nonne infamiæ ꝓximum atq; cõfine? Ad hæc amator ſæpe crudeli feritate graſſat ac furit ob riualitatis ſuſpitionẽ. Meretricum ẽm non eſt vni inſeruire amantũ, ſed fouere complures, & ex multiplicibus racemis ſibi facere vindemiã. Hinc bella, iniuriæ, ſuſpitiones in militia amatoria. Hinc Marius Hellade ꝓcuſſa ſe præcipitat, hinc amator non ſolum miſer & ærumnoſus, verumetiam turpiſſimus criminoſiſſimuſq; cenſetur. Quãto me magis iudices excutio, tãto plura ſuccurrũt ad taxandã meretricarĩ fratris fœditatẽ. Et imprimis illud apoſtoli Pauli, qui euidenter oſtẽdit vitiũ fornicationis inter reliqua eſſe ſpurciſſimũ, qui Corinthios inſtituens ita ꝓclamat, Fugite fornicationẽ. Omne ẽm peccatũ quodcunq; fecerit homo extra corpus eſt, qui autem fornicat in corpus ſuũ peccat. Adde, Quid qui cupit bibere, non erubeſcit id palam ꝓfiteri, & manum in ꝓpatulo porrigere ad poculum. Qui vero deſiderio rei veneriæ detinetur furtim id agit & clanculũ, quũ cupiditatis erubeſcẽdæ depudeſcat, non credis id mihi? Audi nobiliſſimũ philoſophũ Ariſtotelẽ in ꝓblematibus ita diſquirentẽ, Cur hoĩes rẽ agere veneriã cupiẽtes cõfiteri ſe id cupere maxime ꝓdet, bibendi autẽ aut edẽdi deſiderio quũ teneant, cõfiteri nõ pudet. Poſſem infinita ꝓpe cõgerere, ſed adhibendus eſt modus, quẽ in rebus omnibus vtiliſſimũ ꝓhibẽt. Igit̃ o frater quũ in ſcortis male audeas, ſcito hoc eſſe omni ꝓbro ꝓbroſius, omni turpitudine turpius. Intantũ vt nullus ignoret ſcortari & in meretricario cœnobio ſe & ſua nequiter ꝓfligare, id dici & eſſe ꝓſtremiſſimum vitioꝝ, quod nec ipſe opinor frater ĩficiaris, quũ improbor̃ mos ſit nõ improbitatẽ occulere, ſed ex ipſa vitioſitate gloriari. Verꝝ hæc de ſcortatore ac meretricario dixiſſe ſatis ſupq; ſit. Trãſeam⁹ agedũ ad aleatorẽ, quẽ nõ minus fœda vitĩ labe maculoſum eſſe cõfirmo, adeo vt multa quæ in illũ dicta ſunt, in hunc peræque retorqueri poſſint. Et alia plæraq; quæ dũ a nobis ꝓpẽdunt, quæſo diligẽter attẽdite.

Riualitas

Ariſtoteles in ꝓblematibus

Apoſtrophe ad ſcortatorem

Vituperatio Aleæ.

De Aleatoribus.

Horatius.

Aleones

¶ Alea res damnoſa eſt ac turpis, furtorum ac rapinæ conciliatrix, malarum cogitationum parens, hoĩs interioris carnificina, virtutum atq; omnis honeſtæ meditationis expultrix, iraꝝ maledictorumq; in deos hominesq; ſuſcitabulũ. Cui qui mancipati ſunt, ſemper angore torquent, ſemp triſtitudo illoꝝ vultus innubilat, ſemper deſperanter, ſemp furẽter omnia agẽtes conſpiciunt. Nimirꝝ id vitiũ eſt quod ſcriptores omnes ꝓſcindunt, infamant, criminant, quod a legũ conditoribus male mulctat. Ariſtoteles inclytiſſimus philoſophoꝝ quarto Ethicoꝝ volumine Aleatores infamat, illiberales eſſe & in ſordido lucro verſari ſcribẽs. Apud iuriſcõſultos titulus eſt de Aleatoribus, Quo animaduerſio conſtituit in eos quoq; qui ludere compellunt. Senatuſconſultũ vetus pecuniam ludere interdicit. Quinetiã Marcus Tullius auctor eſt, lenticulam. M. Antonij colluſorem lege de Alea condemnatum. Qui hominẽ nequiſſimũ ob id vocat Antonium, ꝙ in foro atq; in propatulo Alea luderet. Horatius quoq; Aleã legibus interdictam tanq; rem improbam oſtẽdit illo verſiculo, Seu malis vetita legibus alea. Nonne inter Catulliana maledicta ſunt Aleones quoq;? Sic ẽm Priſci aleatores nominitabãt. Nõne cõſeſſum Alcatoꝝ in ludo talario tur-

piſſimum eſſe dixit Arpinas orator? Nonne alea pernox? Nõne animoſus aleator ſatyrico dente perſtringitur? Quiſquis inuentor aleæ extitiſti, tecũ eñ mihi res eſt non rem voluptariam (vt vulgo creditur) ſed peſtiferam ac detrimentoſam es cõmentus, quæ multos ad mendicitatem redactos furaces/graſſatores/ſacrilegos fieri coegit. Et quoniam nõ eſt nobis hæc oratio habenda apud imperitos iudices, neq; in conuentu ruſticano, liberius paulo de ſtudijs humanitatis ac litteris interioribns diſputabo, necnon ex ſecretarijs Platonicis eruta inuulgabo. Plato philoſophorum deus refert in Phedro fuiſſe dæmonem/neſcio quem, ex vetuſtiſſimis dijs ægyptior̃, cui dicata ſit ibis auis illa ægypti peculiaris. Non autem ciconia (vt vulgo creditur) quæ roſtri aduncitate per aluum ſeſe perluens Clyſteris vſum demonſtraſſe mortalibus proditur. Dæmonem autem hunc theuth, ſiue theutatem primũ inueniſſe Geometriã/ Aſtronomiã/ Arithmeticã, & litteras, eundẽ talor̃ aleæq; repertorẽ extitiſſe. Dignum ego ampliſſimo præconio Theutatem iudico iudices, quatenus litteras & diſciplinas ingenuas inuenit. Q; vero talariũ ludũ, aleãq; primus oſtẽderit, fœda ſugillatione notandum cenſeo, adeo vt mala bonis comparata præponderẽt, nec minus vitioſitatis ſit in aleæ cõmento, q̃ bonitatis in litterar̃ inuẽtione. Herodotus græcus Liuius quẽ Marcus Tullius patrẽ hiſtoriæ nũcupat, auctor eſt Lydos primos aleæ teſſerarũq; ludũ, & cætera genera luſoria præterq̃ talaria excogitaſſe. Cæter̃ ſiue theuth, vt memorat Plato/ ſiue Lydi, vt autumat Herodotus, inuenere inſtrumẽta luſoria. V triq; mediuſſidius tradidere mortalibus inuentũ pnicioſiſſimũ, cuius comites ſunt fraus/piuriũ/impoſtura/mẽdicitas, & ex mẽdicitate mala mẽs, malus animus, & cõſequenter ad ſcelera facinoroſiſſima audẽda ꝓcliuitas. Piget cõmemorare q̃ multi hoc vitio teterrimo ad inopiã, ægeſtatẽq; redacti, ſibi & ſuis fuerũt dehoneſtamẽto. Q; multi dũ furtificas ob aleã manus habẽt, carnificis laqueo ſtrangulati, mortẽ oppetiere ignominioſiſſimam. Ad hoc aleatores publica pulſant infamia, & quia differimus Apud aures eruditas, eruditioniſq; ſitientes nõ erit abſonũ, ſi ab illa orandi lege Rhetorica paulum deuius excurram excurſione plauſibili. Idq; ex declamatoria inſtitutiõe & ritu inter cæteras natiões ſtudioſiſſimi teſſerariæ luſionis, aleatoreſq; maximi Germani fuiſſe ꝓdunt, aleam inter ſeria exercentes, tãta lucrandi perdendive temeritate, vt quum omnia defecerũt, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate ac de corpe cõtendãt, victus voluntariã ſeruitutẽ ſubit. Et q̃uis iunior q̃uis robuſtior foret, alligari ſe patiebat̃ ac vendi. Ea erat (vt inquit Cor. Tacitus) in re praua peruicacia ipſi fidem vocant, inſitũ hodieq; eſt Germanis ſtudium aleæ animoſioris, in qua fidem colluſori ſeruãt, & pecuniã perditam perinde ac mutuaticam victori cum fide repreſentant. Dir̃ prorſus illud eſt ſydus natalitiũ, quo ꝓgenerant̃ aleatores, quo homines fiunt rei prauæ ac calamitoſæ mancipati. Quicũq; in nona parte libræ habuerit horoſcopũ, is erit ſi firmico materno credim⁹, aleator populari natione ꝓſpicuus. V tinã poſſent e vita in totũ abdicari, tolliq; teſſeræ & chartulæ luſoriæ, ſicuti iampridẽ tali ſublati ſunt, & luſio talaria abdicata. Videor plæroſq; oẽs ex vobis contracta fronte muſſantes, q̃ talos/talariũq; ludũ dixerim exoleuiſſe. Nolite ob id admurmurare, vera locutus ſum iudices, nullus eſt error in verbo, ſed vulgus errore ꝓmiſcuo implicat̃, exiſtimãs talos eſſe inſtrumẽta luſoria, q̃bus quotidie paſſim ludit̃, quũ teſſeræ illæ ſint no-

Tacitus

Ibis nõ eſt Ciconia

Inuẽtor talor̃ theuth

Lydi luſoria multa genera inuenere.

Comites artis luſoriæ

Germani aleatores.

Horoſcopus Aleatoris

Tali

Teſſeræ

Quid erat lu dus talarius

minādæ nō tali. Et vti totā rē planius noueritis, ſcitote talos fuiſſe q̄ternos in ludo talario ex talis q̄drupedū factos, q̄ in poſterioribus tm̄ pedibus eſſe ꝓdunt. Ariſtoteli/Plinio, cæteriſq; Phyſicaꝝ diſciplinaꝝ conſultiſſimis

Aſtragali

græci talos aſtragalos vocāt, vnde & Aſtragaliçontes dicti talis ludētes.

Venus iactus

In luſione talaria quattuor tali efficiūt iactū fœliciſſimū/ quē veneriū nuncupāt, & a poetis Venus vocitat. In ludo vero teſſerario tres tm̄ teſſerę ſūt

Luſio teſſeraria

quæ ex ſex lateribus æquali latitudine planiciaꝝ quadratæ cōfiūt, græci cubos appellāt, quod & noſtri, vt. M. Varro/ Gellius/ Macrobius/ Victruui/ us tradiderūt. Inde Cybeuticos dictus aleator. Teſſerarius nūc vbiq; gētiū, vbiq; locoꝝ in vſu quotidiano frequētiſſimus eſt. Tres teſſeræ ſiue cubi, quos taxillos docti, indoctiq; falſo nominitāt/ in alueolū iaciunt, ſic em̄

Teſſeræ Cubi Alueolus

tabula aleatoria nūcupat, quū talis q̄ttuor in ludo talario antiqtus vterentur. Hinc ſcite apud Epigrāmatiſtā, teſſeræ numero taloꝝ impares ſeſe eſſe ꝓfitent. Vtinā ergo vt domū repedemus, vtinā teſſerarius ludus, & oīs alea dānoſa ac præceps abdicari poſſet & tolli. Vtinā aleatores quoꝝ vita & ars ludus eſt/ exterminari atq; interdici, ne res quæ voluptatis cauſa vt aiūt repta eſt, in mœſtitudinē/ luctū/ ægeſtatē mortales impīgeret. Dic queſo aleator, nō erubeſcis, vel ſi erubeſcere nō noſti, nōne palleſcis, nōne ingemiſcis, quoties audies te aleatorē noīe ꝓbroſiſſimo vocitari, quoties digito prætereūtiū ob inſigne vitiū demōſtraris? Equidē malo vinolētus dici, q̄ aleator, q̄ ſcortator. Malo illo liquore mulceri/ q̄ lætificat deos & hoīes, ſine quo læticia eſſe in cōuiuijs nō poteſt. Vñ & læticiæ bacchus dator a celeberrimis auctoribus dictus. Quod ſi vitiū eſt (vt iſti volūt), ꝓfecto ē ignoſcibile, neq; vllis legibus indictum, Quinimmo Platonicæ leges q̄bus nullæ ſanctiores, vinolentiā & pocula largiora ꝓmittūt, ꝓinde ac fomitē quēdam ingenij virtutiſq; incitabulū. Aſclepiades nobiliſſimus medicoꝝ vini vtilitatē æquari vix deoꝝ potētia poſſe ꝓnūciauit. Vinū eloquētes facit. Et vt inquit Horatius Flaccus. Fœcūdi calices quē nō fecere diſertum. Cui ſubſcribit poeta alter lepidiſſimus ſcribēs, poſſum nil ego ſobrius, bibenti ſuccurrūt mihi quindecim poetæ. Et quū alea atq; fornicatio plenę ſint anxietudinis & curæ. Cōtra vinū triſticiā diſcutit, & nubila hūani animi ſerenat. Eſtq; remediū curaꝝ, quę anxiferæ ſunt & edaces preſentiſſimū, quod Lyricus poeta cōmodatiſſimo Epitheto dixit obliuioſum. Vitā beatā nulla res alia magis efficit, q̄ animi ſecuritas mētiſq; trāquillitas. Hāc nobis vinū parit, ſomno accōmodū & ſecuritatibus. Hoc certe fuit Nepēthes illud quod Homerica Helena Thelemacho ꝓpinauit, obliuionē triſticię, veniāq; afferēs, quod vtiq; omnibus mortalibus foret ꝓpinandū. Vnde & Nepēthes ab effectu nūcupatum, q̄ eo triſticia & luctus omnis aboleatur. Merito bacchum ob tam ſuaue inuētum deum finxit antiquitas, merito in cœlo eſt vindemiator collocatus, merito bacchus ipſe liber pater nominatus nō tā ob licentiā linguæ, neq; ob libertatē Boetijs datā, q̄ q̄ liberat ſeruitio curarum animum, & vt morbis quibuſdam, ita triſticiæ medetur. Proinde ſanctiſſimus & vitioꝝ obiurgator ſeueriſſimus Seneca præcipere nō dubitat liberaliores potiōes eſſe hauriēdas, & aliquādo vſq; ad ebrietatē veniendum. Ad hęc nonne maximi heroum regum philoſophoꝝ ebrioſi atq; bibaces fuiſſe memorant? quoꝝ exemplis illuſtribus ebrietas ipſa honeſtat, & vitiū ebrietatis ſi modo id vitium eſt/ fit imitabile. Herculē inter heroas famigeratū quo nihil illuſtrius, ebrium & caſſabundum fuiſſe accipi-

Sentētia Aſclepiadis de vino

Vinū obliuioſum.

Nepēthes.

Vindemiator in cœlo

Vñ liber.

Hercules bibax

mus. Ideoq; ſciphum illius poculum eſſe/vt liberi patris cãtharum, ob hoc fictores Herculẽ cum poculo figurãt. Alexander magnus quo nihil maius, vini auidiſſimus fuit/ad temulentiãq; ꝓcliuior. Cato quoq; qui exemplar virtutũ & norma eſt, qui vt ſapiẽs dictus/ita reuera fuit, vino indulſit, ebrietatiſq; hilaritate demulctus interdũ eſt. Cuius olim ebrij velatũ caput quũ quidã (quib⁹ obuius fuerat) retexiſſent/erubuerũt, nimirũ quia ebrietas ꝗq; in Catone viſa eſt venerabilis. Ego igit quũ viri tam clari/tam magni/tam ſancti vino indulſerint/quũ vinolenti frequẽter extiterint, cur pudeat me et dici & eſſe temulentũ? Cur in me ſit criminoſum, ꝗd nõ ſolũ excuſat exemplis/verũetiam defendit. Deniq; cur mihi damnoſum ſit iudices, ſi id facio quod Hercules, quod Alexander, quod Cato factitauerunt? Quorum auctoritas tanta eſt/vt ebrietatem honeſtam magis efficere poſſunt/q; ipſi ebrietate turpes fieri.

Alexãder temulentus Cato vino indulſit.

¶ Habetis peroratione meam in duos fratres, alterũ fornicariũ, alterum aleatorẽ, quorũ alterutrũ veſtra pronunciatione damnari neceſſe eſt, ſi noluiſſimã defuncti teſtatoris voluntatẽ tueri vultis, qua animis veſtris nihil debet eſſe ſacratius. Quãto em̃ vinolentia minor ſit vitioſitas fornicatione vel alea/vel vtroq;, ſcitis, & hoc ſcio vos ſcire. Quocirca ꝓnunciate iudices quæſo vel in hũc/vel in illũ, vt ego ſentẽtia veſtra abſolut⁹ poſſim paternis bonis perfrui comiter atq; hilariter, vt indulgẽs vino excuſabilis ſim exemplo Herculis/Alexãdri/& Catonis, quod vitæ duces habere nõ ſolũ venia ſed etiam laude dignum eſt. Dixi.

Epilogus

¶ Scortatoris & Aleatoris recriminatio aduerſus Ebrioſum.

Apologus

Aeſopi fabulatoris elegãtiſſimi apologus iudices narrat homines duas manticas habere, alteram anteriorẽ/alteram poſteriorẽ. In priore aliena vitia mitti, in ea q̃ a tergo eſt/noſtra occultari. Quo apologo ſcienter & feſtiuiter ſignificatur mortales obſeruare papulas alienas/in ꝓprijs vlceribus incurioſos, In alienis peccatis noſcendis oculatos eſſe, in ſuis talpas. Neminem videre quid manticę in tergo ſit, hoc quum in plærisq; alijs/tum hodierno die in fratre cognouimus, qui in negocio ſuo hebetior/in alieno acutior, feſtucam in oculis noſtris aſpiciẽs/trabẽ non videt in ſuis, qui copioſe & elegãter in meretricarios/aleatoreſq; perorans ebrietatẽ cui obnoxius ipſe eſt, non ſolum dixit eſſe ignoſcibilem/verumetiã ſi dijs placet, quaſi expetibilem atq; dignam laude eſt conat⁹ aſſerere. Nos vero iudices nihil verrucas noſtras conuelantes ſimpliciter ingenueq; fatemur malum eſſe ſcortari, et forum aleatorũ calefacere. Sed magis malum temulentiã eſſe cõtendimus, idq; euidentibus argumentis planũ faciemus. Vos quæſumus, vt ſicut attente fratrẽ audiuiſtis in fratres inuehentem, ita libentibus animis nos audiatis fratrem retaxantes. Vt ſi quam ille voluptatẽ maledicendo cœpit, eandẽ male audiẽdo penitus amittat, q; quũ dixerit quod voluerit, nõ iniquum eſt ſi audiet quod noluerit. Veſtrum erit officium iudices, cauſa vtrimq; perorata collatione vitiorum (de qub⁹ agitur) facta ſollerterq; perpenſa ferre ſentẽtiam. Homo (vt hinc ordinamur) ex animo et corpore cõpactus/nihil habet penſius cariuſq;/q; ſemetipſum. Vnde fit vt animi ac corporis incolumitatem diligẽtiſſime cuſtodiat. Et ea cum primis aptet, quæ græci τὰ πρωτα φυσικωσ, latini prima naturæ ſiue

Mantica in tergo

Primigenia naturæ

primigenia appellant, in quibus numerãtur valitudo/ſenſus integri, & omnium partiũ conſeruatio, quibus nõ pauci ſummũ hominis bonũ metiũtur. Et quũ vitæ ars prudentia ſit/quæ inter bona animi potiſſimũ elucet, eã precipue incolumẽ ſeruare debemus, vt viuendi ratione cõſtemus. Hæc igitur animi & corporis incolumitas/quũ ſit rerum omniũ precioſiſſima, quũ bona animi & corporis ſint maxima bonorũ, quis nõ videt id vitiũ longe maius eſſe habendũ, quo maiora & plura hominis bona profligãtur? At q cuncta hæc ebrietate cõcutiunt, & vini crapula hebeteſcunt, Temulentia mentem obnũbilat, corporis valitudinẽ profligat, necnõ eſt rei famæq; diſpendium. Vetus verbum eſt ſapientiã vino obumbrari. Q2 vigorẽ animi impedit/ad procinctũ tendentibus, qua in re ſubit admirari Priſcorũ diligentiã, qui ſignificatiſſimo vocabulo vinũ temetũ appellauere, ex eo ꝙ teneat mẽtem ac tentet, vnde & temulentia ebrietas nominata. Quid ꝑ deos fœdius quid turpius eſſe põt, cũ ꝙ homo extra hominẽ, extraq; humanũ intellectũ per vinolentiã collocetur/ſemetipſum ignoret, ne plus ſapiat cũ bim⁹ puer aut anniculus. Vini calentis aſpergine ſanitas mẽtis expugnat, fitq; rerum omniũ obliuio morſq; memoriæ. Non eſt temulenti animus in ſua poteſtate, merſus vino/& ebrietate deuict⁹, quod neq; fornicario accidit/neq; aleatori. Et vt elegãter diffinit Seneca grauiſſimus vinoſorũ cenſor, Nihil aliud eſt ebrietas cũ inſania volũtaria. Nõne hoc probrũ omni probro maius eſt hominẽ vltronea inſania oblectari? Cuius peculiare bonũ eſt ſapere ſanitate mẽtis perfrui. Adĩce ex vino vertigines capitis, recta mobilia, gradum errabundũ. Nam vt ait ſcitiſſime Plaut⁹, Luctator doloſus eſt vinũ, pedes captat primulũ. Merito dixit Androcides ſapiẽtia clarus, Sicut venenũ eſt homini cicuta, ita & cicutæ vinum, intelligi volens veneni venenum eſſe vinum. Q2 multi morbi atq; ægritudines ex vini intemperantia proueniant, quis ignorat? Quũ hinc vlcera oculorũ, neruoꝝ reſolutio, tremulæ manus, quũ hinc Cauſones. i. febres æſtuantes, quũ hinc pedes vlceroſi ac podagrici, aliaq; innumera morborum genera proueniãt. Vnde merito dici poteſt, Ebrietatẽ pœna premit comes. Præterea quod nõ minus turpe eſt, vino fetent ora nimio, & graueolẽtia anhelitus inficitur. Vis videre cũ noxia ac peſtifera res corporibus ſit vinũ? Vbi quiſpiam ægrotat, ſtatim ex præſcripto medicorum vini potus interdicitur, tanq; id fomentũ incẽtiuũq; morbi ſit. Ad hæc rei ſuæ male cõſulit homo ebrioſus, dum vina precioſa cum diſpendio patrimonĩ vndiq; conquirit, dum vinum pluris cũ aurum facit, idq; iucũdius cũ ſolẽ intuet. Videmus q̃tidie multos (nec em̃ in re notiſſima exemplis op⁹ eſt) ad inopiã ægeſtatẽq; redactos ebrietate ſumptuoſa, tanto labore & impẽdio cõſtat q̃d mentẽ mutet ac furorẽ gignat. Et ita vinũ ſæpe cauſa eſt vt patrimonia & opes decoquant, vt vacãtes potib⁹ cõſumant, ſicut Salomoni plane credi cõuenit. Quãta aũt labes infamiæ, quãtũ dehoneſtamentũ ſubſequat id vitiũ/hõ nemo non noſcit, quũ opprobratio ebrietatis int̃ cætera cõuitia ſit maledicẽtiſſima, quũ quotidianũ hoc maledictũ tanq; maximũ in altercationib⁹ audiat. Achilles Homeric⁹ nõ ꝓbrũ vllũ fœdius inuenit, quo proſcinderet Agamẽnonem illũ regem regũ, cũ vt οἰνοβαρὲς hoc eſt vino preſſus atq; vinolẽtus appellaret. Olim diui Auguſtini mater quũ ab ancilla ꝑ amarulentã inſultationẽ merobibula vocaret, tam fœdũ, tam erubeſcendũ id maledictũ eſſe cognouit, vt cõfeſtim damnata ebrietatis fœditate/ad ſobrietatẽ ſeſe contulerit, biberitq; deinceps vinũ aquatiſſi-

Ebrietas q̃d

Luctator

Vinum

Cauſones

Anima ex vino fœtens

Maledictũ ebrioſi.

Oenobares

Mat̃ Auguſtini merobibula.

mum/dilutissimumq; Excutite iudices iudicia mortaliū,interrogate pas/
sim omnes. Audietis hominem ferme neminem esse, qui non scortator &
aleator a conuitiatoribus compellari malit/q; temulentus,adeo cunctis in/
oleuit intellectus rei fœdissimæ spurcissimiq; conuitij. Adde quot rixas,
quot cædes,quot facinora pœnitenda fecerunt homines vino inflammati, Esdras
& bacchi thyrso percussi. Nam vinum(vt libris Esdræ testatum est)sedu/
cit mentem,& vinolenti sumunt gladios, qui quum e vino emerserint &
surrexerint/non meminerunt quæ gesserunt. Ille Alexander magnus,cuius
paulo ante o frater exemplo gloriabaris. Nonne clytum charissimum sibi Clytus inter
ac fidelissimum inter epulas transfodit? Nonne amicos in temulentia plu/ fectus ab
res interemit? cuius exemplū scriptores non ideo referunt,vt nos ad ebri/ Alexādro
etatem inuitent/ prout tu opinaris,sed vt ab ebrietate deterreant, cogita
quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc gentes bellicosas hostibus tra/ In temu/
didit,hæc contumaciss imos & iugum recusantes in alienum redegit arbi/ lentiā
trium,hæc inuictos acie/mero domuit. Sicut Syracusæ in manum Marcel/
li ditionemq; Rhomanorum peruenerunt,sic Massagetæ a Persis profli/
gantur,& vino mersi capiuntur. Quod igitur iudices vitium fœdius,pro/ Quæ dāna
brosius,deterius esse potest? q; ebrietas/qua sanitas mentis concutitur/va/ ebrietatē sub
litudo corporis profligatur, patrimonia atteruntur, fama pulsatur, quam sequant
rixæ/cædes/infanda facinora,necnon vrbium excidia subsequūtur. Stoico/ Peccata im
rū dogma,quo callide magis q; vere traditur,ἴσα ἁμαρτήματα εἶναι paria
id est pecca ta paria esse quotidie refellit vita, sensus cōmunis impugnat,
vitia nostra redarguunt,quæ haud dubie imparia & aliud alio maius esse
nemo non cernit,hoc etiam cæcis liquet ebrietatis labem tanto q; scorta/
tus & aleæ esse fœdiorem, quāto plura precioso raq; sunt illa,quæ per te/
mulentiam amittimus q; quæ per aleā/scortationemq; deperdimus. Ve/
rum audi frater quo rē deducamus,sint cætera omnia inter nos paria,vel
si ita mauis,sint in nobis duobus flagitioso ra,sit fornicatio, sit alea,vitio/
sitas fœdior q; temulenta,sit tua melior q; nostra cōditio,vincas tu ex reli/
quis partibus. Vnū tñ nobis concedas,velis nolis necesse est mentē ebrioti
cōcuti,ingeniū obnubilari,sensus omnis fieri laptabūdos, & hominē exi/
re ex hois potestate/quo cōcesso victores sumus,quū huic vel soli vitio par
sit nihil, & nihil secundū finge, excogita,cōminiscere quodlibet,nunq; tñ
impetrabis quin nobis constet mens & animus,qua in re ebrietas concu/ Ebrietas de/
tit atq; dementat. Dementia autē mētis & insanitate animi gliscente ho/ mētat
mo hois nomē amittit,& nihil fere differt a brutis animātibus,ex quo fit
omniū deterrimus/fœdissimusq;. Quod autē frater vitiū præconio laudis
extulit,& ex sentētia Asclepiadis vix deor; potentia æquari posse pronū/
ciauit,volsellis pugnat/nō gladio,quū neq; nos inuiti iudices bibamus,ne Duo liquo/
q; vinū culpemus/ sed vinolentiā. Scimus duōs esse liquores corporibus rēs
humanis gratissimos,intus vini/foris olei,scimus nihil viribus corporis es/ Vino tēpesti
se vtilius vino si modus adsit,scimus vino stomachū recreari,appetentiā ci/ ue sūpto,cor
borū inuitari,tristiciæ curā hebetari,algorem expelli,somnū conciliari,sed poris vires
modice vel potius intra modū hauriant,fuit ergo superuacanea illa in vi/ cōsolidant
ni laudis excursio/quod nullus īfamat. Ver; enimuero ebrietas de qua agi/ Sentētia
tur,ebrius qui culpatur,qua excusatione excusabilis fieri potest? qua defen/ Platonis
sione defendi? an auctoritate Platonis teipsum tutabere? quē veluti temulē/
tiæ suasorem,ac magistrū citasti falso. Scito em̄ bone frater lege Platoni/

ca ebrietatem istam turpissimam,quæ labefacere & imminuere hominum mentes solet,cuius reatum hodie tu sustines minime laudari , sed liberaliorem paulo iucundioremq; vini inuitationem, quæ fieret sub quibusdam quasi magistris cõuiuiorumq; sobrijs non improbari,immo(vt scias) decreta Platonica non a te stare,sed a nobis,intellige quãto opere ab illo culpetur ebrietas. Decernit diuinus philosophus pueris merum aquæ potũ, vinoq; interdicto vetat ignem igne incitari,idem iubet sponsum & sponsam dare operã liberis,& abstemios esse vt conceptus fiat solidus & quietus, quum ebrij tanq; mente capti ad generationem sint inutiles,quippe quum verisimile sit ex temulentis fœtus tam membris q; moribus tortuosos progenerari. Quod Herculem bibacem, Alexandrũ temulentũ, Catonem vino hilarari solitũ,teq; illoꝝ imitatorẽ esse gloriabũdus memorasti. Dic quæso o frater,placẽt ne tibi tãti viri pro archetypo & exemplari quos sequaris? Agedũ imitare illos totos. Et sicuti vitij affectator videri vis,sic imitator esto virtutũ,perge per illoꝝ cuncta vestigia,effinge nobis ac redde monstroꝝ ꝓfligatione Herculẽ, reꝝ magnitudine Alexandrũ, morũ sanctitudine Catonẽ. Tunc in te tã ignoscibilis erit ebrietas q; fuit in illis, Tũc nemo tibi negociũ facesset, Tũc nobiscũ tibi nulla erit cõtrouersia de paterna hæreditate. Cedemus vltro bonis,eris tu extra omnẽ iudicij aleã seq̃stratus,Nos duo inter nos disceptabimus,vter ex nobis sit exhæres ꝓnũciandus,te in tuto,te in vado salutis collocato. Sed quæ est ista peruersitas/improbitas/iniquitas? velle magnis heroibus vitiositate esse cõsimilẽ, virtutibus vero lõge dissimilẽ? Velle sequi fugiẽda, fugere sequẽda. Velle mala imitari,bona nõ aspicere? Placet tibi in Catone ebrietas? placeat & grauitas/frugalitas/integritas/doctrina/mores cæteraq; virtutes oẽs,quarũ dictus est norma/auctor/exemplar. Scito tñ magnos illos viros nõ vino ingeniũ mentẽq; vt tu, quotidianis ebrietatibus ingurgitasse. Nec em̃ in pectoribus magnis vllum esse potest honestorum turpiumq; consortiũ. Sed ꝓ fomento laboꝝ quos dies noctesq; exanclabãt sese interdũ largioribus poculis inuitasse. Quoꝝ labecula virtutibus obũbrat̃. Ad quos quũ tu nulla ex parte laudabili aspires, desine illoꝝ exemplis tua ꝓbra fulcire, quoꝝ virtutes nõ assequeris. Desine illos iactare qui abs te hoc in iudicio nominati faciunt causam tuã fœdiorẽ/turpiorem/deteriorem q; si nusq; nominasses. Demiramur o frater te in hac nominatione silẽter præterisse Tiberium cæsarẽ,cuius vtpote maximi Rhomanorum imperatoris exemplo causa tua roborari potuisset,qui ꝓpter nimiã vini auiditatẽ pro Tiberio/ Claudio/Nerone/Biberius Caldius Merovocabat̃,qui Pisonẽ vrbis Rhomæ præfectũ fecit,q; biduo continuo duabusq; noctibus per potationem apud seipsum continuasset. At qui exempla vitiosoꝝ q̃uis illustria magis officiũt vinolẽtiæ reo q; patrocinant̃. Q; si iudices in vitijs defendẽdis atq; excusandis valeat auctoritas principũ,nos quoq; maximi imperatores excusant. Naimq; memoriæ proditum est Cæsarem Augustũ,qui viuus habitus est diuus,quo nihil maius/melius ve terris fuisse aleæ cupidissimũ & diebus festiuis/ ꝓfestisq;. Claudiũ quoq; imperatorem de arte aleæ librum composuisse,cuius studiosissimus adeo fuit,vt solitus sit etiã in gestatorio ludere Meretricarios vero extitisse tã multos, vt Salomon,quo nihil sapiẽtius/greges cõcubinaꝝ ꝓpe innumerabiliũ habuisse ꝓdat̃,vt cæsarẽ dictatorẽ omniũ mulieꝝ viꝝ dictitauerint. Sed nobis vitia nostra diluere exẽ/

Vinosus libe ros & mem/ bris & mori bus tortuo/ sos ꝓgene/ rat.

Imitãdæ vir/ tutes vitioso rũ.

Laus Ca/ tonis

Biberius Caldius Mero

Augustus Aleator.

Claudius Liber de alea.

Salomõ me/ retricarius.

plis principalibus nō eſt in animo nec libet ea defenſione, quæ haud dubie potētiſſima eſt, vti dicamus, nihil eſſe in rerū natura tam neceſſariū/tamq; expetibile q̄; venenū concubitū, quo in terris ſublato, cuncta animantiū genera citiſſime deficiant, atq; intermoriātur neceſſe eſt. Excedat Agedum vt Senecæ verbis vtar, rebus humanis venus, orbis iacebit ſqualido turbis ſitu. Tolle ex cōmercio mortaliū meretricias amationes, cuncta videbis miſceri/perturbariq; libidinibus inceſtis, nō iuuat in iudicio coram vobis iudices allegare aleam illicem eſſe vitæ voluptuariæ, atq; animoꝝ oblectamentum, qua ocioſi mortales æſtiuoꝝ dierum æſtus torrentiſſimos fallunt, qua a cibo/a menſa ſalubriter vtuntur, quū id horæ ex præcepto maximorū medicorū omnis animi corporiſq; agitatio ſit inutilis. Sed nobis nihil proſint hæc adminicula iudices ad cauſam noſtrā roborandā, immo ſimpliciter & ingenue profitemur nos eſſe criminoſos/nos vitioſos, ſed criminoſiorē/ſed vitioſiorē eſſe fratrem indubitāter aſſerimus. Idq; videmur argumentis ſatis ꝓbabilibus hactenus demōſtraſſe. Verum vt vobis iudices hoc magis liqueat, vt fœditas tāti vitij fiat manifeſtior. Deniq; vt ſcrupulus nullus mē tibus veſtris inhæreat, quin vinolentū fornicario & luſore fœdiorē/vitioſiorem q; iudicetis, libet hoc potiſſimū in loco rhetoricari. Et quoniā aduerſarius per exēpla/ſentētiaſq; nobiliū ſcriptoꝝ expatiatus eſt, nos quoq; exemplis, nos dictis philoſophoꝝ/oratorū/eccleſiaſticorū/edocēter explicabim⁹ ebrietatē fuiſſe ſemp apud priſcos deteſtabilē, proſciſſamq; cōuitijs ab optimis quibuſq; perinde ac inſigniter ꝓnicioſam. Erūt hæc nō iniucūda cognitu, nec inutilia relatu, nec eruditis auribus aſpernāda, vos modo vt attente præterita audiuiſtis/ita attente ac lubētibus animis reliqua auditote. Lacedæmonij illi frugaliſſimi/& Lycurgi legibus bene inſtituti, quū ab ebrieta te perinde ac re fœdiſſima iuuētutem abducere vellent, hunc morem obſeruabant, vt in feſtiuitate ſeruos qui Ilotæ vocant, largo mero ingurgitatos/in cōuiuia iuuenū deduci iuberēt, vt illi ſpectātes ebriorum turpitudinem, ebrietatem veluti rem fœdam ac deformem perhorreſcerent. Plato/Ariſtoles/Euſebius, & maximus medicorum Galenus/dilaudant legem carthaginenſium, qua dum militāt & caſtrenſib⁹ rebus incumbūt, vinū nullus guſtare permittit, ſed omnes toto militiæ tempore aquā bibūt, tanq; vino adferendum laborem homines remolleſcāt. Cæſar auctor eſt Sueuos germaniæ populos/vinū ad ſe omnino importari nō ſinere, quod ea re ſubneruari corpora arbitrant. Cheremon ſtoicus narrat priſcos ægypti ſacerdotes carnib⁹ & vino ſemp abſtinuiſſe/ex eo tpe quo cœpiſſent diuino cultui opari, vt ſenſus tenuitate forēt vegetiores, Ioſephus/Philo/Euſebius/Hieronym⁹ prodiderūt Eſſeos in iudea abſtemios fuiſſe & inuinios, quotidianūq; ieiuniū ꝓtiſſe in naturā, apud rhomanos atq; omi latio fœminæ ætatē abſtemiam egiſſe, hoc eſt vino abſtinuiſſe memorant. Q, ſi vlla inuēta eſſet vinū bibēs, morte mulctabat, vt auctor eſt Dionyſius in libris antiquitatū, ex noſtris quoq; celeberrimi ſcriptores ſcripſere vxorē Egnacij, ꝙ vinū bibiſſet e dolio/interfectā fuſte a marito, eūq; cædis a Rhomulo abſolutū. Fabius pictor in annalibus ſuis tradidit matronam/ꝙ loculos in quibus erāt claues vinariæ cellæ reſignauiſſet, a ſuis inedia mori coactam, Cn. Domitius iudex mulierem dote mulctauit, ꝙ vinum bibiſſet viro inſciente. Ob hoc propinqui, vt inquit. M. Cato, & repetit Tertulianus in Apologetico, oſculum fœminis dare ſoliti erant, vt ſpiritu iudicarentur an vinum olerent, &

Exemplum laconicum

Ilotæ

Lex pœnoꝝ

Sueui

Aegyptij ſacerdotes ſobrij.

Eſſei inuiuij.

Fœmiæ rhomanæ abſtemiæ.

Oſculatio fœminarū

mediuſſidius vſu vini īmodico ſanua virtutis claudit̃/vitijs aperitur. Apol
loni⁹ Tyaneus,quo nil ſanctius/nil diuini⁹ inter homines,fuit hydropota/
hoc eſt aquæ potor,vinū tanq; ingenij peſtem reformidans diuus Hierony
Vinū vene/ mus præcipit virgini Chriſtianæ,vinū tanq; venenū eſſe fugiendum,idem
num. clericis vinū prope interdicit,qui ſcribens ad Nepotianū. Nunq; inquit vi/
num redoleas,ne audias illud philoſophi,hoc nō eſt oſculum porrigere/ſed
vinū propinare. M. Tullius inter plæraq; alia ꝓbroſa,quæ piſoni obiectat,
id quoq; maximo probro dat/ ꝙ vinolētus ore fœtido teterrimā popinam
Aarō archi/ inhalaſſet. Quid multa? deus in Leuitico ad Aaron archierea/hoc eſt ponti
ereus. ficem. Vinū inquit & omne quod inebriare poteſt,nō bibetis tu & filij tui
quando intrabitis tabernaculū teſtimonij/ne moriamini,quinetiā dei con/
Pauli præce/ ſectaneus electionis vas, & ſcripturarum ſanctarū armarium. Apoſtolus
ptum Paulus vinolentiam damnans in epiſtola ad Timothæum præcipit epiſco/
pum ſobrium eſſe debere,minimeq; vinolentū. Hinc in decretis canonicis
eſt illud memoratiſſimū. Vinolentū ſacerdotē,& apoſtolus dānat/& vetus
lex prohibet. Sacerdotes qui miniſtrant in templo dei,prohibent̃ vinū bibe
Sicera re & ſiceram,ne crapula & ebrietate corda eorum prægrauētur. Sicera aūt
hebræo ſermone omnis potio nuncupatur/qua quis inebriari poteſt. Quic/
Añ diluuiuz quid inebriat/ſtatum mentis euertit. Ante diluuium homines erant ſicci/ſo
abſtineri brij/inuinij,nullo vini vſu,nulla cultura vinearū. Poſt diluuiū vt ī ſacris lit/
Noe inebria teris proditum eſt,primus Noe plantauit vineam,bibenſq; vinum/ilico in/
tus. ebriatus eſt. Itaq; nec vinū ſuo pepercit auctori. In penthateuco quoq; legi
Ebrietas ori mus ebrietatem inceſti cauſam fuiſſe, quū patrem Lotopeam filiæ inebri/
go inceſti aſſent,moxq; ex ebrietate ad inceſtum cōcubitū infandumq; illexiſſent. Ex
illo tēpore mortales vini feruor,ex feruore ebrietas,ex ebrietate inuerecun
Vis vini mul dia,inceſtum furor inuaſit. Tunc temulentia varijs motibus mentes homi
tiformis num concutere cœpit,ita vt alij fierent rixoſi & furētes,alij iocoſi & loqua
Vinū vt bi/ ces,alij ſomnolenti/alij lachrymabundi. Etenim vitiū eandē vim habebūt
lis. quā bilis atra,variā ſcilicet & multiformē ſemper,quare nobile eſt proble/
Bacchus cuz ma nobiliſſimi philoſophorū Ariſtotelis. Vnde videtur Horatius Flaccus
cornibus. illud mutuatus. O nata mecū conſule manlio,ſeu tu querelas ſiue geris io/
cos. ſeu rixas & inſanos amores,ſeu facilem pia teſta ſomnum. Dionyſius
q vulgo bacchus,quē æthnici ſcriptores vini repertorē perhibent/cornutus
figurāt,nō tā ꝙ boues cornigeros iugo copulauerit,vt Diodorus credidit,
q; ꝙ ex vini feruore temulēti/ad temeritatē ꝓcliuiter erigant̃,fiātq; impetu/
oſi et quaſi cornupetę. Tūc pauꝑ ſumit cornua,tūc humilitatis oblit⁹ erigit̃
in tumorē. Q; vero bacchum inter deos relatum/& vindemiatorē inter ſy
dera collocatum,Iactanticulus frater glorioſa prædicatione narrauit,nihil
ſane id ad cauſam ipſius fulciendā ꝓficit. Aut ſi cōmenta poetica pro argu/
mentis valent,valeat et illud. Q; Ven⁹ noſtra clariſſimū ſibi in cœlo ſydus
vendicauit,ꝙ Venus inter cœlicolas dominat̃, cui⁹ natura cūcta generant̃
in terris,Quā almā,quā diuū hominūq; voluptatem celeberrimi cōditores
Anacharſis appellant. Ad hæc Anacharſis ille q apud ſocordiſſimos ſcythas ſapiēs na
Tres vuæ in tus eſt/ꝓdidit vitem vuas tris ferre,primā voluptatis,ſecundā ebrietatis,
vitæ. tertiā cōtumeliarū. Aeſopus fabulator cōſimile quid dā dixiſſe tradit̃. Cele
bre eſt illud ſapiētis viri,ſiue is Aeſopus ſiue Anacharſis,ſiue alius quiſpiā
fuerit dictū ſuꝑ mēſam. Prima inqt crathera ad ſitim ꝓtinet,ſecūda ad hila
ritatē,tertia ad voluptatē,quarta ad inſaniā,ſi quartū poculū potores red/

dit inſanos, quid quater quaterna, quid quater dena pocula efficiēt? Nōne ſupra omnē furorē, ſupra omnē inſaniā reddent inſaniſſimos? Atqui cōſtat vinolētos hoīes, q̄nto plus biberint tanto plus ſitire, & ex bibendi cōſuetudine augeri auiditatem, vt merito hoc genus hoīes ad perdēda vina geniti eſſe videant̄. Nouellius mediolanēſis tribus congijs epotis vno impetu tri congius cognominari nō erubuit, gloriā ſcilicet ex vitio fœdiſſimo captās. Et quū omne vitiū tāto criminoſius ſit/quāto maior eſt ille qui peccat. Quanota quo probro vellicādus ꝓſcindenduſq; eſt Bonoſus rhoman⁹ impera/tor, quē miramur a fratre prætēritū eſſe in mentione vinolentorū? qui bibit quantū hoīm nemo, de quo Aurelianus dicere ſolebat. Non vt viuat natus eſt/ſed vt bibat, qui quantū bibēdo turpiter ingeſſerat/tantū meiendo turpiter egerebat, qui ſuperatus a probo quū vitam laqueo finiēs ſe penſilem feciſſet/iocus innotuit. Amphorā pendere/nō hoīem. Proclamat Salomō, Luxurioſa res vinū/& tumultuoſa ebrietas, quicūq; his delectatur/nō erit ſapiēs. Idem interdicit, ne ſimus in cōuiuio potatorū. Subriſim⁹ paulo ante iudices audientes fratrē incōtinentes atq; intemperātes appellantē eos qui Aphrodiſia colunt/indigētq; rebus veneriſs, citantēq; Ariſtotelis teſtimoniū, ex problematib⁹ tanq; Ariſtoteles ſolos, ἀκολάστους καὶ ἀκρατέις, id eſt intēperātes & incōtinētes hoīes venerios/mulierarioſq; appellandos eſſe cenſeat. Agedum recita quæſo bone frater totum Ariſtotelicū problema, videbis te quoq;/eodem quoq; loco habendū, eadem ſigillatiōe notandū, eiſdē vocabulis nominandū eſſe. Etēm vt res tota iudices colliqueſcat, ſcribit inclytiſſim⁹ philoſophorū quinq; eſſe hoīm ſenſus, per quos voluptas quęrat̄, omnēq; ex his immodicā voluptatē/turpem atq; improbam exiſtimari, ſed ēm (inquit) quæ nimia ex guſtu tactuq; eſt, ea voluptas oīm rerū fœdiſſima eſt, eoſq; maxime qui duabus iſtis beluinis voluptatibus ſe dediderūt/incōtinentes appellare ſolemus, tanq; in pecudū/ferorūq; animalium numero habeant̄. Quiſquis eſt his ferinis voluptatib⁹ deuinctus, quū cæteræ ex tribus alijs ſenſibus proueniētes hoīm eſſe tīn propriæ videātur. Hæc ſunt Ariſtotelica, hæc ex promptuario philoſophico deprompta. Vbi nō minus voluptas guſtatus, qua haud dubie potus quoq; cōtinet̄, q̄ voluptas tactus cōcubituſq; raxatur. Q⁹ aūt ridiculū ſit, id alteri opprobare q̄d in te ſtatim retorqueri poſſit/nullus ignorat. Verū anteq; digrediamur ab huiuſce fœdiſſime vitioſitatis inſectatiōe/ſubijciem⁹ opera ebrietatis, vtentes nō noſtris verbis/ſed Plinianis, quæ in ore/in pectore oīm habēda ſunt, dignaq; quæ vbiq;/nō ibi tīm memorent̄ ad caſtigandā hanc inexplebilem bibēdi auiditatē. Audite ergo Pliniū in temulētiæ vitia ſic perorantē. Tunc auidi matronā oculi licent̄, tunc animi ſecreta proferunt̄. Alij teſtamēta ſua nūcupant, alij mortifera loquūtur, redituraſq; per iugulum voces nō continēt/q̄ multis ita interemptis, vulgoq; veritas iam attributa vino eſt. Interea vt optime cadat/ſolem orientē non vident, ac minus diu viuūt. Hinc palor & genæ pendulæ, oculorū vlcera, tremulæ man⁹, effundētes plena vaſa, & quæ ſit pœna præſens, furiales ſomni, & inquies nocturna, præmiumq; ſummū ebrietatis, libido portēroſa, ac iucundum nefas. Poſtera die ex ore halitus fœtidi, ac fere rerum omniū obliuio, morſq; memorię. Rapere ſe ita vitā prædicāt, quū priorem diem quotidie perditant, illi vero & venictem. Hęc Pliniana in temulentos peroratio, hæc caſtigatio cenſoria/tam ſeuera/tam luculenta/tam vera, quē nō reuocet ab ebrietate ad ſobrietatē?

Tricongius

Bonoſus

Biboſus

Amphoram pendere non hominem

Intēperātes

Incōtinētes

Voluptas ex guſtu & tactu pecuina.

Verba Plinij in ebrietatē

Prādium ca/ninum.

cis potionibus ad dilutissimas aquatissimasq;/a vinaria cœna ad prādium caninum? Quis hæc audiens/quis hęc legens nō repente temulētiam fugiat ac execretur, perinde quasi vitiorū omniū fœdissimā/spurcissimā/defamatissimā? Quis iudex ea auctoritate/ea sapiētia præditus/qua vos estis, nō e vestigio pronūciet contra ebriosum/contra ebrietatem, sed iam tempus est canere receptui, nedum vicem talionis implodimus, dum fraternā taxationem retaxamus, dum mutua flagitiį exprobratione par pari referre studemus, immodici atq; īmoderati fuisse videamur. Adnotasse vos iudices iādudum credimus aliquāta nos (quæ obiectauerit frater) irrefutata irrepercussaq; quasi dissimulāter præterisse. Ita est iudices, nec inficias imus, Nam eius tantū est qui se impeccabilē (& vt græci dicūt ἀναμάρτητον) ostendere velit, probra & criminationes omnis sigillatim diluere atq; refellere.

Epilogus

Nos vero nostras noxas / nostra flagitia neq; inficiamur vt insontes, neq; excusamus vt multi, neq; iactamus vt frater. Fœdū & turpe est ludere & fornicari. Erubescendū nomē est meretricariį & aleatoris. Crimen vtriusq; nostrū infame/detrimētosum/reprehensibile esse non negamus, atq; etiam vltro ,pfitemur, sed vitiositatē fraternā nostræ vitiositati/ nostrisq; flagitiįs asserimus esse anteponendā. Diximus ex ebrietate nō solum famā & opes labefactari, quod ī nobis potissimū carpsit frater, sed mentē/animū/sensus oīnes cōcuti/mutari/perturbari euidentissime docuimus, qua fœditate nil fœdius, quo vitio nil vitiosius esse aut dici potest. Ostendimus quantas clades/exitia funera mortalibus ebrietas intulerit, Catalogo quoq; quasi per exempla/per auctoritates/per dicta nobilium cōditorū decurrimus, indicātes quemadmodum temulentia omnibus sæculis supra omnē vitiositatem damnata/cōscissa/infamata est. Quod supereſt, vestræ prudentiæ est iudices, vestræq; grauitatis diligēter crimina nostra pensitare, & velut in libram collocata perpēdere, & quē ex nobis tribus turpiorem fœdiorēq; iudicaueritis, in illum pronūciare. Nihil enim veremur qui secūdū nos pronūcietis, quin vobis qui sapiētissimi estis, idem videatur quod tot scriptoribus celeberrimis visum est, quod ratiōes suadēt/exempla corroborāt/sensus cōmunis affirmat. Itaq; causam nostram iudices fidei vestræ prudētięq; cōmittimus. Etsi aperte cognoscitis, sicut profecto noscitis ebrietatē longe fœdiorem esse atq; vltiosiorē, exhæredate quærimus fratrē, & nos iudicio vestro liberate, sentētiįs absoluite, vt hæreditate paterna beneficio vestro perfruamur. Dixi.

¶ Opusculum de terræmotu & pestilentia Philippi Beroaldi.

¶Ad Maximũ Antiſtitẽ dñm Eraſmũ Vitelliũ epiſcopum Plocẽſem Philippi Beroaldi Bononienſis Epiſtola.

HOmines ego illos beatos puto, qui intus foriſq; ſunt ſplẽdidiſſimi, in qbus & ĩteriora & exteriora ornamẽta collucẽt, quoꝝ virtuti fortuna cõiũcta eſt, quo in numero tu cũ primis Maxime Antiſtes eſt pcenſendus, in quo & corpis & animi/ac fortunæ bona cõſpiciunt. Siquidẽ mẽbroꝝ cõpactiõe es decorus, fortunis opulẽtus, ma/ Laus epi
ſtate epali venerabilis, virtute cultiſſimus. Et cum religio atq; doctrina Plocẽſis.
modo pulcherrimo inter ſe copulatę cõſociẽtur, tamq; bñ cõueniãt, q; bene
gẽma auro cluditur/roſæ liliꝭs cõtexũtur, in te cõnexio iſta religionis atq; Gẽma ſa/
doctrinæ tam decora, tã lucida adeo decenter ſplendicat, vt flos diſertorũ cerdotũ
gẽma ſacerdotum eſſe videaris, nec immerito, religio em̃ qua conſtat vita
mortalium, animos noſtros omni vitioꝝ labe deterſa defecat emaculatq;,
doctrina exornat & excolit, ſine qua nihil ſatis ornatũ, nihil ſatis cultũ eſſe
poteſt. Tu quum ꝑbe ſcires claritudinem nataliũ paꝝ claram eſſe ſine ra/
diatiõe doctrinæ, nitorẽq; familiæ paꝝ niteſcere ſine fulgore virtutis, nõ tã
ꝑſapiæ tuæ ſplendore, quæ tibi in Polonia honoratiſſima eſt, q; radio lit/
terarum illuſtrari voluiſti, quæ te claꝝ/fauorabilẽ/ mõſtrabilẽq; apud Po/
lonos tuos & imprimis apud inclytiſſimũ Lithuaniæ ducem Alexãdrum
effecerũt, qui quũ te ex virtutibus cerneret eſſe compactum, te ex omnibus Archigrã/
potiſſimũ delegit, quo Archigrãmateo quẽ ſecretariũ vulgo nominitãt, & mateus
cõſiliatore peculiariter vteretur. Et ꝑfecto (vt inquit verſiculus ille Prouer/
bialis) Principis eſt virtus maxima noſce ſuos. Princeps tuus vtpote pru/
dẽtiſſimus circũſpectiſſimuſq; tuã in rebus principalibus obeũdis dexteri/
tatẽ/prudentiã/ eruditionẽ ſolerter curioſeq; ꝑſpiciẽs, te ex oĩbus vnũ exi/
ſtimauit eſſe digniſſimũ valdeq; idoneũ, quẽ legatũ ad ſalutandũ reuerẽ/
cer & officioſe põtificẽ maximũ Alexandrũ deſtinaret. Tu itaq; iniunctã
legationis honoratæ ꝓuinciam tam diligẽter, tam ſinceriter, tam eloquẽ/
ter peregiſti, vt oratione luculenta & nitida, ſummã a pontifice maximo Prothono ta
gratiã inieris, cui vl placuiſſe maximus eſt honos, a quo in cõſiſtorio Car/ rius a põtifi/
dinaliũ Prothonotariatus dignitate es decoratus. Interea cũ nihil ſemper ce factus
floreat, quũ ætas ſuccedat ætati, & rex regi ſubſtituat, in locũ ſacratiſſimi
Poloniæ regis Alberti, qui per id tempus deceſſerat, cõcordibus Polono/
rũ ſuffragiꝭs/ingẽtiq; omniũ cõſenſu, clariſſimus dux tuus Alexãder ſub/ Alexãder
rogatus ſuffectuſq; eſt/idq; meritiſſimo. Quis em̃ cõmodius ſuccedere in ſucceſſit regi
fraternas opes poterat q; frater, quis honeſtius in fraterno ſolio ſedere q; Alberto
frater? Quis fraternũ ſceptrũ decẽtius geſtare q; frater? Deniq; quis fratri
optimo maximoq; regi liberis carẽti iuſtius fauorabiliuſq; ſubrogaret, q;
frater optimus maximuſq; Alexãder? Qui quũ ſciret ſpecimẽ regiæ maie/
ſtatis ampliſſimũ eſſe, aulicos habere florẽtes, ſicut ipſe ad apicis regalis
faſtigiũ fuerat ſublimatus, ita te quoq; poſt renũciatã legationẽ virtutẽ tuæ
præcellẽtis haud ĩmemor epiſcopali dignitate cõdecorauit, tibiq; epiſco/
patũ Plocẽſem, quod ſane ſacerdotiũ ſicuti ampliſſimum, ita opulentiſſi/ Rex epatũ
mum eſt cõdonauit. Quem tu tamẽ (quæ tua eſt virtus) ante merueras q; dedit
acciperes. Et ſane non plus epiſcopatui debes, q; tibi debeat epiſcopatus,
nec plus ornamẽti ex epiſcopatu accepiſti, q; abs te epiſcopatus acceperit.
Multi quidẽ ſunt epiſcopi, ſed pauci epiſcopales, hoc eſt digni epiſcopatu.

Virtutes epales.

Tu certe choro illo virtutū episcopaliū pulcherrimo stipatissimus corona/ris, quas tuba euāgelij apostolus Paulus in epo deposcit. Tu sobriosus, tu morum ꝓbitate mōstrabilis, tu doctrinæ honestamētis ornatus, tu nulla supbiæ labe decoloratus, nulla iracūdiæ sorde maculosus. Deniq; vt vno

Eps irrepē/hensibilis.

vocabulo multa cōplectar, tu irrephēsibilis es, quod sane nomē est absolu/tissimæ virtutis. Et cū hospitalitas deceat in primis epm, tu hospitalissi/mus, & cū tabes auariciæ plærūq; antistites primarios inuadat, ac veluti

Auaricia vt cācer

grāgrena ꝑ prīcipes latissime serpat, qm vt ait Prudētius, O mē hominū ra/pit illa genus, tu ab hac pestilēti tabe resiliēs, nulloq; neuo cupiditatis infe/ctus, agis epatū omni ex parte munificū ac liberalē, tibi oblectamēto est be/nefica erogatio, existimasq; te nunq; magis noīa facere q; cū donas. Inde

Liberalis eps

fit vt inter ꝓtomystas pōtificesq; trāsmōtanos maxime splēdescas, vt inter tuos diligaris/colaris/honoreris. Imprimis sacratissimus rex Alexāder te

Plocēsis

suspicit ac fouet, animiq; tui præcellētes dotes regia charitate cōplectitur. Qui in præsentia cū ex more institutoq; regū christianoꝝ legationē hono/ratissimā ad summū pōtificē Iuliū secundū reuerētissime salutandū/ præ/standāq; vt dicit obedientiā mittere vellet, statī ad te respexit, teq; præ om/nibus vnū peridoneū cēsuit/cui tantū munus iniūgeret, & hāc honorificen/tiā deferret, cuius iā in cōsimili negocio industriā/ fidem/eloquentiā fœlici/

Legatiōis regiæ columē.

ter erat expertus. Tu itaq; legatiōis regiæ, quæ cultu visenda, comitatu co/piosa, diuitijs opulēta/ad nos transeūter accessit, caput & columē/nomine regis tui solē terrenū, hoc est/pōtificē maximū, inter minora sydera, hoc est inter cardinales radiantē venerabūdus/adisti salutastiq; oratione, tā gra/

Orator apd pōtificē

ui, tam erudita, tam tersa, vt cōsūmatus orator merito sis visus, & legatio/nis regiæ munus fauorabiliter obieris. Magnificū me Hercule est in cōsisto/rio Senatus apostolici in cōspectu summi pōtificis citra ꝓturbationē dice/re eloquēter/copiose/decēter. Magnū hoc ego duco ꝓbari maximo/sacra/

Terrenus deus pōtifex

tissimo/augustissimo principū omniū, immo vt verius loquar terreno deo, qui cum ex ritu solēnitatis Paschalis rosam, quod est pōtificiū insigne spe/ctatissimū, dare soleat legato exteraꝝ gentiū honoratissimo, eam tibi po/

Rosa pōti/ficia.

tissimū dono dedit. Qui honos quidem quasi cumulus accessit splendori tuæ legatiōis. In qua obeūda cū hac transires, tunc ego te officiose & reue/rēter salutaui, sumq; abs te benigne ac comiter acceptus, qui cū sis doctri/na singulari præditus, doctrinæ ꝓfessores amplecteris ac foues. Est em̄ ita natura cōparatū, vt callens artis miret artificē, vt eruditus eruditiōis amet

Doctus doctos amat

antistitem, tunc ego te qūum libelloꝝ meoꝝ studiosum cupidūq; cogno/uissem, cōposui euestigio hoc opusculum. Idq; nomini tuo nuncupatim de/dicaui, quod vt esse posset monumentū meæ in te obseruātiæ/ numerosum atq; diuturnum/curiose elaboraui, vt ab impressore elegantissimo Bene/dicto in mille exemplaria vno quasi momēto descriptū, & formis excusum ederet/inuulgaretq;. Te quæso antistes maxime, quæ tua est in rebus om/nibus comitas benignitasq;, vt munusculum hoc litterariū hilari frōte, & obuijs (vt aiunt) manibus accipias, quod te facturum habeo ꝑsuasissimū.

Donatio litteraria

Scio em̄ apud episcopū opulentū ac litteratū auro argentoq; precio/sius es/se id genus donatiōis, quæ ex ꝓmptuario litterario depromit, quæ sub in/cude Philippea ꝓcuditur, sub qua fœcundo sane opificio ꝓcusa in hodier/num sunt omnifariæ doctrinæ volumina multijuga, & in præsentia forma/tur magistraq; arte expolit opus multiplex, multiformiq; celatura variega/

tum,quod debeo & debere me clara voce ꝓfiteor,clariſſimo/ampliſſimo/ liberaliſſimo,& omni cum honore mihi nominando Ioanni epiſcopo Poſ/ nanienſi meo(vt dicitur)compatri,qui me anteq̃ noſſet muneribus epiſco/ palibus eſt ꝓſecutus,qui in cõmatrẽ fuit oppido q̃munificus,ad quam ex penitiſſimis vſq; regionibus vaſa argentea precioſa tranſmiſit,cui tantum debeo,vt debitionem hanc diſſoluere vt hoc nomẽ expungere vno tm̃ mo/ do poſſim,chartacea.ſ.remuneratiõe,qua quidem vtar nõ minus diligen/ ter q̃ libenter.Eaq; remunerabor munificentiſſimũ epiſcopum Poſnanien ſem.quã illam ſitienter expectat,quã pluris ſcio faciet q̃ Perſicam gaçam, Croeſiq; diuitias.Verũ ſicut animal quo maius eſt/tanto diutius formatur in vtero,ſic & opus litterariũ,quanto maius/quãtoq; ſuccoſius,tanto exi/ git tẽpora diuturniora,& quũ ſat cito fiat,quicquid ſat bene fit,dabo ope/ ram vt procraſtinationẽ remunerationis vbertate compenſem. Interea tu antiſtes Maxime capevultu ſerenato libellũ hũc muſteũ ſub tuo patrocinio æditũ/atq; ſub tuo nomine inuulgatũ,quo doctrina remotior cõtineť/inte rioreſq; litteræ explicãtur,quem queſo feriatus perlegas,cuius argumentũ & materiam ex titulo cognoſces. Vale decus antiſtitum,& Philippũ Be roaldum qui tibi deditiſſimus eſt/mutuo amore complectere,necnon edu/ lia hæc noſtra guſtato, quorũ adipata condimẽta hominẽ interiorẽ pingui tudine quadam ſalutari poterunt ſaginare.

Laus epiſcopi Poſnaniẽſis.

¶ Ad Maximum Antiſtitem dominũ Eraſmum Vitellium epiſcopũ Plocenſem Philippi Beroaldi Bononiẽſis opuſculũ.

SOlonem illum legum Atticarũ cõditorẽ,quem inter ſeptem ſapientes græcia concelebrat, demonſtraſſe olim ferunt vr/ bes nihil aliud eſſe q̃ humanarũ ærumnarũ domicilia,qui/ bus luctus/mœrores/triſticiæ mortalium quaſi ſeptis inclu derẽtur.Et profecto ſi iuſti ratiocinatores eſſe volumus/ & rem æqua lance perpendere,haud dubie iudicabimus nihil homine miſerius eſſe/nihil calamitoſius,qui tot morbis corporis cõflictať/ tot animi tormẽtis affligiť, qui tot turbinib⁹ fortunæ fulminãtis eſt obno/ xius. Qui incendia/naufragia/pręcipitia/tectorum lapſus/tremores terræ, ſexcentaq; alia id genus pericula, & ſi non ſemper patitur/tamen pati po/ teſt.Merito itaq; celeberrimi dixere ſcriptores,parentẽ rerum ac opificẽ na turam nõ tam matrem homini eſſe q̃ nouercam.quæ inſtar amoris Plauti ni guſtu dat dulce,amarum ad ſatietatẽ vſq; aggerit. Et quũ in limine Io/ uis Homerici duo ſint dolia collocata,alterum bonorũ/alterũ malorum,q̃ parce prohdolor mortalibus bona inſtillantur, q̃large mala propinãtur. Hauriunt plæriq; omnes ex cratera mœroris largiſſimo hauſtu, pauciſſimi vero vix primoribus labris poculum dulcoris attingũt. Nec lætitia quæ ho mini rara cõtingit,vllo eſt vel minimo mœrore penſanda. Nec tanta eſt hi/ laritas ex cõmodis/quanta ex incommodis mœſtitudo, nec tam fouet ſpes q̃ mœtus exterret,& quoniã cuiuis accidere poteſt quod cuiq̃ poteſt/cun/ cta paueſcimus/ad ſtrepitus oẽs exanimamur.Quædam interdũ nos fri uola terriculamenta conſternunt, haud ſecus q̃ elephantos illos enormes/ porcina vox grunituſq; terrificat,et leones generoſiſſimos animalium/gal

Vrbs quid

Natura hoĩ nouerca.

Dolia duo Iouis

Elephantos terret porci na vox.

lorū cantus & facies cristata perturbat. Quædam plærūq; nos merito torquent & exanimant, ac formidanda mole cōcutiunt, vt nuper terræmotus subitarij inopinatiq; totam Bononiam attonitam stupētemq; fecerunt, de quibus non pigebit copiosius differere, quum suauis sit præteritorū laborū memoria, vt inquit Euripides. In qua quidem dissertatione compluscula digna cognitu/nec indigna relatu, minimeq; protrita cōmemorabuntur. Tu modo quæso Antistes maxime, aurem nec minus animū paulisper accommoda, dum oratio hæc nostra ad metas duas voluptatis scilicet & vtilitatis indefessa decurtat.

Suauis memoria laborum.

ANno salutis millesimo quingentesimoquinto, ea nocte quā subsecutus est dies diuo Siluestro dicatus, quæ festiuitas pridie Kalendas Ianuarij celebrat, hora circiter vndecima/subitari⁹ terræmotus cū sono terrifico factus/concussit vrbē nostrā, & quū omnia repētina atq; inopinata formidolosiora sint, somno cūctos sopitos excussit metuq; ac motu ingēti cōsternauit, ita tamē vt maior fuerit formido q̄ noxa. Est mihi domus (vt dissimili vtar similitudine) similis grāmaticæ, Quintilianus dixit plus in recessu habere q̄ in fronte promittat, estq; instar hominū nō paucorū, qui exteriori corpore deformes/animo sunt interiore pulcherrimi. Nāq; pars ædium mearū anterior, quæ in viam versus spectat, forinsecus vetustam structurā represēntat, quū interior fornicata testudinata sit, atq; omni elegantia recentiori perpolita. Ex hoc terræmotu paries male coagmentatus in parte anteriori iuxta tectum scandulare/fragorē ingentē corruens fecit. Mox quum iam defuncti periculo esse videremur, quū nihil tale amplius cogitaremus, quū iam cymba nostra in vado salutis portuq; consistere crederet, ecce tibi post triduū inter horam noctis nonam ac decimā, tanto cum fragore tamq; horrifico mugitu/tota ciuitas intremuit, vt repente excussus somno/id horæ crediderim actū esse de mortalibus/& res humanas comploratas, namq; visa sunt omnia perinde ac ruente cœlo collabi & voratrinis hauriri. Inter horrendos fragores attoniti, metu omnes torpere, vsu auriumq; q̄ oculorū maiore in tenebris vti, & quū tenebrę quoq; ipsæ formidinē augerēt, in ore omniū psalmi/precatio religiosa/oratioq; dominica resonare. Tunc cum sonitu ruinarum immēso, amplissima ac pulcherrima domus principum Bentiuolorū, quæ fabrili subtilitate architectonica dispositione/principali magnificentia elegantiaq; certat, quū omnib⁹ Italię spectatis/luculentisq; ædificijs, ferme dimidiata subsedit/ac solo prostrata est, qui quidē fragor enormis/aures animūq; meū quodam quasi ictu cōcitatiore perstrinxit, quū domus mea pene contigua sit postico ædiū Bentiuolarum, quę immunis & exors fuit huiusce calamitatis posterioris, quū in priore parietario casu perstricta sit. Ad hęc deorū delubra nō minus laxitate q̄ altitudinis fastigio visenda, magna ex pte facta sunt hiātia atq; rimosa. Cum primis ædes diui Iacobi rimis patentiorib⁹ fatiscens adminiculis subnixa fulcitur. Alia quoq; tēpla, & p̄cipue duo, duobus diuis Petro Frāciscoq; dicata, laxis solutisq; parietū cōpagibus, hiare ac vitium facere cœperunt, in quibusdā fastigia ex summo in imum prouoluta, fornices ædificiorū plurimorū, quos Plinius aduersus id dirum malum tutissimos esse autumat, maxime obnoxij huic periculo extiterunt. Camini quos vocant supra culmina domorum forinsecus eminentes, magna ex parte prostrati. Pinnæ quoq; murorum ac minæ complures veluti succisę corruerunt. Illud

Dom⁹ sitis grāmaticæ.

Dom⁹ Bentiuolorum

Templa rimosa

oppido & mirum dignumq; memoratu, in populo tam magno, in ſtrage tam dira, in concuſſione tam enormi hominem neminem eſſe deſideratū, vt creditum ſit iram dei animantibus parcentem/aduerſus inanimata deſeuiſſe. Ex hoc ſecundo terræmotu tam vaſto, tamq; formidando conuerſi repente ſumus omnes ad religionem. Ad aueruncandam auertendamq; irati dei procellam/cunctorum vota ſuſpirabant. Indictaq; eſt ſupplicatio populo vniuerſo, circa religioſiora & maieſtatis diuinæ referta delubra, quæ triduum ſolenni cum ceremonia & precatione caſta/ac ſanctitudine impolluta/templatim celebrata. Documento fuit homines tunc ſe mortales eſſe meminiſſe. Tunc deum maxime reuereri, quum aut periclitantur, aut periculo proximi ſunt. Nam(vt inquit non minus vere q; decenter Silius)tanta adeo quum res trepidæ reuerentia diuum naſcitur, & tunc præcipuus votorum locus eſt religioniſq; memoria, quum pauor ſpem expectorat, examinatoſq; conſternat. Poſt terrificum illum terribilemq; tremorem ſingulis deinceps noctibus minutæ quædam concuſſiones factæ ſunt, quibus cubilia aut mouebantur, aut moueri credebantur. Quod quiq; pro ut meticuloſus erat aut impauidus, ita verbis tollebat in maius aut eleuabat. Et adhuc mulieres non paucæ, vtpote natura pauidiores exiſtimant per noctem thoros intremiſcere, quarum pectora quum ſemel occupauit/ pauor vix excutitur. Per totum fere Ianuarium multi mortales ſub cœlo pernoctarunt/ſub tentoriis quieſcentes, rati id malum libera cœli fide caueri poſſe. Haud dubie ignari quod inter cætera mala id prope ſolum ſine effugio eſt. Et ſane non parum multis contigit, vt fugientes terræ tremorem, cœperint tremore corporis intremiſcere/ horrore febrium, tuſſiculaq; conuelli, quod morbi genus, hibernum cœlum, manſiones ſubdiales, humorq; nocturnus viſceribus infuderunt. Claríſſima prudentiſſimaq; matronarū Zeneuera Bentiuola, omni mihi cum honore nominanda exiſtimans nihil tutius eſſe q; religioſa delubra, nuſq; ſe ſecurius degere poſſe, q; in ſancto domicilio, delegit ſibi manſionem temporariā apud ſanctimoniales, quibus a cultu corporis chriſti dei noſtri inditum eſt cognomentū. Quarum habitaculū merito dici poteſt Semnon, hoc eſt ſanctarū fœminarū conciliabulū atq; cœnobion, vbi honeſta & caſta animi corporiſq; myſteria celebrantur. Quod ſane templum intramuranū eſt, magnitudine/pulchritudine/ſanctitudine famigeratū. Huc ſeceſſit perinde ac in ſecuritatis diuerſoriū/duabus comitata filiabus, vtraq; vidua, vtraq; clariſſima, vtraq; maternis virtutibus reſpondente. Quarū alteri Blanchæ, alteri Eleanorę eſt nomē. Vbi quotidie matronę ſūmates, & primarij ciues, dominā inuiſebant, officioſeq; ac reuerenter ſalutabant. Inuiſebat & maximus princeps Bentiuolus ſubinde fœliciſſimi coniugij memor vna cū clariſſimis filijs. Hęc vel ſola matrona mendacē quotidie facit maximū philoſophorū, ſcribentē in politicis conſiliū eſſe fœminis inualidū, ſiquidē Zeneuera Bentiuola ſupra captū fœminarū eſt prudens/ingenioſa/cordata, quę nō ſolū in domeſticis negocijs curādis prępollet, verūetiā in rebus publicis adminiſtrādis eſt circūſpectiſſima. Præterea comitate/affabilitate/dexteritate, breuiq; choro & tutū, quę in muliebrē ſexū cadūt/vndiq; ſtipata cōſpicit. Qua nec Cornelia prudentior, nec Tanaquil ſollertior, nec Liuia Auguſta extitit fortunatior, quā de optim maxim, quæſo ſoſpitē florētē q; vna cū illuſtriſſimo cōiuge, clariſſimis filijs, nobiliſſimis nuribus, numē-

Votoꝝ locus in pauore

Sub dio & noctātes

Semnon

Laus Zeneueræ Bentiuolæ

Camilla vxor

rosis nepotibus/in diuturna fœlicitate custodiat. Camilla vxor mea in tremore terrę tã horrifico, in tãta sexus vtriusq; formidine, parq; virilit fortis, & quadã animi teneritudine delicatior, me rogauit vt cubile cubiculumq; mutarẽ, & quia summa ædiũ maiori motu naturaliter q; ima cõcutiunt, vt somnũ capemus in cubiculo inferiori. Ego quũ sciam salutẽ vxoris a mariti salute pendere, & illius spm in meo verti, incipio vt illi consulam/ mihi quoq; cõsulere. Et qm ego ab illa nõ impetro, vt pristino cubiculo vtamur a me impetrat illa, vt descendẽtes in cubiculo inferiori quietẽ capiamus, indulgendũ est em honestis affectibus, & obsequendũ vxori plærũq;, q quũ concorditer viuas. Quæ maritũ amore casto & sincero complectit, mecũ q; certat certamine honestissimo mutuæ charitatis, quod haud dubium est pudicitiæ cõiugalis indiciũ. Ex ea in hodiernũ diẽ suscepi liberos tris, primigeniã fœminei sexus/reliquos mares. Fœmina nõ pannauit, nouissimus masculus dulcis vitæ exors intra tempus bimestre decessit, supest medius,

Laus Vincẽtij Paleotis.

qui nondũ trimatũ impleuit. Auũ maternũ Vincentiũ Paleotũ maximum Iurisconsultorq;, cuius mihi memoria sacrosancta est, noie referẽs lineamẽtis oris matrẽ, virilitate patrẽ repsentãs, blandimẽtis ppe peculiaribus prędi/tus, ad cuius hilaritatẽ nulla potest durare tristicia, cuius garrulitate mire reficior, cuius inges genuina mihi est qeti suauissime, qui me modo lectioni, modo stilo indulgentẽ sæpissime interpellat, estq; patri dulcis interpellator. Deũ optimũ maximũ precor, vt mihi Camillam meã vna cũ mellito filiolo seruet incolumẽ, vt nos omnis in hac qua viuimus cõcordia & trãquillitate penniter tueat, vt fœlix sit cõiugiũ, vt soboles fortunata laudabiliter eat p paterna & auita vestigia, vt nobis hunc contingat habere superstitem, qui domũ Beroaldã nepotulorq; turba fœcundet, quos complexu & gremio fouere possimus, sintq; nobis senescẽtibus, si modo senescere datũ est, nõ minora oblectamẽta q; cõmoda. Solẽt huiuscemodi egressiones fauorabiliter oblectare, & lectorẽ lassescentẽ iucunde refouere, stomachũq; nauseantẽ quodã quasi condimẽto reficere, & ego in hęc quasi diuerticula libẽter excurro. Quia si modo lectores mihi nõ blãdiunt, libelli mei in hæc

Parerga Trias ternio

parerga plausibiliter expatiant. Sed vt iam ad institutũ præuertamur, quũ in numeris ternarius sit pollens potẽsq;, quẽ græci Triada nostri ternionẽ appellant. Tertius terræ tremor ex interuallo dierũ circiter quindecim superueniens, nõ paucos municipũ meorq; tremore cõcussit, maior pars quæ iam occalluerat duriciamq; cõtraxerat/manst imperterrita, minor hic sane motus fuit q; priores/sed tn fragoris horrifici, quo domicilia aliquot male materiata corruerũt, primis (vt credit) motibus ante cõuulsa. In tota vrbe vicatim regionatimq; cõplurima ędificia fulcimẽtis adminiculata cõspiciũtur, in qbus inhiãtes rimæ vitiũ faciũt ruinãq; minitant. Claues ferreæ, sic em vulgo nominitãt, vincula quę Vulcania in officinis fabrilibus quotidie adhuc ,pcudunt ad parietes alligãdos, & fatiscẽtes substructiones deuinciendas. Multa quæ refectione indigẽt recõcinnant, vt sartatecta integraq; esse possint. Quoniã autẽ magna fastigia laborare credunt, & in præcipiti stantia vacillare, turres aliquot quę in vrbe nostra plurimę sunt altitudine spectabiles, dirui a possessoribus cœpere. Cũ primis illustrissimus Ioannes

Laus Ioãnis Bẽtiuoli

Bentiuolus, columẽ caputq; ac moderator saluberrimus Bononiẽsis reipublicæ, cui cum dignitate ocium, cui festam pacẽ, cui blandã tranquillitatem, cui cõmoda omnia ,accepta referimus, quem sotera, quem conseruatorem

merito poſſumus nūcupare,qui exemplar eſt fœlicitatis,quo ſtante vel etiam ſedente nullus turbo, cymbæ Bononienſi, nulla ꝓcella eſt ꝓmiſcenda, turrim habebat ædibus principalibus contiguam atq; conſertam,qua nullam pulchriorem ætas noſtra conſpexit/hanc demoliri iuſſit,veritus ſcilicet ne obnoxia tremoribus terræ corrueret, ratuſq; neminē ſatis tutū eſſe poſſe/qui periculo ꝓximus ſit. Celeberrimi rerum ſcriptores inter ſigna futuri motus cōmemorant,lineam tenuem nubis in longum porrectæ ſpacium, talis a noſtris ſub occaſum ſolis ſereno cœlo conſpecta eſt,ea ſcilicet nocte qua ſecūdus ille maximus motus cūcta cōcuſſit. Scribit ſanctiſſimus ſcriptor atq; eruditiſſimus Seneca Pompeios celebrē campaniæ vrbē cōſediſſe terræmotu per dies hybernos,quod ſane tempus ab hoc malo tutum auctores eſſe ꝓmittunt. Conſimiliter diebus quidem brumalibus,verna tamen indulgentia intepeſcētibus,hi motus terræ ciuitatem noſtram,nec minus territorium magna ſtrage vaſtarunt. Siquidem villæ aliquot ac prętoria magnificenter extructa,hoc malo perſtricta male cohærent. Refert Albertus magnus ſe vidiſſe terrꝫmotum durabilem atq; diuturnum in Ciſalpina Gallia factum/ꝓ hyemem verno tempore caleſcentem. Conſimili tēperie hiberna,factus eſt hic noſter motus terræ diuturnior dierumq; complurium. Nam cum dicantur tremores ſi nō ab emerſu vēti deſināt diu durare,nec ante quadraginta dies ſiſti,plærūq; vero annuo ſpacio biennioq; durare. Hic noſter vltra dies quadraginta ꝓgreſſus/nōdum ꝓauſam fecit. Immo hiſce diebus cum hęc cōderem,eſſemq; interdiu intētus ſtilo & ſcriptioni. Bibliothecam meam ſenſi intremiſcere & quati,ita tamē vt motus hic diurnus longe leuior q; nocturnus extiterit,noctu em̄ maiores fieri & crebriores,philoſophorum ſchola cōclamat,quorum iam tempeſtiuū vidētur ꝓcenſere ſententias,qui archana naturæ reſerare,exq; eius ꝓmptudinis cauſas rerum expromere conati ſunt. Quorum opiniones diſcordes efficiūt,vt illud certum ſit nihil eſſe certi. Tales mileſius vnus ex ſeptē græcie ſapientibus,ꝓfeſſus eſt aquā omnium rerꝫ eſſe principium,ex quo dogmate exiſt illud poeticum. Oceanūq; patrem rerꝫ. Is in aqua cauſam poſuit qua terra concutiat & tremat,memorans vnda orbem terræ ſuſtineri, velut aliquod grande nauigium. Argumentat autem aquas eſſe in cauſa, quod in omni maiore motu/ꝓrumpūt noui fontes nouaq; fluēta. Democritus motum terrarum aquis imputauit,ꝓpterea q; per receptacula terræ venaſq; fiſtuloſas/vis aquarꝫ larga decurreret,quę cœleſtium quoq; aquarum ſuperfuſione exuberantes/pulſibus terram concuterent, vtpote quæ tantū impetum ac violentiam ferri non poſſit,huic ſentētiæ veteres poetæ aſtipulantur,qui neptunum humidæ ſubſtantiæ præſidem Ennoſigeum & Siſichtona græcis dictionibus appellitāt,quaſi dicas terram quatientem, terramq; mouentē. Quidam inter quos eſt Anaxagoras,ignē cauſam motus eſſe confirmāt,qui exitum quærens/diuellit cōcutitq; repugnātia,viāq; ſibi ad cœlū vi facit. Alij ideo in igne cauſam motus eſſe dixerūt,quia pluribus in locis flagrat ꝓxima quæq; conſumēs,quibus exæſis exuſtiſq; ſubſequitur motus earꝫ partium quę adminiculis viduatæ ꝓmo labant mox corruunt,ideoq; vulcano motum terræ attribuerūt Anaximenes qui horologiū(quod abvmbra ſciotericon appellāt)primus oſtēdit,cauſam motus eſſe terræ ſolis vaporibus areſcens rimas pandat grandiores,intraq; eas penetrans aer violentus & nimius vehementi ſpiritu

Turris Bētiuolorꝫ

Terrꝫmotus in Gallia

Thales.

Aqua cauſa terræmotus.

Democritus

Ennoſigeus.

Anaxagoras

Ignis cauſa

Opinio Anaximenis

Sciotericon.

quaſſatā ꝑprijs ſedibus cōcutiat. Idem opinat vetuſtate cūcta dilabi, nec quicq; tutū eſſe a ſenectute, itaq; quēadmodū in ædificijs vereribus ac putridis/quædā ſuapte ſpōte decidūt, ita in hoc corpe terræ cōtingere, vt ꝑtes eius vetuſtate ſoluant.

Laus Ariſtotelis. Polygraphotatos. θειοτατον

ARiſtoteles quē naturæ conſiliariū merito dicere poſſumus, cuius inuētis nec ipſa natura diſſentire exiſtimat, q polihyſtor, id ē multiſcius, qui polygraphotatos a copia ſcriptorꝝ eſt nominandus. quē θειοτατον, hoc eſt diuiniſſimū vere nūcupaueris, qui apud poſteros eſt id cōſequutus, vt Ariſtoteles nō iam hominis nomē, ſed philoſophiæ habeat. Et ſicut noīe oratoris Marcus Tullius, & poetæ Vergilius, ita noīe philoſophi Ariſtoteles peculiariter intelligat. Hic inquā Ariſtoteles affirmat cauſam motus terræ eſſe ventū ſiue ſpiritū, qui incluſus in venas terræ & cauernas luctat erumpe, & ad libertatē exire connitit. Sequuta mox ætas tā pedibus q̄ ſtilo vadit in ſententiā maximi philoſophorū.

Sentētia Ariſtotelis de terræmotu.

Seneca

Anneus Seneca qui inter noſtros ſcitiſſime elegātiſſimeq; diſſeruit, ſuper quæſtionibus naturalibus aſſerit ſpiritū eſſe qui terrā moueat. Idq; & plurimis & maximis auctoribus placuiſſe. Plinius quoq; noſter, quo nihil eruditius, qui heluo librorꝝ dici poteſt, ventos inquit in cauſa eſſe nō dubium reor, nō em̄ vnq; intremiſcūt terræ, niſi ſopito mari cœloq; adeo tranquillo vt volatus auiū nō pendeāt, ſubtracto omni ſpū qui vehit. Quinetiā Lucretius qui ꝑ interualla inſaniæ cōpoſuit libros luculētos Epicuri dogmata continētes, & ipſe vētos eſſe ait in cauſa terræmotus, cuius verſus opere preciū eſt ſubſcribere.

Plinius heluo librorꝝ

Lucretius

Præterea vētus quū ꝑ loca ſubcaua terræ
Collectus ꝑte ex vna ꝑcūbit, & vrget.
Obnixus magnis ſpelūcas viribus altas
Incūbit tellus quo vēti ꝑmit vis,
Tū ſupra terrā, quæ ſunt extructa domorꝝ
Ad cœlūq; magis q̄to ſunt ædita quoq;
Inclinata manēt in eandē ꝑdita partē.

Laus Alberti magni

ET ꝑfecto nihil eſt ſpū acrius, nihil in rerꝝ natura potētius, ſine quo cūcta torpeſcūt. Ignis ſine ſpiritu languet, aquæ ſi ventum detrahas/inertes ſunt. Verꝝ eniuero inter cæteros ſcriptores Albertus nō magis noīe q̄ doctrina magnus ac mirādus αριστοτελιξει, hoc eſt Ariſtotelē ſequit, qui a tramite Ariſtotelico nuſq; detortus exorbitat, qui Ariſtotelis ſimia dici poteſt, a quo nec vnguē latū digitūq;/vt dicit, tranſuerſum vſq; recedit. Hi duo inter ſcriptores meteorologos eminētiſſimi, ex duabus euaporationibus, altera ſicca, altera humida vētos/grādines/niues/pruinas/coruſcationes/tonitrua/terræmotus, cęteraq; id genus fieri ſubtiliter & copioſe, pluribus volumiuibus ꝑdiderūt.

Euaporationes cauſa rerū multarꝝ

Placita Chaldeorꝝ.

CHaldei ſciētiæq; ſideralis cōſultiſſimi, qui ex motu ſyderꝝ vicq; ſtellarꝝ cętera oīa fieri exiſtimāt, motus quoq; terræ cœlo & aſtris aſſignāt, ſiquidē dogmata Chaldeorꝝ/ſiue placita/ ſiue decreta placet nūcupare, autumāt expoſitiōe atq; potētia ſyderꝝ maximeq; Saturni/Martis ac Iouis terras intremiſcere, in quā ſentētiā alacrit vadit tota cohors Aſtrologorꝝ, qbus ꝓſuaſiſſimū eſt oīa inferiora moueri a ſuperioribus, primordiaq; rerꝝ omniū e cœlo ē decidua, hinc ſolis lunæq; defectus plurimū pollere in motu terræ conficiēdo tradiderūt, qm̄ tēpeſtates tūc ſo/

piunt. Et quia hæc duo clariſſima mundi lumina in rebus terrenis plurimū dominantur, ſiquidē luna inſtar conſulis/ſol inſtar maximi regis/vt ſcitiſſime docet Galenus, exercet imperium.

Luna inſtar conſulis.

Sol inſtar regis.

ALegans eſt illorū/minimeq; p̄tereunda ſentētia, qui ita tremorē in terra fieri cēſent, ſicut in corpe nr̄o cōtingit ex intercepto ſpū vegetali. Nā vt corpus noſtrū ex ſanguine irrigat et ſpū, qui p venas arteriaſq; & ſua itinera decurrunt, ſic corp⁹ terrarū aquis q̄ vicē ſanguinis obtinent, & ventis q̄ vice ſpūs & animæ loco ſunt peruiū eſt, & quē admodū in corpore noſtro dū bona valitudo eſt, venarū quoq; & arteriarū impturbata mobilitas modū ſeruat, ſi q̄d aduerſi accidit/tunc crebri⁹ micat, tūc ſuſpiria & anhelatiōes exiſtunt, haud dubie ſigna hoīs laborātis & feſſi. Sic terrę corpus dum poſitio naturalis perſeuerat/manet incōcuſſum, quū aliq̄d peccat/tunc velut ægri corpis motus fit & tremor ſpū illo/venas ſuas vehemētius cōcutiēte, q̄d totū Lucretius eleganter exp̄ſſit his verſib⁹.

Tremor in terra vt in corpore

Diſpertitur vt horror & incutit inde tremorem.
Frigus vt in noſtros penitus quū venit in artus
Concutit inuitos cogens tremere atq; mouere.

In hoc tamen illa diſparilitas eſt, q̄ in noſtris corporibus tremor per omnes partes pari æqualitate diſcurrit. In motu vero terræ non totum corpus vexationem ſentit/ſed portio.

Straton

STraton philoſophus q̄ rerū naturæ inquiſitor fuit, de terræmotu ita decernit. Frigidū inq̄it & calidū ſemper in contraria abeunt, & vna eſſe nō poſſunt per illā quā græci vocant Antipariſtaſin, qua fit vt nō patiatur calidi/frigidiq; natura cōcordiā/nec in vno morā, ꝓinde ibi naturaliter calidū eſt/vnde frigidū expulſum eſt, ecōtrario illuc frigidū cōfluit/vñ vis calida diſceſſit. Hinc hiberno tpe cū ſup terram frigus eſt, calent in puteis aquæ, quia eo ſe calor cōtulit cedens frigori ſuperiora poſſidenti, Ecōtrario p æſtatē aqua puteana frigeſcit, qua vis frigoris in cauernas terræ recondit cedens calori ſupnę dominanti. Ergo vis calida cedēs frigori in ſubterraneos ſpecus receſſuſq; refugiēs, magno impetu agitur/& ꝓxima quæq; remolit ac vexat, cui⁹ eruptio motū terræ conficit. Cō ſimiliter vbi frigida cōpeſcunt, a calidis & intra venas terræ recondunt, terra ipſa tremore cōcutitur, dū vires alternæ frigoris & caloris inter ſe compugnant, & ſpiritus vltro citroq; ſub terra incluſus cōmeat.

Antipariſtaſis.

Aqua puteana cur frigida in æſtate.

Terræmot⁹ quō fiat

REligioſiores exiſtimāt irā dei cauſam eſſe tāti mali, q̄ pctis pctōribuſq; puniēdis hoc telorū gen⁹ intorqueat. Et ſane ex vſu vitæ eſt cōducibileq; mortalib⁹ credere ab irato deo talia irrogari īfligiq; ſupplicia, vt ita innocētius/caſti⁹/modeſti⁹ degāt, hoc eccleſiaſtici cōditores affirmāt, a quib⁹ libro Regū. ij. in cātico Dauidico ſic ſcriptū eſt. Cōmota eſt & cōtremuit terra, fundamēta mōtiū cōcuſſa ſunt & cōquaſſa ta, q̄m irat⁹ eſt eis dñs. Hinc exīt illud q̄q; pſalmographi. Dedit vocē ſuam & mota ē terra. Ego arbitror hoc malū, vt pleraq; id gen⁹ alia in maieſtate nature atq; ſecretarijs abdita deliteſcere, & ſi quadā tenus cognita ſint, nō dū tamē eſſe præcognita. Quis longis lucubrationib⁹ ingeniorū acumen; ingenioſorumq; ſolertia ad arcana veritatis penetrare tentauerit, quæ interiore ſacrario incluſa conduntur. Nondum em̄ nobis tanta cum deo familiaritas eſt, vt nos participes ſecretoꝝ oīm eſſe voluerit, nec fuit tāta Rhomanis quoq; veteribus, qui vbi mouiſſe terrā ſenſerāt/nūciatumve erat, ferias

Ira dei cauſa motus.

Abdita maieſtate naturæ.

quidem eius rei cauſa edicere ſolebant,ſed dei nomen cui feriæ dicarent edi
cere ſuperſedebāt,ne aliū pro alio noīando falſa(vt inquit Aulus Gellius)
religione populum alligarent,quoniam & qua vi & per quem deorum de
arumve terra tremeret/parum compertū foret.

QAeterū nos non tam cur fiat ꝙ quid fiat deſpiciētes,aſſerimus ter
ræmotū rem eſſe atrocē/diram/exitialē/atq; funeſtam,plenam tre
moris horrifici ac publicæ conſternationis,quā deprecari/abigere
amoliri/,ppulſare,& vt antiquitatis verbo vtar,aueruncare omni
p̄catione debemus,illud in primis acclamātes.Dīj prohibete minas,dīj ta
lem auertite peſtem.Hoc eſt illud malum quod agros facto chaſmate hau
rit/mœnia proſternit,vrbes totas plærūq; deuorat,ita vt nulla veſtigia ex
Terræmot⁹ tent.Ex hac vaſtitate olim in agro Mutinenſi montes duo inter ſe concurre
ſub Tyberio runt,crepitu maximo aſſilientes reſilienteſq;, quo concurſu villæ omnes eli
Vrbes.xīj.p ſæ,animalia permulta quæ intra fuerant/exanimata ſunt.Maximus terræ
ſtratæ. memoria mortalium extitit motus,qui ſub Tyberio pricipe vrbes in Aſia
Nicomedia numero duodecim vna nocte ,pſtrauit.Maximus fuit & ille quo Nicome
dia Bythiniæ metropolis & caput multiformi ærūna cōcuſſa eſt,imperan
te Conſtantino, & cum clariſſimi ſcriptores tradant horis ſublucanis cre
bros motus fieri,tunc primo lucis exortu/inuoluto craſſa caligine, ſqualor
humum inſedit/oculorum perſtringens obtutum, dein magnitudo furen
tium incumbens/procellarū anteceſſit fragorem qui vnacum horrifico tre
more Nicomediā & ſuburbana fundit⁹ euertit, qua in clade ædes plæræq;
aliæ ſuper alias ſonitu ruinarum immenſo conciderunt. Poſt horam diei ſe
cundam,aer iam factus ſudus & liquidus/retexit funereas ſtrages,non pa
Clades nico rum multi conſtipati ſub ipſis preſſi ponderibus viſebātur. Quidam obru
demenſium. ti aggeribus quum ſupereſſe poſſent,ſi quis iuuiſſet,auxiliorum inopia ne
cabantur. Alīj tignorum extantiū cacuminibus fixi pendebāt. Alīj,vt vtar
verbis Marcellini,ſubita magnitudine oppreſſi/hiſdem adhuc molibus cō
teguntur,colliſis quidem capitibus,vel humeris pręfectis,aut cruribus in
ter vitæ mortiſq; confinia/aliorum adiumenta paria perferētium imploran
tes/cum obteſtatione magna deſerebantur,quis talia fando temperet a la
chrymis? Quis talia referens nō horreſcat/quæ animus horret meminiſſe?
Iulius Capitolin⁹ auctor eſt motum terræ Gordiani principatu eouſq; gra
uem extitiſſe,vt ciuitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent.Multa
Terræmot⁹ genera terręmotus/effectuſq; multiformes,ac nomina monumētis celeber
effectus rimorum conditorum reperiunt. Sunt enim quidam qui humum mole ſua
Braſmatiæ ſuſcitātes ſurſum ,ppellunt immaniſſimas moles, his braſmatiæ nuncupan
tur a concuſſione,quā græci βρασμον vocant. Ex hoc motu Delos emer
ſit & Rhodos enata eſt. Sunt qui grādiore motu patefactis ſubito voratri
nis/terrarū partes abſorbent. Sic Helicæ & Burra in profundos hiatus ab
actæ/ęternis tenebris occultātur. Hos Chaſmaticos vocant a chaſmate,ſic
Vlpianus em̄ hiatus dicit,græcanico vocabulo noſtris quoq; vſitatiſſimo. Vlpianus
iuriſcōſultoꝝ eloquentiſſimus/titulo de cenſibus,ſi agri portio inquit chaſ
mate perierit, debebit per cenſitorē releuari. Pōponius quoq; titulo de pe
riculo & commodo rei venditæ ſic ait. Fundi nomine emptor agere nō po
teſt,cum priuſq; menſura fieret,inundatiōe aquarum/aut chaſmate,aliove
Chaſma quoq; caſu pars fundi interierit. Chaſma quoq; in cœlo fieri docet Plinius
ſic ſcribēs. Fit & cœli ipſius hiatus/quem vocant Chaſma,ait Turnus Ma

ronianus, video mediũ discindere cœlũ, exponit cõmẽtator Chasma factũ dici, id est subitã aeris diruptionẽ & quẽdã recessum.

Myctematici

SVnt quidã moti qui veluti taurinis reboare mugitibus audiunt, quos Myctematicos philogręci nũcupãt, ἀπὸ τοῦ μυκηματος hoc est a mugitu. Ex hoc opinor genere fuit motus ille quo sub imperatore Galieno terra mugiẽte multæ fabricæ deuoratæ sunt cũ habitatoribus, multi terrore mortui, mota est & Rhoma, mota & Lybia & Asia, hiatus terræ plurimis in locis extiterunt. Ex hoc genere videt esse quẽ vocãt Mycetiã, de quo sic refert Apuleius in Cosmographia. Mycetias vocat tetri odoris inquietudo terrena, audiunt mugitus interioribus gemitibus expressis, cũ spiritus inualidus ad terrã mouendã, ꝑ aperta in telluris inuentis itineribus fertur. Sunt & qui Palmatiæ appellant, quorum pauitatiõe illa quæ trepidant sine inclinatiõis periculo nutãt, quũ directi tñ rigoris statũ retineãt græci, παλμον tremorẽ vocãt. Vñ & nomẽ accepere Palmatiæ.

Mycetias

Palmatiæ

Succussio

Inclinatio

Tremor

DOstri duo genera potissimũ motus terræ cõcelebrãt. Alteri succussio est nomẽ quũ terra quatit, & sursum ac deorsum mouetur. Altera inclinatio nominat, qua more nauigij nutat atq; inclinatur in latera. Seneca tertiũ genus esse existimat, quẽ tremorẽ dixere maiores/qui supioribus dissimilis est, nã neq; succutiunt neq; inclinãtur tecta/sed vibrãtur, q motus minus est noxius minusq; exitialis, sicuti lõge ꝓnicisior est inclinatio q̃ succussio. Hoc nimirũ est quod intelligi voluit Plinius, cuius verba subscripsi quæ sunt hæc. Pluribus siquidẽ motibus quatit, tutissimũ est cũ vibrat crispãte ædificiorũ crepitu, & cũ intumescit assurgẽs/alternoq; motu residet innoxiũ, & cõcurrentia tecta cõtrario ictu arietãt, qm̃ alter motus alteri renitit. Vndãtis inclinatio & fluctus more quędã volutatio infesta est, aut quũ in vnã ꝑtẽ totus se motus impellit. Hactenus Plinius.

Signa motus

INter signa futuri motus est cœlum silens, tempestates sopitæ, & in puteis aqua turbidior fœdiq; odoris. Hinc Pherecides Pythagorę doctor, cum aquã hausisset e puteo, præsensisse fert ac prædixisse futurũ terræmotũ. Est & in cœlo signum prẽcedens futuro motu, tenuis scilicet linea nubis in lõgum porrectæ spaciũ. Existũt maximi motus in solis lunæq; defectu, verũ vt inqt Albertus eclypsis solis q̃ lunæ hac in re est lõge potẽtior.

Præsagia

DOn simplex id malum nec in ipso tantum motu periculũ est, sed in posterum quoq; dira portendit, & imprimis pestilentiã præsagit/nec id absonum. Siquidem spiritus qui æterna terrarũ nocte torpescit, diutinoq; situ pestilens includitur, per terræmotũ emissus, purũ hũc aera ac liquidum polluit atq; cõmaculat/late vitiũ suum spargẽs. Et quũ naturaliter vincãtur meliora peioribus, hic spiritus quẽ ꝑ singula momẽta trahimus & haurimus/illo subterraneo halitu pestilenti corruptus & infectus/cõtrahit noxam. Inde pestilentia mortesq; repentinæ, & noua genera morborum mortales inuadũt. Præterea aquæ pestilentes abditæ latent in terræ secretarijs, quæ tremore terrarũ exilientes ex infernis nihil nisi pestiferũ/exitialeq; in superna deportãt. Quidã autumãt innumera ꝑpe mala ex motu terræ, & in primis famem & bella portendi. Trismegistus cui multarum rerum & artium scientia, hoc cognomẽ imposuit

Trismegistus

posuit,vel quia περὶ τριαδος,id est de trinitate locutus est religiosissime ponēs,εν τριαδι μιᾳ περὶ θεοτητα,id est in trinitate vnā esse deitatem.

Zodiacus

Hic versus Heroicos fertur composuisse,qui volitant ac circumferuntur p manus oraq; eruditiorum,quibus præsagia terræmotus in duodecim Zodiaci signa digessit.Exempli causa aliud genus infortunij portendi sole arietem transeunte,aliud Taurꝫ,aliud Geminos,& cætera cōsimiliter.Quod totum lepida magis q̄ vera discriminatione digestum arbitror,incomperta em̄ hæc sunt & inextricabilia,quæ neq; affirmare,neq; refellere operepretium sit.Plinius refert nunq; vrbem Rhomam tremuisse,vt non futuri euētus alicuius id prænuncium esset.Exclamare libet.Tantæne animis cœlestibus iræ? Tanta ne in miseros mortales cupiditas sæuiendi? vt tremor terræ,quo nil terribilius per se nō sit satis/nisi etiam fiat ꝑdigiosus, & per id malū mala quoq; alia truculenta denuncientur.

Remedia.

Terræmotus remedia.

QVidam perinde ac salutis humanæ curiosissimi custodes,remedia ad euitandū id ineuitabile malū,ad effugiendum id ineffugibile infortuniū excogitare conati sunt,memorātes in primis cloacas,& crebros specus in vrbibus esse salutares,quibus spiritus

Cloacæ vtiles

præcōceptus exhalaṫ.Inde annotatū est quædā oppida minus cōcuti,quæ crebris cuniculis sint cauata,parietes quoq; latericij vt ferūt/ minore noxa quatiūtur.Quin & tutissimos esse ædificioꝝ fornices asserunt,qui tamē in hoc nostro recentissimo terræmotu/ fuerunt maxime intuti infidiq;. Ego existimo potentissimum aduersus hanc luē esse remedium,degere in regionibus ad septētrionē vergētibus,maximeq; in his quæ climate siue segmēto septimo cōtinētur,vbi vel nulli,vl rari motus existūt.Vnde regio Polonorum quos Appolloniatas esse censemus,quæ tibi genitalis patria est & natalicium solum Antistes amplissime,quū ob alia multa,tum ob hoc præcipue dilaudāda est,& clarissimo digna præconio,quod id malum nō sentit,quod ob terræ tremorē terra illa nō tremit.Vis vnum atq; id efficacissimū remedium te doceam aduersus tremorem terræ, alioq; id genus casus periculosissimos? Vis esse liber & tutus a tāta vastitate? Sit tibi animus cōtemptor mortis,sit mens impauida læti.Quicūq; mortē cōtempserit/ metūq; mortis calcauerit,is nō solū terras motu,cōcuti,& ruptis cōpagibus dehiscere securus aspiciet,verum & ꝑpriū domiciliū voraginibus hauriri chasmateq; forberi.Idem securus spectabit mundū & cuncta misceri,vt inquit ille.Si fractus illabatur orbis,Impauidū ferient ruinæ.Proinde si volumus degere securi,si interrito animo ferre mortalia, discamus vincere mortis metū/qui victores gentiū vincit.Qui vt inquit Lucretius,

Poloni Appolloniatæ

Animus intrepidus

Metus mortis effectus

Funditus humanam vitam perturbat ab imo.Omnia suffundens mortis nigrore,nec vllā Esse voluptatem liquidam puramq; relinquit.Hac quoq; generositate animoꝝ, inter cæteras nationes censentur homines tuæ nationis,maxime Antistes,qui beneficio cœli & soli progenerantur,magna ex parte contemptores mortis/ spretoresq; periculorum.Namq; in regionibus refrigeratis positisq; sub septētrionibus,vt clarissimi scriptores ostēdūt,homines gignūtur corporibus grandioribus & sanguine copioso,ꝑpterea q̄ ex cœlo rigēti/roscidus aer fundēs in corpora humorē,efficit ampliores corporaturas/sanguinisq; abundantiam.Ex quo fit vt imperterriti sint/metu mortis neglecto,habeantq; ingenia cœlo suo similima.Cur au-

Fortes septētrionales.

tem fortes ſint/ qui loca frigida incolunt,ſicut ecõtrario timidi in calida re/ gione degẽtes/ſcite & eleganter(vt omnia) docet Ariſtoteles in problema tis enciclijs ſcribens,homines in frigido ſolo & cœlo viuentes,ſuapte natu ra intrinſecꝰ cõcaleſcere,ꝙ frigore exteriori corpus fiat ſpiſſius & caro den ſior,cuius denſitate calor intus collectus auget fortitudinẽ/facitꝙ ſpiritus ferociores,ſicut e diuerſo accidit his qui degunt in calida regione,nam cor/ pora eorũ refrigerãtur,vtpote ſoluta & patentia,vnde calor foras profluere poteſt,inde fit vt meridionales timidiores eſſe credantˇ,vtpote calore na turali deſtituti,& econtrario ſeptentrionales robuſtiores,vtpote vi frigo/ ris aſtrictioris conſtipati & cõcaleſcentes. Sententię AriſtotelicæGalenus maximus medicorum aſtipulatur,ſcribẽs libro ſecundo complexionũ,cor/ pora in regione frigida eſſe intrinſecus calidiora, & inſito calore/interiora penetrante feruere, hinc ardentiores eſſe & fortiores,cum ecõtrario æthio pum caliditas inſita foras progrediatur. Necnon Auicenna Galenum ſecu tus ſcribit,in locis frigidis degẽtes/fortiores eſſe/audaciæꝙ maioris,meli/ uſꝙ cõcoquere. Idem auctor eſt,ſeptẽtrionales populos non ferme labora re morbo comitiali,quem græco vocabulo vocãt Epilepſiam,propterea ꝙ ſunt vitalibus interioribus vegeti,& calor ingenitus inſit largus & copio/ ſus. Quod aliquando vlcera innaſcantur,ociſſime ſaneſcere/propter corpo ris robur & ſanguinis bonitatem. Præterea ex Stratonis philoſophi decre/ to,calor & frigus per quandam antipariſtaſin, vt iam ſupra docuimus,ſi/ mul eſſe non poſſunt,ſed frigidum calido/calidum frigido viciſſim cedunt. Quod vt planius fiat & apertius,exemplo res eſt inſtruenda. Hiberno tem pore cum ſuper terram frigus eſt/calor frigori cedẽs,in interiora viſcera ter ræ ſe confert,ex quo fit/vt per hyemem putei caleſcãt & hyppogea, hoc eſt domicilia ſubterranea/cellæꝙ vinariæ intepeſcant. Idem econtrario vſue/ nit per tempus æſtiuum, tunc enim frigus calori forinſecus dominanti ce/ dens,fugit in abdita/abitꝙ in partes terræ penitiores,vnde fit vt aqua pu teana diebus æſtiuis ſit frigidior,quia nõ patitur vtriuſꝙ natura concordi/ am. Cum ergo frigus vigeat ac dominetur in regionibus ſeptẽtrionalibus calor ab exterioribus expulſus,in interiora corpora recõditur,& ita calidi/ ora efficiuntur,& ob id ægent largioribus alimentis. Calidi enim ventres, quod & Hipocrates Archiatrus oſtendit,quo melius concoquunt/eo plus cibi deſiderant.

Ariſtotelis ꝓblemata. Enciclia Meridiona/ les timidi cur. Galenus Auicẽna Epilepſia Antipari/ ſtaſis. Hyeme pu/ tei calidi Eſtate fri/ gidi.

TIlud quidem inficiari non poſſumus, eſſe etiam in hominibus ro/ buſtiſſimis/& fortitudinis muro vallatis, affectionem quãdam na turalem atꝙ pauorem,vt velint nolint/ad repentinos fragores,ad ſubitaria pericula,ad motum terræ,ad ictum fulminis inhorreſcãt, & colore mutentur atꝙ palleſcant. Sicut Ariſtippo illi Cyrenaico philoſo/ pho accidit,qui quũ olim nauigaret mare violentum & vndabundũ,naui/ gium ꝙ quo vectabatur/turbinibus crebrioribus iactaretur,cœpit coloris ac vultus turbatiõe moueri ac palleſcere, at vbi feruor ille maris deferbuit & malicia/ac tranquillitas rediit,acceſſit Ariſtippũ quidam mollior & de licatior/eodẽ pariter nauigio vectus,qui quaſi illudẽs. Quid hoc eſt inquit o philoſophæ, quod tu in iſto naufragij periculo timuiſti/palluiſtiꝙ,quum ego neꝙ timuerim neꝙ palluerim. Tunc Ariſtippus nebulonem illum re/ ſponſione elegantiſſima remuneratus,nõ eandem eſſe cauſam ſibi atꝙ illi reſpõdit,qm̃.ſ.is quidẽ eſſet nõ magnopere ſollicitus ,p anima nequiſſimi

Pauor natu/ ralis. Exemplũ de Ariſtippo

nebulonis,ipſum autē pro Ariſtippi anima timere debuiſſe. Hoc exemplo quo etiā vtit diuus Auguſtin⁹,ſatis liquet ꝓturbatiões in hominib⁹ naturales eſſe/nō volūtarias,& motus quoſdā incōſultos/vi quadā ingenita inferre ſeſe hominib⁹. Vellem quidē eſſemus apathes,& illa tantopere a Stoicis celebrata apathia vigeret in nobis,quā noſtri impaſſibilitatē interpretant. Vellem in nobis ſpectaret toruitas illa naturę dura & inflexibilis,quam in Diogene & Pirrhone fuiſſe prædicant. Sed neſcio quō mens corpuſq; mortaliū ad repentinos caſus naturaliter inhorreſcit ac torpet,& talis affectus ex homine nulla ſapiētia radicitus cōuelli poteſt. Inuiti cōniuemus ad fulgetras,ſenſim paueſcimus ad tonitrua/ſternutamētis non ſponte cōcutimur. Faceſſat itaq; magniloquētia Stoicorū,qui aſſerunt ſerenitatē vultus in homine ſapiente,nulla ægritudine/nullaq; formidine obnubilari. Eſt em̄ talis oratio glorioſior plane q̄; verior,quū & hi(vt diximus)qui habētur cōſtantiſſimi/aduerſus ictus fortunæ fulminantis expalleſcant/& toto corpore in tremiſcant. Audi rem atrocem & annalibus memorandā, quæ in vrbe noſtra ob terrificum terrę tremorē nuperrime accidit,municipi meo viro alioqui probo et opulento,cui Fulco nomen/Argelatoq; cognomen, hic quum ex illo diro ac perterricrepo fragore factus eſſet(vt aiunt)attonitus/mēteq; alienata,nam limphaticos ſimileſq; furētibus fieri ab hoc malo. Seneca locupletiſſim⁹ teſtis affirmat,cœpit deſipere cum diſpēdio ſanitatis,qui morbus ſenſim gliſcens/implicituſq; viſceribus,adeo hominē dementauit,et in tantū impulit furorem,vt die Paſchalis ſolennitatis ſacroſancto cultro ſibi gulam ſecare temptauerit, moxq; confeſtim ſeſe ex ſuperiore ædium parte in inferiora præcipitauerit,ex quo præcipitio mors eſt ſecuta. Pauor itaq; egit hominē in væſaniā, væſania in furorem,furor in mortē,niſi lubeat magis credere id Biothanatæ mortis genus ex maleuola ſyderum radiatione contigiſſe,nam ſi Mars & Sol diametra ſe radiatione aſpexerint (in cōtrarijs cōſtituti locis)longa ſe inuicem radiorū poteſtate pulſauerint,iſta ingenitura cōiunctio homines (vt docet Firmicus Maternus) ex altis deiectos locis miſera laceratione præcipitat,aut ex altis deiectis locis/graue neſcientibus periculum ſemper affertur.

Cōniuemus ad fulgetras

Obit⁹ Fulci.

Biothanat⁹

DAec ſunt quæ ſuper terræmotu(quē græci σεισμαν vocāt)exiſtimaui ſummatim magis libāda eſſe in hoc libello/q̄; late explicanda,quæ tu Antiſtes clariſſime qualiacūq; ſunt,boni conſulas q̄ſo. Cæterū quū cætera dira infortunia quæ ptæſagat ſignificatq; terræmot⁹,ſit maxime formidanda peſtilētia,q̄ plærū ex ipſo terrę motu gignitur,nō erit abſonū pauca quædā annotare ad hanc alterā luem ptinentia,quæ neq; inuulgata ſunt/neq; protrita, neq; aurib⁹ animiſq; ſtudioſorū iniucunda(vt opinor)futura. Tu modo Antiſtes optime,qua animi alacritate priora perlegiſti,eadem quæſo perlegas poſteriora.

Peſtilentia

DEſtilentia quā & peſtilitatē dicūt,quæ græco vocabulo λοιμος appellat,quæ nō ſolum ciuitates exhaurit aſſiduis funerib⁹,verūetiā totas nationes,internociuo genere morbi populat ac vaſtat. Vñ fiat/variæ cauſæ produnt. Nāq; alij ex ira dei,alij ex intēperie cœli,quidā ex aere corrupto,alij ex aquis vitiatis,nōnulli ex noxio terrę halitu peſtilentiā exoriri autumāt. Religio ſicut terræmotū,& alia id gen⁹ mala mortalib⁹ irrogata aſſignat irato numini,ita & peſtilētiā credit eſſe tælū dei,quo ſontes inſonteſq; feriant. In libro Regum.ij.euidēs eſt exemplum

qñ ſcilicet ab ipſo opifice rerū ac vltramūdano deo data eſt optio triū rerū exitialiū Dauidi regi,eidēq; maximo antiſtiti & vati,ſeptē ne annis famem mallet/caritatēq; rei annonarię,an trib⁹ menſib⁹ hoſtilē ꝓſecutionē,an trib⁹ dieb⁹ peſtilētiā. Qui re ſecū perpēſa examinataq;,elegit ex trib⁹ malis peſtilentiā/dicēs. Meli⁹ eſt vt incidā in man⁹ dñi q̄ in man⁹ hoīm. Itaq; immiſit de⁹ peſtilētiā triduanā in populū iſraeliticū,atq; in terrā iudæā late graſſantē,qua circiter. lxx. milia virorū triduo perierūt,mox ꝓpiciato deo,vis morbi reſtincta eſt/lueſq; cohibita. Excellētes philoſophi & illuſtres medici ex inclemētia cœli/hoc eſt ex nimietate caloris aut frigoris,vel humoris vel ſiccitatis/peſtilētiā gigni tradiderūt. Sicut em̄ bona valitudo corporū eſt quædam mediocritas,vt Ariſtoteles/Galenuſq; notificāt,ita oīs exuberātia ac exceſſus cauſa morborū eſt. Cōſimiliter vbi moderatio eſt in calore & frigore in humore & ſiccitate,vegetātur cūcta ſalubritate & cōualeſcūt. Vbi vero quippiā horū immodice ac intēperāter exceſſit,tūc vis morborū gliſcit,tūc peſtilētia fœda hoī,fœda pecori bacchat & ſæuit. Hinc eſt q̄ accolētes loca paluſtria & humecta/huic malo ſunt obnoxij. Itidē in locis æſtuoſis degentes/ſubinde peſtilētiā patiunt,cui⁹ etiā calore relegari ſolēt in regionib⁹ prægelidis habitātes. Sed imprimis calores imodici fūt exitiales atq; peſtiferi. Vñ ſolem cognominatū Apollinē putant, ωσ απολλυντα ξωα, tanq; exanimantē aialia,etem̄ exanimat ac perimit animātes,quū peſtē intēperiē caloris imittit. Hinc eſt q̄ cū arcu & ſagittis fingit ſimulacrū Apollinis,vt ꝑ ſagittas radij intelligant,quorū iactu nōnunq; peſtiferū vir⁹ imittit,hinc doctrinarū fons Homerus,nō min⁹ ſcite q̄ decēter inducit Apollinē tela in exercitū græcorū emittentē,quib⁹ nō ſolū hoīes/ſed etiā pecora periere. Vñ Lindij Apollinē colunt cognomine λοιμιον,hoc eſt peſtilentem. Vt ergo vapor ſolis immodicus perimit animātes & immittit peſtilentiā,ita ecōtrario tēperatus eiuſdē calor morborū omniū fuga eſt,& ſoſpitatem animātibus creditur præbere temperie. Vnde Atheniēſes Apollinē Alexicacon appellāt,hoc eſt mala repellentē,quo cognomēto Hercules quoq; a græcis nominatur,quaſi malorū depulſor. Quibuſdā placet aquas vitiatas & fœtore corruptas,violare ſalubritatē & parere peſtilentiā. Nam & aquarū mutationem grauem eſſe docet maximus peripaticæ ſectæ conditor Ariſtoteles,& Lucretius teſtatur illo carmine,

Nonne vides etiam cœli nouitate & aquarum
Temptari procul a patria quicunq; domoq;.

Adueniūt(ſcribit Victruui⁹)humores graues & peſtilētes erūpere ex pōtinis paludib⁹,&(vt auctor eſt Seneca)aquæ noxię & peſtilētes in penetralibus terræ latēt,nihil niſi peſtiferū in ſe & corporib⁹ noſtris cōtrariū habētes quæ poſt motū terrarū erumpētes hauriētes necāt/ac peſtilentiā gignūt.

QVi ex euaporatione terræ noxia peſtilentiā fieri opinātur,hi noluere ex terra ſemper vapores emanare,de quib⁹ plura meteorologi progenerari prodiderūt. Et profecto palā eſt terram nō eſſe ſine ſpiritu,quem infundit ſatis arbuſtiſq; nō aliunde viuētibus, quo tot genera herbarū fruticumq; fouētur. Ne multa Platonici autumant omnes ſtellas/oīme cœlum,ipſumq; ſolem trahere alimētum ex terreno/& inter ſe partiri,ſoloq; halitu terræ ſuſtentari,hoc enim illis alimentum,hæc eſca,hic paſtus eſt,cuius Ariſtotelici reclament,non poſſet autem terra nutrire tam multa/tam magna,niſi multum illi ſpiritus alētis ſuppeteret,qui halitu

Optio facta Dauidi

Sanitas Mediocritas

Apollo vñ

Alexicacos

Aquæ cauſa peſtilētiæ

Peſtilētia ex exalatiōe

Sydera paſci terreno

iugiter exhalans vbi noxius est & pestifer, pestilentiæ causa est. Et ab Auicenna dictū est eleuari e terra aeris corruptionē. Silius quoq; in descriptiōe pestilētiæ, sensit vaporem terræ esse pestiferū illo versu.

Atq; ater picea vapor expirabat in æthra.

Amianus Marcellinus in hanc sententiā sic refert, Aliqui terrarū halitu densiore crassatū aera opinant necare nōnullos. Mathematici pestilētiā vt plærag; alia/vi syderū prouenire arbitrant, maximeq; caniculæ, quorū sentētiæ testimonia poetica subscribunt.

Pestilētia ex aere corrupto.

QAeterq; & plurimis & maximis auctorib⁹ placet pestilentiā fieri ex aere corrupto, q late vitiū suū spargit, q hauriētes necat animātes, nā quū reciprocatio spūs sit in nobis perpetua & cōtinēs, quū sine respiratione evestigio extinguamur, vbi aer quem perenniter ducimus/pestifer est ac pollutus, necesse est vt intra vitalia pestilēs quoq; halit⁹ inclusus, morbos afferat & mortē. Hinc exijt illud Maronianū,

Corrupto cœli tractu miseranda; venit
Arboribusq; satisq; lues & pestifer annus.

Cōsimiliter Lucretius inquit,

Et quum spirantes mixtas hinc ducimus auras
Illa quoq; in corpus pariter sorbere necesse est
Consimili ratione venit bubus quoq; sæpe
Pestilitas etiam pigris halatibus ægris.

Quinetiā Ouidius explicās pestilentiā poeticam sic ait, Ora patent auræq; graues captātur hiatu. Ob hoc Auicēna longe clarissimus medicorū censet in pestilētia respirationē anhelationēq; esse minuendā, adhibendaq; odorāmēta/quib⁹ corruptior aer mitigeť. Pestilentiā etiā excitāt venti, quos aera fluentē esse diffiniūt, quos & terræmotus causam esse docuimus, maxime autē Austri eā efficiūt, de qua Cor. Celsus sic refert. Quū vero hæc in omni pestilentia facienda sint, tum in ea maxime quā Austri excitarint. Ouidius quoq; ostendit pestilentiam flatu Austrino exortam esse/quū ait,

Venti causa pestilētiæ.

Lætiferis calidi spirarunt æstubus austri.

Auster pestifer.

Aristoteles in problematis tradit, flante austro corpa effici humida & calida, & ob id putredini maxime obnoxia, qui & fœdi halitus causa est. Eodē auctore hoīes grauiores inualidioresq; fiūt spirātibus austris / minusq; cibi appetentes, quū e diuerso flantibus aquilonibus animātes magis esuriant, sintq; corporis robustioris. Idē ostēdit quēadmodū austri humorē calidū in corporib⁹ progignūt, quippe q natūra calidi sint & humidi, vnde & febres exorianť. Hippocrates quoq; in Aphorismis, q̄d & a Celso trāslatū est. Auster (inqt) aures hebetat, sensus tardat, capitis dolores mouet, aluū soluit, totū corp⁹ efficit hebes/humidū/languidū. Quinetiā Victruui⁹ (vt id quoq; nō ptereamus) narrat in Lesbo opidū Mythilenē fuisse, magnificēter quidē ædificatū et elegāter. sed positū nō prudēter, in q̄ ciuitate quū flabat auster/hoīes ægrotabāt, quū chorus q est vent⁹ occidētalis/alio noīe dictus Argestes tussiebant, quū vero spirabat Aquilo, restituebanť in salubritatē. Quid nōne & Plini⁹ noster/cui nihil omissum est breuiť, vt oīa austri naturā vno verbo significauit? sic scribēs in secūdo. Saluberrim⁹ oīm ventorū Aquilo, noxius Auster, minus esurire eo spirāte credunť animātes. Idem volumine duodeuigesimo auctor est flante austro, quē græci nothū vocant, qui humidus & æstuosus est Italiæ fœtus fœmineos concipi, sicut ediuerso mares in vtero fieri, si flante aquilone ineant coeātq; animalia. Dixit quidē Plinius,

Hipocrates decenter.

Victruuius Mythilenæ

Chorus Argestes

Plinius Aquilo saluberrimus.

quid eueniret flãtibus auſtris & aqlonibus,cur aũt id fieret, explanare ſu/
perſedit. Sed cauſa eſt euidẽs,& ab Alberto magno latiſſime explicata,q̃ Auſter gi/
libro de Hiſtoria aĩaliũ decimooctauo refert,ideo flãte auſtro/fœminas cõ gnat fœmi/
cipi,quia corpa humeſcũt, calorq̃ ingenitus calore auſtrino reſoluit,atq̃ nas.
vires fiũt imbecillę,ecõtrario ſpirãtibus aqlonibus,merito maſculi fœtus Aquilo
in vtero formãtur,ꝓpterea q̃ cũ ſint frigidi/obturãt atq̃ obſtipãt meatus mares
corporeos,ipſumq̃ corpus ſpiſſãt,expeditiuſq̃ reddũt atq̃ robuſtius,quo
incluſus intrinſecus calor naturalis vegetaĩ,fitq̃ genitura meli° digeſta/ma/
giſq̃ idonea ad mariũ generationẽ. Quinetiã ꝓditũ eſt a philoſophis,oriẽ/
te canicula auſtros moueri,q̃bus aer ſolet cõmutari. Nemo aũt dubitat ſy/ Sirius in ore
dus caniculæ(in cuius ore eſt Sirius)eſſe peſtiferũ & noxiũ,ac ꝓſæpe facere caniculæ
peſtilentiã,quod & nobilis poeta inſinuat illis verſibus,

Ille ſitim morboſq̃ ferẽs mortalibus ægris
Naſcit,& leuo cõtriſtat lumine cœlũ.

¶Inter cauſas peſtilẽtię eſt cœnoſa colluuies,fœtorũq̃ graueolẽtia,q̃d
& iuriſcõſulti euidẽter oſtendũt ſic ſcribẽtes,nã & cœlũ peſtilẽs & ruinas
minãtur immũdiciæ cloacarũ,& is riuus ex eodẽ corrupti aeris fonte ꝓflu/
it ac manat,quũ odorẽ nõ aliud q̃ infectũ aera eſſe ꝓdiderint ſcriptores lõ
ge clariſſimi. Huius aũt luis tã duræ,tãq̃ exitialis,ſpecies plures memorã/ Pãdemos
tur. Prima pãdemos appellat. Secũda epidemos. Tertia loemodes,vola/ Epidemos
tica velocitate lœtabilis. Duæ ſunt dictiões græcorũ,λοιμοσ καιλιμοσ Loemodes
Inter quas maxima eſt cognatio atq̃ affinitas ipſa inſcriptiõe ac ꝓnũcia/
tione,maximũ vero diſſidiũ in ipſo ſignificatu, ſiquidẽ λιμοσ ſignificat
famẽ,λοιμοσ vero peſtilentiã,hinc olim altercatio nata apud Athenięn/
ſes ſup illo oraculi verſu,

Doria cũ veniet limo comitãte duellũ.

¶Ambigebaĩ em̃ vtrũ λοιμοσ,id eſt peſtilentia ſignificaret, an λι/ λοῖμοσ
μοσ,id eſt fames. Q̃ quũ ſit Amphibolon atq̃ flexiloquũ,id hoies ora/ λιμοσ
culũ retorq̃bãt ad eũ intellectũ,qui videbaĩ ad ea quæ ad præſens patiebã
tur eſſe accõmodatus. Illud vtiq̃ dignũ annotatu,nec indignũ cognitu eſt,
plæroſq̃ ex cohorte illa poetarũ nobiliũ,ꝓpe peculiariter operã impẽdiſſe Peſtilẽtia po
peſtilẽtiæ numeris poeticis ꝓſcribendæ,tanq̃ id argumentũ ſit ſpectatiſſi/ etarũ mate/
mũ,in quo ingenij vires,neruoſq̃ ꝓ virili quiſq̃ parte cõtenderẽt. Nãq̃ vt ria
præteream Homerum & græcos poetas,nõne Mãtuanus Homerus in ter
tio Georgicon,peſtilentiam elegantiſſime explicauit? quem emulatus opi/
nor Silius Italicus,& ipſe in.xiij. Punicorũ eã peſtilentiam graphice ꝓſcri/
ꝓſit, quæ tempe ſecũdi Punici belli, in Sicilia Rhomanos ac Pœnos iuxta Peſtilẽtia a
vexauit afflixitq̃,quam ait a canibus cœpiſſe,ſic em̃ inquit, Vim primi ſen/ canibus
ſere canes.

QVa in re ſecutus eſt Homerũ ſic ſcribentẽ in prima Iliados Rha/
ꝓſodia,ουρηασ μεν πρωτον επωχετο καὶ κυνασ αργουσ.
Pelignus q̃ vates in.vij. Methamorphoſeos,luẽ id genus peſti/
ferã enarrat tã copioſe,tã decẽter,tã ingenioſe,ac tãta cũ ꝓſpicui/
tate,vt ante oc̃los poſita,totius rei imago quodãmodo eſſe videaĩ. Necnõ
Lucanus in.v. Pharſaliæ ſummatim,ac velut aliud agẽs, atq̃ in trãſcurſu
id genus deſcriptiõis libauit. Quinetiã Seneca in Tragedia quę inſcribitur
Oedipus,fueneſtã peſtẽ ſtilo Tragico exequutus eſt,in qua terrã tumulis
defuiſſe miſerãter dolẽterq̃ cõqueritur. Verum inter omnes Lucretius di/

uino quodã furore inſtinctus, libros de rerꝝ natura luculẽtos, hac veluti ap/
Peſtilẽtia a pẽdice cõcluſit, nouiſſimaqꝫ expolitiõe ꝓpoliuit. Peſtilentiã rẽ haud dũbie
Lucretio de/ infœlicẽ ſũma cũ fœlicitate deſcribẽs, quę in bello Peloponeſiaco Atheniẽ/
ſcripta ſiũ ciuitatẽ intẽneciuo genere morbi eſt depopulata, vaſtauitqꝫ vias, exhau/
ſit ciuibus vrbẽ, ſupꝫ q̃ nõ pigebit ꝑlixius paulo ſermocinari, qñ maxie ea
Thucydides illuſtrata eſt prẽconio Thucydidis, quẽ grẽcũ Saluſtiũ nõ inſcite nũcupaue/
ris. Siqdẽ is miſerãter/lachrymoſe/inſignit, multaqꝫ cũ luce eã vaſtitatẽ ex/
plicauit, cui vtiqꝫ credi cõuenit, vtpote hiſtorica fide rẽ ſui tẽporis ſcribẽti,
quã & ipſe paſſus eſt & alios patiẽtes intuitus.

Deſcriptio peſtilẽtiæ. ¶Cum obſeruatũ ſit fere peſtilentiã, vt auctor eſt Plinius, a meridi/
anis partibus ꝑſerpere, peſtilitas hæc & tãti mali clades veniẽs
ex Aethiopia, mox in Aegyptũ Lybiãqꝫ deſcẽdẽs, tandẽ Atticã
inuaſit incubuitqꝫ ciuitati Athenarꝝ tã atrociter, tãtaqꝫ violẽtia,
vt nuſcꝫ tantũ funerꝝ exiſteret, & quũ ſæpe vehemẽtior vis morbi ꝙ medi/
cina ſit, tũc medici oẽs atqꝫ medicamẽta morbo graſſanti ſuccubuere, ĩmo
plurimi medẽtiũ extinguebant. Curatio oĩs irrita, vota in caſſum ſuſcepta,
præcatiões auribus deorꝝ ſurdis fruſtra ingerebant, primũ omniũ capita
feruore incẽſa, oculi ſuffuſſione rubẽtes, lingua manãs cruore, aures tinni/
tu ſonorę, vultus toruus, crebra ſuſpiria, eaqꝫ cũ graueolẽtia, dein ſternuta/
tio raucitaſqꝫ exiſtebat, mox tuſſis anhela, pectus atqꝫ præcordia cõcutie/
bat, ſingultus quoqꝫ in quibuſdã cito deſinẽs, quoſdã diutius torquẽs. Cor/
pora forinſecꝰ ſubrubicũda vlceribuſqꝫ fœdata, intrinſecus ita exæſtuabãt
vt velamẽta vel tenuiſſima tolerare nõ poſſent. Iucũdiſſimũ erat in gelidã
aquã ſeipſos nudatos ĩmergere, multi æſtus impatiẽtes & ſitis, in puteos
ſemet præcipitarũt. Ad hæc accedebãt inquietæ cõtinẽteſqꝫ vigiliæ, quas
Vigiliæ inter morbos no/ Plinius noſter inter mala vniuerſi corpis plæriſqꝫ eſſe autumat. Dira hæc
xiæ. lues intra ſeptimũ aut nonũ diẽ hoĩs cõficiebat, & ardorẽ vrẽte vitalia po/
pulabatur, nõnulli in genitalibus extremiſqꝫ mãibus ac pedibus vim mor/
bi ꝑrumpentẽ cruciabiliter ſenſere. Itaqꝫ quidã cũ mẽbrorꝝ illorꝝ iactura
atqꝫ diſpẽdio liberati, quidã etiã amiſſis oculis in miſero cæcitatis exitio ſu/
Obliuio ex perſtites vixere. Illud cũ primis mirabile nec minus miſerabile, ꝙ quoſdã
vi peſtilẽtiæ. ex huiuſce teterrimæ peſtilitatis violẽtia cœpit obliuio rerꝝ omniũ, quidã
obliti ſunt neceſſarios, & quod acerbius eſt ſeipſos. Quod & Lucretius q
ex racemis Thucydidis vindemiã ſibi facit, & ex illius filis telã texit, elegã/
tiſſime demõſtrat cũ ait,

Atqꝫ etiã quoſdã cœpere obliuia rerꝝ
Cũctarꝝ, neqꝫ ſe poſſent cognoſcere vt ipſi.

Galenus ¶Galenus quoqꝫ in libro de accidẽti & morbo huiuſce rei cõmeminit
his verbis, Thucydides in quodã libro dixit, ꝙ ex peſtilentia pluribus ho/
minibus tãta fuit obliuio vt cognatos & amicos traderẽt obliuioni/& eti/
am ſemetipſos. Itẽ in libro de virtutibus naturalibus ſic refert, Thucydi/
des ait multis cõtigiſſe in peſtilẽtia, vt cognatos & ſemetipſos ignorarẽt.
Huic tã diro malo nullũ ſalutare remediũ excogitari poterat, nam quod
vni ꝑfuerat, hoc alĩs erat exitio. Cateruatim dabãt ſtragem, paſſimqꝫ ia/
cebant cadauera hominũ inſepulta, quæ neqꝫ alites, neqꝫ beſtiæ attingerẽt,
quod ſiquæ guſtarent ilico periere. Illud imprimis magnopere miſerandũ
atqꝫ erumnabile in tanta clade conſpectum eſt, ꝙ vbi quiſqꝫ ſe morbo vide/
bat implicitum, conſcius languoris ꝑtinus ſalutẽ deſperabat, & deficiẽs

animo/mœſto cum corde iacebat. Peſtilentia auctore Ariſtotele, præcipue Cõtagio
inuadit eos qui ad peſtilentes homines ꝓpius acceſſerint, & cõtagia mor/ peſtilẽtiæ
bi ſerpunt in ꝓximos, & maxime in eos qui Cacexia, id eſt malo corpo/ Cacexia
ris habitu ſint, fit autẽ vt morbo cubantis veluti quodã fomite ſuccedente,
vitium illud ꝓtinus exultet, atq; in alijs concipiatur. Hinc Liuius libro hi/ Liuius
ſto. xxv. ſic enarrat, Poſtea curatio ipſa & cõtactus ægroꝝ vulgabat mor/
bos, vt aut neglecti deſertiq; qui incidiſſent morerẽtur, aut aſſidẽtes curã/
teſq; eadẽ vis morbi repletos ſecũ traheret, quotidianaq; funera & mors
ob omniũ oculos eſſet, & vndiq; dies nocteſq; ploratus audirent. Hocidẽ
in hoc diro exitio græcoꝝ cõtigit, vt inſtar ouiũ morerent cõtagiõe inuul/
gati morbi ac tabe, dum officij cauſa aſſident miniſtrantq; languentibus, Peſtilẽtia
atq; ita ex alijs alios auidi cõtagia morbi occupare nõ ceſſabant, & fune/ vt cãcer
ra funeribus cumulabantur, ſicut eñ gangrena ſerpit in corpore/ ita cõta/
gio ſerpebat in ciuitate. Obſeruatũ eſt illud, neminẽ fere bis eodem genere
morbi correptum, itaq; qui ſemel impliciti peſtilitate euaſerãt, hi præcipue
laborãtes morientesq; miſerabãtur de ſeipſis ſecuri/ ſpem in poſterum præ/
ſumẽtes, tanq; alio morbo abſumi nõ poſſent, vnde beati ob hoc ipſum cẽ/
ſebantur. Templa deoꝝ cadaueribus referta viſebantur/multi alioꝝ ro/
gos occupãtes, in his mortuos ſuos collocabant, quod luculẽter exequitur
Lucretius ſcribẽs.

Omnia denicq; ſancta deoꝝ delubra replerat
Corpibus mors exanimis cõſtrataq; paſſim
Cũcta cadaueribus cœleſtũ tẽpla manebãt.
Nãq; ſuos cõſanguineos aliena rogoꝝ
Inſup extructa ingẽti clamore locabãt.

¶ Hæc eſt illa peſtilẽtia, quæ Atheniẽſium vires vehemẽter attriuit, flo/ Pericli impu
re iuuẽtutis extincto, ꝓpter quam populus Athenienſis factus eſt infeſtior tata peſtilen/
Pericli Olympio, eiq; tam atrocẽ calamitatẽ referebat acceptã, tanq; ipſe tia.
auctor fuiſſet vt ex agris oẽs in vrbem cõmigrarent, & ex ea colluuione Mutatio vi
vis morbi cõflata gliſcere cœpiſſet, quod & Plutarchus mẽorat. Inter cau/ ctus cauſa
ſas peſtilẽtiæ, vt cõperior, eſt penuria alimẽtoꝝ victuſq; mutatio, quod Cæ peſtilẽtiæ.
ſar dictator in cõmẽtarijs belli ciuilis euidẽter oſtẽdit, ſcribẽs Maſſilienſes
graui peſtilẽtia cõflictatos eſſe ex victus mutatiõe, nã quũ abducti eſſent
ad ſummã rei annonariæ inopiã, in diutina obſidione alebãtur oẽs panico
veteri ordeoq; corrupto.

QAeteꝝ quũ pleriq; morbi ſint irremediabiles citraq; curationẽ, in Peſtilẽtia ir/
hoc potiſſimũ genere peſtilẽtia eſſe creditur, tanq; id ſit malũ nõ ſo/ remediabi/
lũ mortiferꝝ/ſed etiã inſanabile, attamẽ quũ in multis ſpõte ceſſa/ lis.
uerit/plureſq; cõualeſcãt, e re litteraria futuꝝ cẽſem⁹, tradere quę/
dã remedia, quæ ſi nõ oĩbus/mltis tñ poſſint eſſe ſalutaria/euincẽdi eñ ſũt,
cuis peſtiferi morbi/& exq̃ſitis remedijs ꝓpulſandi. Quãq; differãt ꝓna/ Nõ eadẽ oĩ/
tura locoꝝ genera medicinæ, & aliud ſit opus in Italia, aliud in Gallia, ali/ bus opitula/
ud in Germania. Q̃uis nõ eadẽ auxilia, oĩbus etiã in ſiñibus morbis queãt ri.
opitulari, ꝓpter multiformes variaſq; corpoꝝ cõſtitutiões, quas græci Craſis cõ/
κρασεις, noſtri recẽtiores medici cõplexiões appellãt. plexio

QVm primis ſalutare remediũ eſt, fru/ Remedia Aſclepia/
galitas atq; ſobrietas. Plinius noſter inquit vtiliſſimã eſſe in cibis des.
tẽperãtiã, & Aſclepiades inter cõmunia morboꝝ auxilia, ꝓfeſſus

Abſtinẽtia Frugalitas. Horatius.

eſt ſaluberrimã eſſe abſtinentiã, modo cibi alias vini, hæc aũt remedia ſibi qſq; præſtare põt. Horatius quoq; ſalutiferi medici vice ita ꝓclamat.

Aſpice nũc tenuis victus quæ quãtaq; ſecũ
Afferat, in primis valeas bene.

Socrates

¶Ferũt Socratẽ tãta fuiſſe tẽperãtia, vt omnia fere vitæ ſuæ tẽpora valitudine inoffenſa vixerit, qui in illius etiam peſtilẽtiæ vaſtitate, quã paulo ante memorauimus, dicit tãta moderatione vſus eſſe, vt ab omni voluptatũ labe cauerit, & ſalubritatẽ corpis retinuerit, vt nequaq; fuerit cõmuni omniũ cladi obnoxius. Idẽ vtpote frugalitatis ſeruãtiſſimus dicere ſolebat ſe bibere atq; eſſe vt viueret, quũ multi gulones & ventriculæ, quoꝝ deus venter eſt, ꝓpterea viuere velint vt edant & bibãt. Marcus Tullius nõ minus ſalubriter q̃ decenter, ꝓdidit valitudinẽ bonã cõſeruari cõtinentia in omni victu, & prætermittendis voluptatibus. Et ꝓfecto nihil ſic ſenſuũ acumẽ operat, vt auctor eſt Ioãnes Chryſoſtomus, nihil ſic ægritudinẽ fugat/ſicut moderata refectio, ſufficientia quippe cũ nutrimẽto, & ſoſpitatẽ ſimul ꝓcreat & voluptatẽ, abũdantia vero morbũ facit, & moleſtias ingerit, & ægritudinẽ generat. Nõne & diuus Hieronymus nõ minus corporũ q̃ animoꝝ medicus ſalutaris, ꝓdidit morbos ſaturitate nimia cõcitari: cuius præconiũ illud in Decretis canonicis eſt inuulgatũ, quo dietæ, id eſt tenuiſſimi victus & ſimplicis mẽſæ celebratur vtilitas, ſic em̃ inquit. Legimus quoſdã morbo articulari & Podagræ humoribus laborãtes, ꝓſcriptione bonoꝝ, ad ſimplicẽ mẽſam & paupes cibos redactos cõualuiſſe. Plinius quoq; tradit ſimplicẽ cibũ eſſe homini vtiliſſimũ. Veꝝ nõ ſatis eſt viuere frugaliter & parce, niſi etiã alimẽtis innocẽtioribus veſcamur abſtineamuſq; a cacochymis & cacochylis, ſic em̃ cibaria mali ſucci noxiñq; humoris appellitãt, a quibus pręcipue abſtinendũ eſſe præcipit maximus medicoꝝ Galenus, qui libro περιτροφωꝝ, id eſt de alimẽtis ſecũdo, cõſulens rẽperandũ a cibariñs cacochymis docet, quẽadmodũ ea & ſi ſint cõcoctionis facilioris, tamẽ in venis noxium humorem collectũ diu deliteſcere, qui mox putreſcens erũpat in peſſima genera morboꝝ. Idem in libro de febribus aſſerit in homĩbus ſanis cauſas ægritudinũ eſſe (vt vtar vocabulo medicorum) dietas malas. Idẽ in libro de Cacochymia, tradit peſtilentiã ꝓueniſſe ex alimentis cacochymis, ex quibus impetigo & ſcabies & lepra in corpibus ꝓſerpere cœperint, necnõ vlcera multipharia foras ꝓrupint, vt ſunt Herpetę/carbũculi/phagedene/ phlegmones, aliaq; id genus pernicioſa. Vulgo quoq; dici ſolet & credi, ex rei frumẽtariæ caritate peſtilentiã gigni, ꝓpterea q̃ ægeſtoſi & inopes alimentis frugũ abſumptis, cibaria quædã obſcena paſtu, atq; cacochyma, fame vrgente comeſſe cogũtur herbiſq; & radicibus veſci, ex quibus noxiñ humores maliq; ſucci viſceribus impliciti, mox in oĩe genus morboꝝ erumpũt, & imprimis peſtilentiã gignũt. Remediũ quoq; peſtilẽtiæ eſt ſoli cœliq; mutatio, quod nõ ſolũ hominibus/ſed & brutis animantibus mire auxiliatur. Columella ſcribẽs de pecoris ouili medicina. Mutandæ inquit ſunt regiões, quod in oĩbus morbis ac peſtibus fieri debere cẽſemus. Idem inter remedia quæ peſtilẽtię adhibenda eſſe præſcribit, quũ primus monet mutandũ cœli ſtatũ, & in plures partes diſtributo grege, lõginquas regiones eſſe petẽdas, atq; ita ſegregãdos a ſanis morbidos, ne quis interueniat qui cõtagione cęteros labefaciat adeoq; efficax hoc remediũ exiſtimatur, vt nõ ſolũ corpibus ægrotis

Simplex victus ſaluberrimus.

Cacochymia.

Cacochylia

Ex cacochymis peſtilentia.

medeatur,ſed etiam animis languentibus ſuppetias præſtet ſalutares,hinc in Decretis canonicis ſcriptū eſt. Valet interdū cōuerſus pro ſalute animæ mutatio loci. Plærūq; em̄ dum mutaſ locus/mutaſ mētis affectus.

Religio medela.

INter remedia peſtilētiæ mitigatoria eſt & religio,nam ſicut(vt ante docuimus)ex ira dei peſtilēs lues oriri creditur,ita credibile eſt eandem propiciato deo poſſe ſedari. Hoc remedio vſi ſunt veteres rhomani,qui ingēti olim exorta peſtilētia/vrente vrbē atq; agros Eſculapium ab Epidauro Rhomā accerſiendum euocandumq; cenſuerūt, quaſi medicum deum,qui ſub ſpecie anguis in vrbem commigrans,aduentu ſuo tempeſtatem illam qua Rhomana ciuitas triennio cōtinenti vexata fuerat/ e veſtigio diſpulit,& vt inquit Ouidius,finem luctib⁹ impoſuit,venitq; ſalutifer vrbi. Idem cum ſæpe graui peſtilentia conflictaret,nec vis morbifici vllis humanis præſidijs leuaretur,cōuertebātur ad opem diuinā/atq; cœleſtis illa placamina/inter quæ ludi maxime ſcænici inſtituti dicuntur. Et profecto primigenij illi/priſciq; Rhomani,religione atq; vna deorum cultura,omnes gentes nationeſq; ſuperarūt.

Medicina Hipocratis.

¶ Hippocrates ille Archiatros,& (vt veri⁹ dixerim)medicorū deus,peſtilētiā ex Illyrico Peoniaq; ad græcos venientē, hoc remedio cohibuit/atq; hac curatione ſedauit,nam iuſſit per totam ciuitatē accendi ignes floribus, coronamentiſq; odoratiſſimis fragrantes,vnguentiſq; ſuaueolentiā ſpirantibus perfuſos,vt ita purior ſincerior ſalubrior aer a ſpirantibus fuſim ſubduceretur,huiuſce rei meminit Galenus in libro de Theriace,vbi id quoq; cōmemorat,q; aer peſtifer ex reſpiratiōe hauſtus eſt hominibus velut deleterion/hoc eſt venenū. Plinius quoq; trāſeunter hoc attigit,cuius verba ex libro.xxxvi. ſubſcribere operæpreciū eſt,quæ ſunt hæc. Eſt & ipſis ignibus medica vis/peſtilentia quæ ſolis obſcuratiōe cōtrahitur,ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum eſt. Empedocles & Hipocrates id demōſtrauere diuerſis locis. Idem Hipocrates altera quoq; medela ſeruauit multa oppida græcorum a peſtilētia,obſtructis videlicet peſtilentib⁹ feneſtris,ianuiſq; permutatis,atq; immiſſo nouis feneſtris Aquilone, quem ventorum ſaluberrimum autumāt. Græcia ob hoc meritum tam pręcellens,honores illos Hipocriti decreuit/quos Herculi olim decreuerat. Cōſimiliter Varro Terētius ille vndecunq; doctiſſimus,cum in inſula Corcyra omnes fere domus repletę eſſent ægrotis ac funeribus,obſtruens feneſtras hoſtiaq; permutās, necnon ſaluberrimum ventum Aquilonem nouis patefactis feneſtris immittens,familiā & comites ſuos oēs reduxit incolumes.

M. Varró

Laureta contra peſtilētiā Exēplū Cōmodi Imperatoris.

SCribit idem Plinius,folia lauri olfactu valere aduerſus peſtilētiæ contagia,tantoq; magis ſi & vrantur,hinc olim Cōmodus Romanus imperator,cum ingens peſtilētia Italiam vniuerſam occupaſſet,inq; Rhomanā ciuitatem vehementius graſſaretur. Laurentum ſeceſſiſſe traditur,vbi laureta permulta viſebātur. Siquidem periti medicinæ aſſerebant plurimum pollere odores laurorum/amœnamq; opacitatem ad propulſandam aeris contagionē. Plæriq; vnguentis ſuauiſſimis nares opplebant, ſuffituq; & odoramentis aſſidue vtebantur, tanq; meatus ſenſuum illis odoribus occupati,neq; admittāt aera tabificum,& ſi admiſerint,tamen eum maiore quaſi vi longe exuperari,vt auctor eſt Herodianus,huius peſtilentiæ mentio quoq; fit a Galeno in libris de poteſtate ſimplicium pharmacorum.

Apollonio ille Tyaneus Pithagorico philosophus, quo nihil sanctius, nihil venerabilius, nihil diuinius æthnici crediderũt, quem mortuis vitam reddidisse, & multa perinde ac deũ miracula feciſſe cõmemorant. Epheſios olim peſtilentia laborantes, hoc veluti alexipharmaco liberauit, vocatis in concionem Epheſijs, oſtendit in theatro ſenem quendã ſentũ/ſqualentemq; ac pãnoſum, iubẽs vt lapidibus illum inſectarẽtur, qui lapidare hominẽ tanto ſtudio cœperũt, vt breui tempuſculo/magno lapidũ cumulo coopertus obrueret. Paulo mox lapides auferri iuſſit, vt quid interemiſſent/agnoſcerẽt, quo vt præceperat facto, ille quidem quẽ ſe ſaxis obruiſſe crediderãt/nuſq; cõparuit, canis autẽ ꝓ hoie cõſpectus eſt, vaſta atq; enormi magnitudine/ſpumam ab ore euomẽs. Et hæc fuit expiatio qua Epheſios Apollonius expiauit, luecq; tabifica liberauit. Creditũ eſt ſenẽ illum fuiſſe cacodæmonẽ peſtilentiæ cõciliatorẽ, vel potius ipſum monſtrum morbumq; portentoſum.

Canis ꝓ homine

Hercules ille luſtrator orbis/domitorq; ferarũ, cui ob admirationẽ virtutis/diuinos honores græci decreuerunt, olim Heleos a peſtilentia liberauit, obſtruens obturanſq; euaporationes, quæ e terra peſtifere emanabant, quem græcia Alexicacon cognomento colit, quaſi opitulatorẽ ac malorũ depulſorem.

Hercules alexicacos

Democritus Gelaſinus

Democritus Abderites ille Gelaſinus cognominatus, cui cuncta mortaliũ negocia ridenda eſſe videbãtur, municipes ſuos Abderitas quondam a peſtilentia liberaſſe fertur, ſcientiæ medicamẽto tanta eſt doctrinarũ vis/tantaq; occaſio. Cõſimiliter Empedoclẽ Agrigentinũ, qui ex cõcordia atq; diſcordia dicebat cuncta cõſtare, Selenũcios Siciliæ populus/peſtilẽtia periclitãtes, exorta ex propinqui fluminis fœtore ac graueolentia liberaſſe traduntq; aquas ſalubres in aquas illas fluuiales peſtilẽtes ĩmiſit/infuditq;, ex eaq; mixtura factum eſt vt aquæ vitioſæ dulceſcerẽt/fierentq; innocẽtiores, atq; ita ſedata peſtilentia, Selenuncij tanti bñficij memores, Empedocli perinde ac deo/diuinos honores decreuerũt, qui etiã demõſtrauit auxiliari peſtilẽtiæ, ignis quoq; ſuffitu, vt Pliniana auctoritate docuimus. Scribit diuus Auguſtinus (vt id quoq; attingam) olim locuſtarũ nubem ineſtimabilẽ in mare decidiſſe, quib⁹ mortuis redditiſq; litoribus/atq; hinc aere corrupto, tantã exortam eſſe peſtilentiam, vt in Africa in ſolo regno Maſiniſſe octingẽta milia hominũ perierint. Tunc Vticæ ex triginta milib⁹ virorum decẽ tm hoies ſuꝑſtites vixiſſe cõfirmat. Verũ anteq; diſertatio iſta claudatur, nefas eſſe arbitror prẽterire remedia illa aduerſus peſtilentiã cõmunia, quæ a medicis & in primis a Cor. Celſo cõmemorant. Oportet in peſtilentia peregrinari/geſtari/ambulare ſub Dio ante æſtum leuiter, vitare fatigationẽ/crudelitatẽ/frigus/calorẽ/libidinẽ. Item vitandũ eſt balneũ/ſudor/meridian⁹ ſomn⁹. Tunc cibus ſemel die cõmodius aſſumit, inſuper etiã modicus ne cruditatẽ moueat. Autumat Plinius ſenes minime ſentire peſtilẽtiã, quod quidẽ in vniuerſum (& vt dici ſolet placite) veridico oraculo dictum eſt, nõ vt adamuſſim reuocet, ſicut quũ dicim⁹, mille naues iſſe ad Troiam numerus millenarius nõ fuit exactus, & centũ virale eſſe iudiciũ Rhomæ, ſic ergo locutus eſt Plinius, vt intelligi vellet id q̃d crebro & magna ex parte fit, vt ſcilicet ſenes peſtilentia nõ infeſtent, ſunt em frigentis naturæ, quæ vix vi peſtiferi morbi calorifica atq; feruẽte regelari poteſt. Itidem Hipocrates dicit, id quod frequẽter fieri ſolet/nõ id q̃d rarẽter accidit. Interdũ em cõtingit vt ſenes quoq; peſtilẽtia moriãtur, ſicut cõtigit Furio Camillo, quem ſenio longo cõfectum, exactaq; ætate extinctum eſſe peſtilẽtia Liuius Plu/

Empidoclis remedia.

Senes nõ ſentire peſtilẽtiã

Camill⁹ mortu⁹ peſtilẽtia

tarchusq; notificāt. Galenus alexipharmacū aduersus pestilentiā efficacissi mū esse demonstrat theriacē, quæ instar purgatorij ignis emūdet eos & ex purget, qui pestilētiæ grassantis rēporibꝰ eius potione recreentur/muniāturq; aduersus violentiā pestilentē, vt nullatenꝰ ab hoc malo tēptari queāt. Palladius vinū salutare cōtra pestilentiā, quod & stomacho prosit/sic fieri iubet. In optimi musti metreta vna anteq; ferueat absinthij, tū si octo vncias linitheo inuolutas dimittis, exactis quadraginta diebus curabis auferre, id vinum lagenis condis & veteris.

Alexipharmacum Theriaca Vinū cōtra pestilentiā

OEterræmotu & pestilētia hactenus dictū sit, nunc quoniā Galeni frequēs mētio facta est, nō erit alienū quædā subtexere quæ ptim mēdosa/ptim obscura in libris nobilissimi medicorū deprehensa corrigere & illustrare fuit opæpreciū, vt ita studiosis tāti scriptoris/q̄ddā quasi adminiculū p̄beamꝰ, fitq; id velut huius opusculi auctariū. Hæc aūt tanq; apud aures eruditiores cōpendiaria interp̄tatione percurtā/nullo seruato ordine, nec em̄ historia scribit, sed indigeste & indistincte annotamēta ista condidimꝰ, ,put ex memoriæ prōptuario res quæq; deprompta sese offerebat. Et ne morosior sit ,plogus q; interp̄tatio, hinc ordiemur.

GAlenus in microtechni/bona inquit Crasis hoc est cōstitutio (vt dicere didicimꝰ a maioribꝰ nostris) siue cōplexio corpis, vt corrigimur a recētioribus medicis, ea est vt regula Polycleti. Itē in libro de optima cōpositiōe corporis. Corpus (inqt) bene cōpositū tale est/q̄lis Polycleti regula existere dicebat. Itē in primo cōplexionū laudat regulā Polycleti, q; uis in codicibꝰ impressis fere semp Polycletus legat. Quæri solet a studiosis quæ sit ista regula Polycleti, cuius tam frequēs mentio est apud Galenū, medici recētiores nō parū multi opinātur Polycletum fuisse medicū sæculo prisco/qui quandā quasi regulam legēq; posteritati tradiderit, ad quā perinde ac scopon & signū/dirigēda esset cōplexio corporū ac vita victusq; mortaliū. Tale aūt interpretamentū q; ridiculū sit & nugatorium, nemo non bene litteratus agnoscit. Sed omissa aliena insectatione quod semper a moribus meis et libellis longe abfuit, institutū propositum candido stilo exequamur. Polycletus Sycionius inter statuarios siue significes nobilitatus, fecit statuā æneā adeo absolutā consummatāq;, vt artifices id simulacrū canona appellauerint, lineamenta artis ex eo petentes/velut a lege quadā. Canon enim græce regula est, auctor Plinius in tricesimoquarto, hinc Galenus scitissime exigit dilaudatq; complexionē siue cōstitutionē corporis ex omni parte perfectam, sicuti erat canō Polycleti, quo veluti archetypo & lege ac regula vsi sunt posteri artifices statuas. Fuerat autē fidi interpretis officiū, nō aliter interpretari q; vt græco vocabulo canon Polycleti diceret, qui dum voluit pro canone Polycleti regulam dicere, discessit a regula & lege bene interpretādi. In libro de sequela animæ ad corpus, In abditis (inquit) imprudentes multi, tales Athenis pauci locum mendosum sic emenda. In abderitis imprudentes multi. Namq; Abderitæ populi sunt Thraciæ stolidi & insipientes sæculo prisco iudicati. Quod & Victruuius docet in septimo, a quo dictum est videamus ne apaturij scæna efficiat, & nos Alabandos aut Abderitas, hoc est fatuos & insipientes/ac mentis excordes, hinc epigrammatista significare volens brutum insensatū, & neuo stoliditatis infectum, decenter inquit, Abderitanæ pectora plæbis habes. Quinetiā, M. Tullius quadā ad Atticum epistola, taxans consiliū Pompeij

Crasis Cōstitutio Cōplexio

Regula Polycleti.

Signifer Polycletus

Canon Polycleti

Abderitæ populi

Alabandos

tanq̃ insipiens & incõsultum mordaciter dixit, id est ἀβδηριτικῶς, veluti
Abderiticon vox ꝓuerbialis sit Abderiticon ꝓ fatuo/improuido/& insulso, ad hæc quũ
Democritus Democritus ille magnus miranduscꝫ philosophus fuerit Abderites, geni/
tuscꝫ sit sapientissimus in patria insipientiũ, merito & scite dixit Satyrogra
phus in ipsius Democriti laudem, cuius prudẽtia monstrat summos posse
viros/& magna exẽpla daturos, Veruecũ in patria crassocꝫ sub aere nasci.
Nõ longe dissimile est illud Apuleianũ ex apologetico, apud socordissimos
Anacharsis Scythas. Anacharsis sapiens natus est, apud Athenienses catos Melecides
Melecides fatuus. In sexto de interioribus sic scriptũ est, Quendã vidi ministrũ regis,
fatuus cuius officiũ erat Tyrum capere quodam tempore morsum a Tyro fuisse,
Sapiẽs apud quẽ iussi Tyriacam accipere, qua sumpta factus est boni coloris, qui muta/
insipientes. tus fuerat in prasinũ. Item in tertio, animalia frigidiora per hyemem ꝓpter
aeris frigiditatẽ veluti mortua permanent, similiter Tyri qui si manibus ca/
ptantur minime mordent. Item in æstate videmus Tyros, & maxime in ca
Error publi/ nicularibus diebus rabiosos, hoc potissimũ in loco corrigẽdus est error pu/
cus de tyro blicus, opinãtium Tyrum dici specialiter animal quoddam/cuius morsus
sunt venenati, a quo Tyriaca quoꝫ nominata sit, quorũ opinionẽ refellere
interest vitæ/quũ ad rem medicam maxime pertineat. Tyrus (quatenus lo
θηρ quimur de animali) nec græca nec latina dictio est, verum θὴρ a græcis ge
θηρια nerali vocabulo fera, καὶ τὰ θηρία feræ nominant & bestiæ, quo noĩe (vt in
Suidas quit Suidas) ea maxime significãtur quæ morsu nocent, vt sunt viperæ/ser/
Phalangia pentes/& phalangia, sic em vocãt araneos quosdã, quorũ morsus est asper
rimus. Galenus ꝓpe peculiariter appellatiõe θηρων viperas videt accipe
re, vnde & Theriace nuncupata, sic enim & scribendũ & pronũciandũ est,
Theriace vñ necnõ θηρς hoc est theres/nõ tyri legẽdũ est. Est autẽ theriace nobile illud
ac celebratũ medicamẽtum, ex eo dicta q̃d medet morsib⁹. τῶν θηρων id
est viperarũ, auxiliaturcꝫ contra venena bestiarũ, vel q̃d ex carnib⁹ θηρων
id est viperarũ cõficitur. Quod & ipse Galenus euidenter ostendit/docens
theriaces cõpositionẽ. Siquidẽ a capite & a cauda θηρως. i. viperæ quater
ni digiti amputant̃/membrana detrahit̃, & vna cum adipe intestina quoꝫ
eximũtur, reliquũ corpus in aqua dulci cũ sale & anetho coquit̃, mox pane
Trochisci pa similaginis purgatissimæ cõmixto/in vmbra seruant̃, fiuntcꝫ Trochisci me/
stilli. dico effectu, ad plũra malorꝫ genera mirabiles. Estcꝫ hoc pharmacũ, vt gre
ci vocitãt ἀλεξιτήριον σωτήριον καὶ ἀλεξικακον, id est auxiliatorium
salutare atcꝫ malorũ discussorium. Plinius noster nec id omisit, quid em̃ illi
omissum est? Qui quos Galen⁹ cætericꝫ medici Trochiscos vocant/ipse pa/
stillos appellat, cui⁹ verba ex libro vndetrigesimo subiiciam, quę sunt hæc.
Fiunt & ex viperi pastilli qui theriaci vocant̃, quaternis digitis vtrimcꝫ am
putatis, exemptiscꝫ interaneis & liuore spinæ adhærẽte, reliquo corpore in
patina ex aqua & anetho discocto, spiniscꝫ exemptis/& addita similagine,
atcꝫ sic in vmbra siccatis pastillis quib⁹ ad multa medicamẽta vtunt̃. Idem
alibi tradit quosdam viperis vt in cibis, quas quattuor digitorum mensura
vtrimcꝫ præcisa, exemptiscꝫ intraneis/discoquunt in aqua aut oleo/sale &
Anthonius anetho. Anthonius musa Augusti cęsaris medicus, quum incidisset insana
musa. bilia vlcera viperas edendas dabat, miracꝫ celeritate persanabat. Quoniã
autem diximus a græcis/præcipuecꝫ a Galeno, pharmacon salutare crebro
Alexiterion nominari alexiterion, sic quoꝫ e diuerso ab eodem sæpissime dicitur Dele/
Deleterion terion, hoc est δηλέτηριον, q̃d perniciale est atcꝫ mortiferũ, quale græcis

quoq; vocibus (vt docet Iulius pollux) appellatur, ὀλεθριον καὶ θάνασ- Iulius pol/
μον. lux.

LIbro tertio de alimentis inscitissime peccat interpres, qui dū ver/
bum ex verbo conat exprimere, & verba obscurauit & sensum.
Quodq; vno vocabulo latino planissime atq; elegātissime dici po
terat, id īplicauit insulso barbaricoq; interptamento, sic em ait, In
Selachijs mollē carnē habent stupor & turtur. Itē mox paulo maxime hoc
existit in stuporibus, vt duriores sint in medijs ptibus. Quod genus piscīū
Galenus cæteriq; græci scriptores appellāt ναρκην, id interpres inepte ni/ Narce
mis vertit in stuporē, ꝓpterea ꝙ græce νάρκη dicitur stupor. Vnde narco/ Narcotica
tica dicta medicamenta, quibus vtimur in sectione membroꝝ, quasi stupo
rem inducentibus, vt citra sensum cruciatus fiat sectio. Sed si latine loqui Torpedo
voluisset/torpedinē dicere debuerat. Nāq; a Plinio nostro & cæteris torpe/
do nominat hic piscis, cuius est peculiaris illa potentia, vt si virga tāgatur,
etiam ꝑcul & e longinquo lacertos q̄uis prævalidos torpescere faciat, &
pedes quemlibet ad cursum veloces alligare tradatur, aura videlicet qua/
dam sui corpis & odore hūc torporē afferēte. Quinetiā pisces torpedini ad/
natātes obtorpescūt/quos illa mox corripit, cuius iecori teneritas nlla præ/
fertur. Præterea quū apud græcos τρυγων turtur vocetur, interpres τρυ/ Trygō.
γωνα vertit in turturē, ego pastinacam dixissem sequutus Plinium, qui sic Pastinaca
scribit in nono. Sed nullū vsq; execrabilius q̄ radius sup caudam eminens
Trygonis, quā nostri pastinacam appellāt, qui arbores infixus radici ne/
cat, arma vt telum pforat. Idem in. xxxij. refert. Nihil in mari venenatius Ambrosius
esse pastinaca, hinc lœtalis & mortifera dicit scite ab Ausonio scribēte. Lœ in exhame.
talisq; trygon molesq; platessæ. Ambrosius tamē adminiculū quasi quod/ Aculeus
dam præbet interpti Galeni, qui & ipse hūc piscē turturē appellat sic scri/ turturis
bens in. v. Exhameri, Quid loquar turturis aculeum & hunc mortuæ, sicut
em̄ viperę os quis cal cauerit renes dumtaxat, grauius q̄ venenum noce/
re phibetur, & immedicabile vulnus serpere, ita etiam turtur aculeo suo
mortua amplius q̄ viua periculi afferre memoratur. Q; autem Galenus Selachia
in Selachijs numerat torpedinem & pastinacam, scito Selachia græco vo/
cabulo dici quædā genera piscīū, quæ nostri cartilaginata interptant. Om/ Ouiparæ.
nia autem hæc sunt carnosiora, & quum cæteri pisces sunt ouipari, id est Viuiparæ
oua pariāt, hoc genus est viuiparum, hoc est aīal parit, excepta ea quā ra/
nam vocāt. Primus Aristoteles hoc nomē impossuit huiuscemodi piscibus.
Ideo autem σελαχη Selachia nominātur, quia noctu splendicāt, quasi σε Lepida
λασεχουσι, id splendorem habeāt. Quidam autumāt Selachia appellari
ex eo quod lepidas λεπιδας, id est squāmas nō habeant, siquidē id genus
piscīū squāmis caret, hoc sensit Suidas scribēs σελαχια οσα λεπιδαου
κεχει, id est Selachia esse quæcūq; squammam nō habent, vt sunt (inquit)
ραρκη καὶ τρυγων ουδεωτοκει. id est torpedo & Pastinaca, neq; oui/
para sunt.

IN libris de interioribꝰ minutulus q̄dē est error, sed quē aures dola/
torio eruditiōis tersioris leuigatæ ferre nō possint, nā sepiculę leges
gomorea pōi ꝑ gonorhoea, sicut apud eccl'iasticos irroborauit mē
da cōsil'is, apud qs gomorei legunt, q gonorhoei sūt appellādi. Est
aūt gonorhoea (vt ipo noīe ostēdit) fluxura genituræ siue spermatꝭ, & Go/
morhoei dicūt fœmiæ fluētes, videlicet hi q̄bꝰ spōte gēitura fluit, qđ morbi

genus anceps est & periculosum, atq; plærūq; mortiferū/nisi citissime succurratur. Gonorhoei ex religione iudæorū, vt docet Iosippus, Itēq; lepro/si arcebātur a tēplo. Cōsimiliter apud Galenū inter genera arborū ponū/tur dictiōe mēdosa, modo Alcadres, modo Acacrades, quū vtrobiq; legē/dū sit Achrades, sunt autē Achrades ex genere pirorū, de quibus Dioscori/des in primo sic refert, ηδεαχραδ εἰδος ἐστ ἰμαγριου απιου βραδεως πεπαιρομένῃ, id est Achras species est piri silue/stris sero matures/cēs. Vim habet astrictoriā, & vt idē tradit in. vj. ἐξ ξυλου αχραδιμου, id est ex ligno piri Achrados mirabile remediū est aduersus venena fungorū. Columella q̄q; Achrados piri meminit libro de cultu hortorū illo ver/su. Achrados aut pruni lapidosis obruta pomis Gaudet. Illud vtiq; dignū mēoratu quod Plutarchus refert in ꝓblematis, pueros argiuorū quodā festo ꝑ iocū sese βαλλαχραδας appellitare viciſſim solitos, tanq; Achradibus piris aliti nutritiq; primo fuerint. Siquidē ferūt Achrades primū græcis in Peloponeso fuisse cognitas, quū Peloponesus ob id Apia diceretur. απιος em̄ græce pirus dicitur. Vñ Apij achrades mutato noīe appellati sunt. Plinius q̄q; tradit Peloponesum ante Apian appellatā, nec hoc quidē prætermittendū est, quod græci scriptores litteris ꝓdiderūt Thrasibulus q̄ cōtradicere debebat Lacedęmonijs oblitis inducias & amicitiæ, mox muneribus corruptus, simulauit se comedisse αχραδας, hoc est pira silue/stria, & ꝓpterea nihil loq; posse, dixit em̄ αχρας επεχειν γαστερα, id est achras cōtinet ventrē.

Peloponesus
Apia
Exemplū Thrasibuli
Geforia Ydophorbia.
Hypenemia oua subuēta/nea.
Zephyria
Apogei
Tropei.
Hydrophobia.
Cynocaumata.

EX his minutulis in Galeno mēdis, & illa sunt Hyporemia & Geforia & Aporgi & ydrophorbia, ꝑ hypenemia, & zephyria, & apogei, & hidrophobia/quę singillatim explicāda sūt, vt ꝑ virili ꝑte succurramus studiose iuuētuti. Hypenemia dicunt gręco vocabulo oua, quæ aues aliq̄t sine coitu masculi ꝓgignūt, latina vna dictiōe haud, q̄q; infœliciter subuētanea appellant. Albertus magnus doctior q̄q; elegātior/oua vēti nūcupat, ex vēto em̄ putāt ea generari, qua de causa etiā zephyria nominant, qm̄ zephyro flāte, quē nostri fauoniū vocāt, ꝑ ver maxime fiūt, quo etiā maritātur cūcta ex terra viuiscētia. Hæc autē oua Hypenemia, vt docet Plinius in. x. irrita sunt & sterilia, & minora ac minus iucūdi saporis, & magis humida. & vt auctor est Aristoteles in. vj. de aialibus, pariūt genus id oui plures aues, vt Gallinæ/Perdices/Colūbæ/Pauones/Anseres/Chenalopeces. Cōcipiūt autē ea fœminæ, mutua inter se libidinis imaginatiōe. Idem ait Zephyria nominari, eo ꝙ verno tēpore flatus illos fœcūdos ex Zephyro, q̄ (vt diximus) fauonius dicit a nostris/recipere videātur. Sed iam præuertamur ad apogeos, qui sunt vēti e terra cōsurgētes, vnde & nomē. Nam si verbū latinū, verbo græco reddere volueris/interpretari poteris abterraneos, qui (vt Plinij verbis vtar) quū e mari redeūt Tropei vocātur, si pergūt Apogei, de his Aristoteles copiose & subtiliter differit quęrēs libro ꝓblematū. xvij. cur Tropei vēti quos versarios interp̄tātur/de mari spirare soleāt, quos ait Apogeis esse cōtrarius. Tropeus tanq; reuersio Apogei est. Supest hydrophobia quæ latine dici potest aquæ metus, quā Galenus ꝑnicioſissimā ægritudinū esse testat. Dioscorides libro. vij. παθοσυδροφοβικον appellat. Idq; cum spasmo & rubore totius corpis maxime totius oris dicit aceidere, fit autē ex morsu canis rabiosi per æstus præcipue caniculares, quę gręca dictione Cynocaumata

nūcupant, hoīb⁹ ita morsis (vt inquit Plini⁹ in. viij.) lœtalis est aquæ met⁹.
Idē in. xxix. Hidrophobos appellat ipsos hoies potū aquæ expaueſcētes ex morsu rabidi canis, q̄d miserrimū morbi gen⁹ est (vt inquit Cor. Celsus) in quo simul æger & siti & aquæ metu cruciat. Quidā hoc morbo affecti gallinaceos se esse credentes canunt. In canis rabidi morsu tuet a pauore aquę capitis canini cinis illit⁹ vulnerati. De hac hydrophobia intelligi voluerūt duo nobiles poetæ Sulmonensis & Cordubensis, quorum alter ait, Ouidius

Tollere nodosam nescit medicina podagram
Nec formidatis auxiliatur aquis. Alter in. vi. Pharsaliæ canit, Lucanus
Non spuma canum quibus vnda timori est.

Hydrophobi

De hydrophobia & nos copiose opinor ac diligentes annotamenta confecimus in Apuleianis cōmentarijs.

IN decimo περὶ απλῶν. i. de simplicib⁹, capite de vellerib⁹ sic scripsit vulgo legit, vtilitas ꝓuenit ex velleribus ꝓpter ysopū. Itē lota vellera nec detinēria ysopū, tu corrige & sinceriter lege, oesypū siue esepon, q̄d ē medicamētū ex sordib⁹ lanæ ouillæ cū pinguitudine cōfectū, sed quō id fiat docet copiose Plini⁹, cui⁹ verba subscripsi ex. xxix. quę sunt hæc. Quin ipsę sordes pecudū sudorq; feminū et alarū adhærētes lanis oesypon vocāt, innumeros ꝓpe vsus habēt, in Atticis ouib⁹ genito palma fit plurib⁹ modis, sed ꝓbatissimū lana ab his partib⁹ recēti cōcerpta, aut q̄ buscūq; sordibus succidis primū collectis, ac lento igni in æneo vase subfer uefactis & refrigeratis, pinguiq; q̄d supnatat collecto in fictili vase, iterq; decocta priore materia, q̄ pinguitudo vtraq; frigida aqua lauatur, & in linteo siccat ac sole torret, donec candida fiat ac translucida, tum in stagnea pixide condit, probatio aūt vt sordiū virus oleat & manu fricante ex aqua nō liquet sed albescet, vt ceruſa oculis vtilissimū eroſis et durę genis, anguis scabrosis & lachrymātib⁹, vlcera non oculorū modo sanat, sed oris etiā & genitaliū cū anserino adipe. Hæc Plinius. qui quū sit vberrimus poetarū cōmētator & griphorū explicator, immittit lucem versib⁹ Nasonis alioqui subobscuris, quos hic subñciam ex libro tertio de arte amandi. Oesypū q̄d Plinius

Esopa quid redolent q̄uis mittantur Athenis.
Demptus ab immūdæ vellere succus ouis. Itē in primo de remedio, Loc⁹ Ouidij.
Pyxidas inuenies & rerum mille colores
Et fluere in tepidos Esopa lapsa sinus.

Ab oue autē dictum est oesypū, quā græci οἰσυπ vocant quasi οἰōσ ρυπον, id est ouis sordes. Dioscorides & ipse in secundo vbertim explicat quō fiat oesypum. Quod vt ipsius verbis vtar, λεγεται εκτων υσυπηρον ερίων λιπος. i. dicitur pinguedo ex lanis succidis.

IN libro de tenuāte dicta, frequēs mētio est ypotrimmatū, & q̄dā loco ait, vt frequēter hmōi ypotrimmatibus iubebā, medici recētiores sicut infinita alia, ita hoc quoq; tā nesciūt q̄ scire cōtemnūt, sunt aūt ypotrimmata & trimmata nō magno sane discrimine dissociata, si quidem vt græce dicit τριμμα εστιν διορωμαστων πωμα. i. trimmata est potio ex aromatibus cōcinnata, ypotrimma vero obsoniū est ex dactylis palmarū & melle, alijsq; quibusdam condimentis. Aristophanes βλεπων υποτριμμα fiunt ypotrimmata ex turdis & perdicib⁹, & huiusmodi auibus scitissimi saporis. Apicius ypotrimma in genere cōdimētario ponit, sic fieri docens, piper Ligusticū, mentē aridam, nucleos pineos, vuam passam, Dioscorides Trimmata Ypotrimmata.

Ligusticum quid

cariotã,caseum dulcẽ/mel/acetũ/liquamen/vinũ/oleũ defrutũ misces. Ligusticum(vt obiter Apicianũ verbũ explicem)herba est hortẽsis/a liguria appellatũ,vbi gignit laudatissimũ,de quo Plinius libro vndeuigesimo, Ligusticũ siluestre est,in liguriæ suæ montibus serit,vbiq; suauius satiuũ,sed sine

Panacem

viribus panacẽ aliqui vocãt,nulla fere cõditura fit sine ligustici condimẽtis apud Apiciũ,in cui⁹ mentionẽ(quoniã aliud agẽtes trãseunter incidimus) nõ erit ab re litteraria enarrare quid sit apud eundẽ crebra mentio copadiarum,quã in re hallucinant eruditi,scito copadias siue copaidas dici anguillas a copaide lacu Boeotiæ/in q̃ anguillæ magnæ gignũtur, auctor Suidas

Copaides

Apua

docet idem Apicius patinã de Apua condiri,scito Apuam quoq; piscẽ esse, quẽ græci αφυερ vocant,quia eximbri nascitur,qui græco vocabulo dicit

ãφυα εσπυρ

αφυή paroimia,id prouerbium apud græcos celebratur, ἄφυα ἔσπύρ.i. Apua in ignẽ,de his quæ citissime terminant. Constat em̃ aphyan ocissime percoqui,immo vt græci dicũt,ἰδ⁹ουσα τὸ πυρ μονον ἐφεται,id est spectãs ignẽ tantũ coquit. Cõsimile est illud Augusti,Celerius q̃ asparagi coquant. Plinius tradit Garũ,q̃d liquoris genus est, confici cœpisse ex inutili

Garum

pisciculo minimoq;. Apuam(inquit) nostri aphyen græci vocant,quoniam is pisciculus e pluuia nascit. Aristophanes ἑνικοσ, id est singulariter dixit aphyan,verũ in frequẽti græcorũ vsu est vt πληθυντικωσ dicat,olim Ni-

Exemplũ Nicomedis.

comedam cupido cœpit edendi aphyas,sed quũ esset in mediterraneo procul a mari,nec ob id res esset in promptu, Apicius ad leniendam regis appe

Cõmentum Apicij

tentiã id cõmentus est,rapam studiose p̃parauit secãs in frusta,adeo solleter & scite,vt aphyas imitari ac rep̃sentare videretur,coxitq; in oleo infundens salem/papauer inspergens,& ita soluit desideriũ illud regis Nicomedis. In libris qui meri inscribũtur,quib⁹ membratim medicina decurrit,frequens mentio est Croco magnetis dictione adulterata et subditicia,nam le-

Crocomagma

gendũ semper est Crocomagmatis. Est autẽ Crocomagma(vt interpretat̃ Cor. Celsus)quasi croci recrementũ & fex,q̃d in malagmatis alijsq; medi-

Dioscorides

camentis est efficacissimum. Et vt auctor est Dioscorides, δυνα μιρεχει στικτικην τῶν επισκοτουντῶν τοις κορεσ ουρετικην μαλακτικην πεπτικην θερμαντικην. Idẽ tradit Crocomagma fieri ex vnguento crocino,de quo Plini⁹ noster hæc in.xxij. Collyrio vni nomẽ dedit,ex eo quoq; expresso vnguẽto crocino,quod Crocomagma appellant. Idem plu-

Lapis Heraclius.

ribus in locis mentionẽ facit lapidis Heraclij,sed vbiq; perperã legit,modo heraclius/modo heraclitus. Est autẽ lapis Heraclius magnes in celebri græ-

Magnes vñ

corũ prouerbio,a quib⁹ dicit ἡρακλεια λιθος Heraclius lapis de his qui ad se omnes trahunt,vt magnes trahit ferrũ,vocat aũt Heraclius ab Heraclia ciuitate Lidiæ,vel(vt alij tradunt)Magnesiæ,vbi laudatissim⁹ magnes. gignitur,vnde & nomẽ. Quod & Lucreti⁹ euidenter ostendit his versibus,

Quem magneta vocant patrio de nomine Graij
Magnetum quia sit patrijs in montibus ortus.

Plinius sentit ab inuentore armentario inditum magneti nomen. Magnes

Sideritis

(inquit)appellat⁹ est ab inuctore,sideritin quoq; quia tenet ferrũ appellant, nã græce σιδηροσ picit ferrũ. Idẽ Plini⁹ ait, Et a quibusdã lapidẽ Heraclitũ nũcupari/æthiopicoq; laudẽ summã dari,põdosq; argẽto repẽdi. Hinc illud

Silius Italicus

Silij dignum memoratu, Venere æthiopes,gens haud incognita Nilo
Qui magneta secant,solis honor ille metalli
Incactum chalibem vicino ducere saxo.

APud eūdē multipharīā & quasi saltuatim, atq; ex intuallo occurrūt errores ꝑpe infiniti vocabulorū. Ex ꝙbus insignia quædam, maximeq; notabilia opꝰ preciū sit attigisse, oia em ꝙs possit: cū ꝑpe sint inexplicabilia & iusto volumine enarrāda. In Isagogi/co, hoc est introductorio, virtutes siue potētiæ q̄ttuor naturales, mendosis dictiōibus ꝓcēsentur, nam ponitur celtica ꝙ electica, ελκτικη, id est attractatoria. Cathelica ꝙ cathectica καθεκτικη, id est retētatrix. Allete ꝙ αλλοιωτικε, id est digerēs. Apropitica ꝙ apocritica, αποκριτικη, id est expultrix, vulgo attractiuā/retentiuā/digestiuā/expulsiuā appellitāt. In libro de sectis, qrē quidā Plutarcho assignāt. Diascorion legit ꝙ Diascorodon, hoc est medicamentū ex allijs. Græci em τοσκοροδιον allium vocāt καὶ τοσκοροδιον, allij purgamētum, nostri sicut Columella & Plinius inter pulmētaria rustica celebrāt Aphroscorodon quod est genus allij grandioris incremēti, quod quidā Vlpicū vocāt. De quo Plautus. Plenior es vlpici q̄ꝫ Rhomani remiges. In eodē libro de sectis Diacrosimos, dictio futilis & ridicula, ponit Diacrōmyon, quo significat medicamentū ex cæpis, nā τοκρομμυον græci cæpā vocāt. Hinc ꝙuerbiū celebre est κρομμυαεσθιειν, id est cæpas comesse, ꝙ eo quod est iubeo te flere. Altera q̄ꝫ παραιθιειν, id est cæpas olfacere, de his qui flent, ferūt Alyattem Lydiæ regem olim misisse nūcium ad Biantē philosophū vnū ex septem sapiētibus vt ad se cæleriter veniret, qui dixit, εγωκελευω αλλυαττη κρομμυαεσθιειν, id est iubeo Alyatti cæpas comedere, quod symbolicos signat illi plorandū esse, apud eūdem Cachosia legit ꝙ cacexia, quæ dictio significat malā corpis habitudinem. Cor. Celsus in secundo. Malus corpis habitus, cacexiam græci appellāt. Vnde & Cachectici dicti quorū corpus macie conficitur. Quorū meminit & Plinius noster in Trigesimosecūdo. Ediuerso Euexia dicit bonus corpis habitus, & euectici q̄ sunt corpe bñ habito, valētissimaq; corpis cōstitutione roborati.

Vlpicū.
Dyacrōmion
Alyatte.
Cacexia
Cachectici
Euexia.
Euectici
Siphones.

¶ In tertio Meri ꝑperā legit, ad Ozenā insuffla ꝙ sympone, tu corrige ꝙ siphonē, sunt em siphones fistulæ, υποκοριστικως siphūculi. Quod hoc in loco præcipit medicamentū adhibēdum esse ꝙ siphonē ad Ozenā, quod morbi fætētis nomē est in naribus. Alio in loco dixit pharmacū suffla ꝙ syringā, id est ꝙ siphonē siue fistulā. Quæ græco vocabulo συριγξ noiat. Plinius quēdā calamū vocari tradit syringiā, qa vtilissimꝰ sit fistulis faciēdis, q̄ totꝰ cōcauꝰ ē, nihilq; habet intꝰ cartilaginis. Idē in. xxxij. na. historiæ scribēs de sanguisugis inqt. Ergo sugētia ora forficibꝰ p̄cidūt ac veluti siphonibꝰ de fluit sanguis. Itē in secūdo aq̄ terræ pōdere exp̄ssa siphonū mō emicat, p̄cipit Cor. Celsus his q̄ tarde cōcoquūt, & q̄ noctu sitire cōsueuerūt, vt ꝙ siphonē bibāt, hoc ē vt ipsemet edocet, ꝙ tenuē fistulā. Ex hac trāslatiōe decēter exijt illud Satyricū, in fœminarū obscœnitates mordacissimū. Effigiēq; deę lōgis siphonibꝰ īplēt. ¶ In libello de vinis, scaturiūt mēdæ in noibꝰ vino rū generosorū, siq dē falarinū legit ꝙ falernū, anisinū ꝙ aruisiū, de q̄ Vergil. Vina nouū fundā calathis aruisia nectar. Galarianū ꝙ gauranū. Ercubum ꝙ cecubū. Glesteos, id est mixtū ꝙ gleucos, id ē mustū, etēm græci τογλευκος mustū vocāt, vñ quoddā vini genꝰ mediū inter dulcia argleuces appellāt, id est semꝑ mustū, cuius & Plinius meminit. Columella q̄ꝫ oleū gleucinum p̄dicat, qd̄ fit ꝙ vindemiā mixtura olei & musti recētissimi, vna cū cōdi/

Ozena.
Syringia
Cor. Celsus.
Per siphonē bibendū
Falernū.
Aruisiū.
Gauranū
Gleucos
Cecubū
Glestos
Argleuces
Gleucinū oleum

Diſpnoea Orthopnoea.

mentis aromatū. Enumerare nemo poſſet q̄; ſæpe apud Galenū Diſpnœa & ortomia legaſ ꝓ diſpnoea & orthopnoea, vtrūq; vitiū in ſpirādi difficultate cōſiſtit, & inde nomē, modica ē diſpnoea, neq; ex toto ſtrāgulat, cū vero æger ſpirare niſi recta ceruice nō pōt, tūc appellaſ orthopnoea, hinc diſpnoici & orthopnoici dicti talib⁹ morbis obnoxij, ſuſpirioſos noſtri vocitāt, & ipſum morbū ſuſpiriū q̄ cū vexareſ Seneca, ſatis apte inqt dici ſuſpiriū pōt, aitq; decēter hoc valitudinis genus eſſe animā agere.

Suſpiriū.

Satyriaſis

¶Idē ait in libro de motibus, incurrat Siriaſin, tu lege Satyriaſin, eſt autē Satyriaſis cōcitatio īmodica libidinis, quā & ſatyriō vocāt, quā Dioſcorides tradit & priapiſcon appellari. Hinc herbæ Satyrio eſt nomē, quæ facit appetentiā veneris, habetq; hāc vim cōcitatricē, recētiores medici & interp̄tes Auicēnæ priapiſmū vocāt. Poſſes etiā nō inſcite ſiriaſin legere, q̄m ſiriaſis morbus eſt infantiū, & quædā q̄ſi exuſtio, vl vt alij autumāt diſtillatio, de q̄ Plinius. xxxij. Siriaſis infantiū ſpōgia frigida crebro humefacto, rana inuerſa adalligata efficaciſſime ſanat. Nomē inditū eſt vl a Sirio ſtella in ore caniculæ feruētiſſima, vl a Siris cauernis, quia circa cerebri cauernas fiat inflāmatio, ego tñ exiſtimo hoc in loco Galeni nō ſiriaſin legendū eſſe, ſed Satyriaſin, put docuimus. Eoq; magis, quod in eodem loco poſt paulo ait. Satyriaſin fieri in pueris ex aſpectu puellæ, quod nimirū referendū eſt ad rei veneriæ cōcitationē.

Priapiſcos Satyrion

Siriaſis.

Chironia.

OVoniā paulo ante incidimus in mētionē Auicēnæ, inter medicos celeberrimi, corrigamus apud eundē quaſi trāſeūter, dictionē inſcitiſſimā charonia, quæ dictio cū futilis ſit & nihili, ꝓ ea ſubſtitues Chironia, ſunt autē Chironia vlcera inſanabilia, nō tā ex eo dicta q̄ Chirō ea ſanauerit/ q̄ꝫ q̄ paſſus ſit. Fuit quidē Chiron in medicina præſtātiſſimus, vtpote q herbariā & medicamētariā inuenerit, a q̄ Cētaurion & Chironiō herbæ cognominant. Hic olim cū Herculē ſuſcepiſſet hoſpitio, atq; arma herculanea ꝑtractaret/ ſagitta excidit in pedē, ex q̄ vulnere factū eſt vlcus inſanabile/ atq; ita obijt mortē. Vnde ꝑuerbiū χειρωνιον ἕλκοσ. i. chironiū vlc⁹ de vlcerib⁹ inſanabilib⁹. Plini⁹ in. xxv. autumat Chironē ex eo ſagittę herculeę vulnere cōualuiſſe, curatūq; eſſe herba Cētaurio, quā aliq ob id Chironiū vocauere. Ouidi⁹ in faſtis mēorat Chironē occubuiſſe ex ictu ſagittę, quę erat infecta Lerneę ſanguīe Echidnæ, & ita receptū in cœlū factū eſſe ſagittariū, inibiq; cōmeminit hiſtoriæ his verſibus,

Cētaurion

Chiron χειρωνιον ἕλκοσ

Sagittarij ſignū

Dūq; ſenex tractat ſqualētia tæla venenis
Excidit, & leuo fixa ſagitta pede eſt.
Ingemuit Chirō, traxitq; a corpe ferrū
Et gemit Alcides, Hemoniuſq; puer.

Lutū ſigillatū.

¶Enarremus id q̄ꝫ q̄d ſit apud eūdē Auicēnā lutū ſigillatū, quod in codicibus Galeni dicit terra ſigillata, cuius tā frequēs mētio eſt, apud vtrūq; tā multiplex vſus in medicamētis, tā efficax vis in antidotis, q̄ in medicina tam præclara res habeſ. Scito igit eſſe quādā ſpeciē rubricæ, quā terrā Lenniā vocāt colore minio ꝓximā, quæ inſula Lēno naſcebaſ, vnde & nomen multū antiquis celebrata, vt inquit Plinius in. xxxv. Venūdabatur hæc nō niſi ſignata, vnde & Sphragidē appellauere, σφραγισ em̄ grę dtcit ſigillū ſiue ſignaculū. Hinc interpretes Auicēnæ lutū ſigillatū, interpretes Galeni terrā ſigillatā paꝛ fœlicit verterūt. Cur aūt dicat Plinius ſignatā hāc rubricā Lenniā venūdati ſolitā, nō erat ab re id fuſius explicare. vt tribus pa-

Terra ſigillata.

Lēnia

Sphragis vñ

riter ſcriptoribus Galeno/ Auicēna/Plinio vna opera opēferā,& tenebri/coſis locis lumē infundā. In inſula Lenno ſacerdos Dianæ rubricā terrā ex antro quodā effoſſam reuerēter poſt pacta ſacrificia deportat in vrbē,eāq; aquā admixta pinguē ac lutoſam efficiēs,vbi eſt diligēter cōcinnata ſigno Dianæ ſacro obſignat,& mox ita venūdatur. Dioſcorides refert in.v. terrā Lenniā miſceri cū ſanguine caprino/ eāq; ſignari σικυι αιγος,hoc eſt imagine capræ,& ob id ſphragida vocari. Galenus li.ix.ſimpliciū mēorat ſe ſphragidis huiuſce noſcēdæ cauſa nauigaſſe in inſulā Lēnon,qua in re ſe/cutus eſt veſtigia magnorū philoſophorū,qui diſcēdi cauſa luſtrabāt orbem terrarū,penitiſſimaſq; atq; ignotiſſimas gētes penetrabāt,ſicut tēpibus pri/ſcis Pythagoras/Empedocles/Democritus & Plato ad magiā diſcēdā na/uigauere pegrinatiōibus ſuſceptis,quā reuerſi prædicauerūt atq; in arca/nis habuerūt. Cōſimiliter Apollonius Tyaneus gymnoſophiſtas Indorū, philoſophos ethyopū,ſacerdotes Aegyptiorū acceſſit & inſpexit,& collo/cutus eſt,nā vt inqt veriſſime Seneca,homini tādiu diſcēdū eſt q̄diu neſci/at/īmo q̄diu viuat,& vt canūt muſæ grecorum, ουδεν γλυκη τερπη παντειδεραι. Quod ſignificat nil dulcius q̄ eſſe cūcta nouiſſe,hoīes em̄ na/tura ſcire deſiderāt,inſituſq; mortalibus eſt amor cognitiōis,& ſitis quędā inexplebilis/nō tā magna q̄ noua diſcēdi. Galenus ergo cū eſſet (vt nemo nō nouit) eruditiſſimus atq; polyhiſtor,id eſt multiſcius,rerūq; maxime ad medicinā ptinentiū peculiariter curioſus,merito cōſtituit Lēnon inuiſere, vt quod didicerat ex mutis (vt aiūt) magiſtris,id preſens videret cōtēpla/returq; ſphragida,hoc eſt rubricā Lēniā ſigillatā,cuius in medicina mirabi/les ſunt effectus,Lemiō phragis,ꝑ Lēnia ſphragis mēdoſe fere ſemp legit apud eundē. Occurret fortaſſis hoc in loco medicorū caterua dicētiū,Quid opus eſt tā ſolerter tāq; curioſe verba in Galeno ppēdere? nā ſcire medici/nā ſicuti leges eſt nō verba tenere/ſed vim ac poteſtatē. Præterea ægrotus nō tā diſertū medicū quærit q̄ ſalutarē, nec vt elegātior ſit in loquendo q̄ medēdo,ſcio nec inficior nō tā elegantiā verborū q̄ ſcientiā medicamento/rum in medico eſſe ſpectandā,ſcio ipſum Galenū ſexcētis in locis ꝓclama/re ſe de verbis nō magnope eſſe ſollicitū, & medico rē curæ eſſe oportere nō noīa. Sed vos interrogo medici qui nō eſtis Galeno cōparādi,q̄ nec ſen/tētias excellētiſſimi ſcriptoris/nec verba ꝓcipitis,quō emplaſtra,malagma/ta cerata/paſtillos,medicamēta ſalubriter cōficietis,ſi res illas ignoratis ex quibus cōficiātur,ſi verba nō intelligitis quibus res ipſæ ſignificant quæ rerū cauſa repta ſunt. Verū ſicut indecorū eſt iuriſcōſulto ius in quo verſetur ignorare,ita medico turpe eſſe cēſemus in rebus ad medicinā ptinentibus hallucinari. Et quia dicūt ad pōdera rerum penetrādum eſſe nō ad verbo/rū amœnitates diuerſitandū,& ſanguinē ac medullā ſentētiarū eſſe intro/ſpiciendā/omiſſa cute corticeq; verborū,ego Hercle nō deſpicio quomodo ſanguis & medulla interior introſpici poſſit/niſi cutis & cortex ante diligē/ter exploreť. Nā qui e nuce nucleum eſſe vult/frangit nucē,qui ex libris vult ſentētias eruere atq; penitus expromere,neceſſe eſt vt verborū corticē ante ꝓrumpat,nec interiora pādūtur niſi exteriora ante pateſcāt. Et nulla ꝓfe/cto ars curioſius/cautius/vigilātius homini diſcēda/tractāda/ emeditāda ē q̄ medicina/qm̄ nulla eſt ꝓiculoſior. Siq dē in hac agit ſalus hominū & vita q̄ nihil ē pcioſius,nihil mortalibꝰ charius,adeo blāda ē ſpirādi viuēdiq; dul/cedo. Subpudet ſcribere,ſcribā tm̄ vtarq; aliena lingua,vt oēz effugiā crimi/

Cauſa diſcē/di pegrinati/onis.

Ad medicos

Qui nucleū eſſe vult

nationē. Medici de malꝫ loquor & impijs diſcūt, vt Plinij ꝟbis vtar, ꝑicu/
Expimēta ꝑ lis noſtris & expimēta ꝑ mortes agūt, & aīas nras negociant, & cū nulla
mortes agūt ſit lex quę puniat iſcitiā capitalē/medico tātū hominē occidiſſe ſūma īpuni/
tas eſt, id autē potiſſimū euenit ex ignoratiōe rerꝫ medicarꝫ. Vñ fit vt idēti/
Cinnabaris. dē potionē mortiferā ꝓpinēt ꝑ ſalutifera, vt ꝑ cīnabari/quę fit ꝑmixto dra/
conis & elephāti ſanguīe, in antidotis/medicamētiſqꝫ vtiliſſima, vtant mi/
nio, cui cinnabari ē nomē/quod venenū eſſe qs dubitat? Verꝫ ne videar op⁹
cēſoriū obiurgādis medicorꝫ noxis intēpeſtiue ſuſcepiſſe, regrediar ad inſti/
tuti opis executionē, quo mēdæ ex libris Galeni tollunt, tortuoſa corrigunt
obſcura illuminant, qua in mētiōe ſubit illud ex libro ꝓgnoſticorꝫ. Elādea
Hellada legi ꝑ Hellada. i. Greciā, de q̄ Plinius ab Iſthmi anguſtijs Hellas incipit, a
Ypatos nris grecia appellata. Itē ypatet in eodē mēdoſe dicis ꝓ ypatos. i. cōſul, &
Euparcus. Euparcus vrbis ꝓ euparchus. i. pfectus vrbis. Itē in libro de ptibus medi/
Gerocomia. cæ artis, cirocomica ſæpe noīat ꝓ gerocomia. i. medicina ſenū ſicut pedoſi/
Pederotro/ ca ꝓ pedetrophica. i. medicina & alimētis pueroꝝ, & pedotribus ꝓ pedo/
phica. triues. Qui eſt magiſter exercitatiōis, & exercitator agilitatis in pueris, cu/
Pedotriues ius apud Ariſtotelē/Plutarchū/Iuliū/Pollucē ſcriptores oīs eſt mētio, memi
Plato nit & Plato ī libro de philoſophia, apud quē in Gorgia inqt Socrates pedo
Cacoſtoma/ triuis opus eſſe corpa hoīm formoſa robuſtaqꝫ reddere. Legim⁹ Ciceronē
chos quū eſſet valitudinarius & cacoſtomachos, dediſſe operā pedotriuæ. atqꝫ
Tullius ita corpus robuſti⁹ firmiuſqꝫ feciſſe, ābulatio inqt eſt opatio ſcelei, & ꝑticu/
Sceleis. læ in ſceleis ſūt. Expone, ābulatio eſt opatio crurꝫ, & in cruribus ſūt ꝑticu/
læ, greci em̄ Τασκελη, crura appellāt vocabulo notiſſimo, ſed hoc in loco
dictio eſt neqꝫ vere greca neqꝫ Rhomana, ſed plane adulterina atqꝫ abſur/
da, ſæpe noīat epſima ſiriū cicronē, quæ dictiōes neqꝫ helleniſmō neqꝫ lati/
Epſema nitatē bñ redolēt, cū epſema & σειριοσ & ciceō legendū ſit, eſt aūt epſema
Sapa. greco vocabulo id quod noſtri ſapā vocāt, fit muſto vſqꝫ ad tertiā ptē mē/
Defrutū. ſuræ decocto, quod vbi factū ad dimidiū ē, vt docet Plinius/defrutū voca/
mus, id greci & maxīe Attici σεψιον q̄ꝫ appellāt, de q̄ Dioſcorides ſic re/
fert, και οκαθεφο μερυαυτ ουγλευκουσ σεϊριοσ και ἑφημια καλου
μεροσ. i. decocto muſto fit ſirios, qđ & epſema vocāt. Præterea græci σει/
ριον appellāt decoctū ficorꝫ ſiccarꝫ & ꝓpinguiū, qđ in medēdo habet vim
Cyceon diſcutiēdi & abſtergēdi. Cyceō vero genus ē potiōis, cuius mētionē copio/
ſam facit Homerus in. xj. Iliados Rhapſodia, ſcribēs quemadmodū puella
noīe Ecameda præpauit potionē/quā ciceonē vocāt, cui vinū prāniū, capri/
nū caſeū, vna cū farina cādida cōmiſcuit, atqꝫ ita præpatā Neſtori & Ma/
chaoni ſiti cōfectis ꝓpinauit, eaqꝫ potiōe omnē ſitim penitus ſedauit. De ci
Suidas. ceone ait Suidas, κυκεων το μαεκδιαφορων μιγ ματ ωρκιρ ραμε/
ρον. Cyceō eſt potio ex diuerſis mixturis tempata. Apud eūdē ſæpe leges,
Opos cyre/ opū cyricū ꝑperā ſcribi, ꝑ opon cyrenaicō, quo vocabulo ſignificat Laſer,
naicos q̄ eſt ſuccus laſerpitij ſiue ſilphij, magnificus in vſu medicamētiſqꝫ, & vt au
Laſer. ctor eſt Plinius. Laſer e Silphio ꝓfluēs int̄ eximia eſt naturę dona nūeratū.
Ideo aūt opos cyrenaicos appellat, qa in cyrenaica ꝓuincia clariſſim⁹ eſt.
Palladius Dioſcorides οωορ κυρε̄ραικορ noīat, cuius memīt & Palladius in. iij. In
noībus arborꝫ/frugū/olerꝫ/rerūqꝫ metallicarꝫ mēdæ innumeræ cōſpiciūtur,
& noīa deprauata ac maculoſa ſcaturiūt, ad quæ repugnāda opus foret ſu/
ſto volumine. Quod ſi vita ſuppetet, & deus votis ac fata ſubſcripſerint,
ex noſtra aliqū officina fabrefactū expolitūqꝫ ꝓmętur, vna cū appēdicibus

ad legalē doctrinā ptinētibus, vt vno volumine ,plīm medicinæ & iuris ci-
uilis sciētiæ studiosis, hoc em̄ mihi prope vnū ,ppositū est, hic scopos/hoc si-
gnū, vt pro virili parte foueā, instituāq; tirocinia adolescētulorū, vt in re litte-
raria titubantibꝰ fulcimēta suppeditē, vt denicq; imiter Democritū, quem ni-
mio iuuādi mortales studio interdū prolapsum ferūt, malo em̄ perrare nō/
nunc̄q; & incidere in culpā, vt ego sentio ignoscibilem c̄q; diutino senescere si-
lentio/& funesto veterno torpescere, equidē ex castris oratorijs/in medico/
rum & iurisconsultorū atq; philosophorū castra subinde me cōfero, nō tamē
vt transfuga/sed vt explorator. Nolo quidē esse medicus vt Hipocrates, nō
tamē expers medicinæ qua salus continet. Nolo esse iurisconsultus vt Scæuo
la, nō tamē penitus explosus a cōtubernio iurisconsultorū. Nolo esse philoso-
phus vt Plato, nō tamē omnino alienus a secta philosophorū & schola, hęc
aūt si penitus introspicere nō licet, saltē a limine saluto, et vt celeberrimi scri-
ptores dixere, magnæ rei quātulūcunq; possederis fuisse participē, nō mini/
ma est gloria, & satius est plura studiorū genera nouisse mediocriter/si nō
possis vnū aliquid insigniter. Sed ne extra cancellos instituti operis euagēt
oratio, iam inhibendi sunt remi & vela cōplicanda/ac portus petēdus, iam
extrema manus imponēda opusculo est, in quo vereor nedū amphorā for/
mare incipio/vrceum finxerim. Tu vero antistes maxime, quicqd est istud
munusculi/libēs cape, quod si facit ad stomachū tuū, quod si tibi probatur/
tuicq; similibꝰ bene est, nulla fit operæ impēsæq; iactura, pluris em̄ facio vniꝰ
eruditi laudationē/c̄q; sexcentorū male litteratorū vituperati onē. Deus opti-
mus maximus te sospitē atq; florentē in diuturna fœlicitate cōseruet. Vi-
uas valeasq;/Beroaldi tui memor.

A limine sa-
luto.

Plura medi-
ocriter.

¶Eiusdem Endecasyllabon ad Libellum.

Sunt fratres tibi plurimi Libelle
Omnes legitimi/probi/pudici.
Quorum quisq; suos habet patronos
Claros Stemmate, nobilesq; censu.
Quorum præsidio nihil timentes
Florent & volitant per eruditos.
Sed tu quem tibi vindicem Libelle
Sacro de grege quem paras patronum?
Erasmum eligis? optio est beata.
Nam quis doctior hoc/benignioq;?
Quis præstantior elegantioq;?
Qui morum probitatem perpolitus
Inter pontifices episcoposq;
Instar syderis enitet decori.
I, iam curriculo ad tuum patronum
Quo sub vindice nec grauem Catonem
Narem aut Rhinoceroticam timebis.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

Orationes & Opuscula Philippi Beroaldi Bononiensis
oratoris & poetæ disertissimi, finiunt fœliciter
Basileæ exarata Anno a ptu ỽginis
salutifero, M.D.XV.


5
A B C D E F G H I J K
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
10
15
20 cm
L M N Focus O Balance Q R S T U V
12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z
VierFarbSelector Standard * - Euroskala Offset